

Del Collegio de la Comp<sup>a</sup> de Jesus de Granada *De*

FRATRIS *R. 9443*

# ALPHONSI MENDOZAE, EX

ORDINE EREMITARVM

D. Augustini, in florentissima Salmanticensium Aca-  
demia, sacrae Theologiae Magistri, & Scoti  
cathedrae praefecti,

QVAESTIONES QVODLIBETICAE,  
ET RELECTIO THEOLOGICA,  
*de Christi regno ac dominio.*

CVM TRIPLICI INDICE.

AD GARSIAM LOAYSAM PHILIPPI  
*Hispaniarum Principis disciplinae Magistrum, & morum eximium mo-  
deratorem, & ab amplissimis Philippi Regis  
elemosynis, &c.*



SALMANTICAE.

Ex Typographia Michaelis Serrani de Vargas.

*Estatallado en nucuercales y veynte maravedis en papel.*

*R. 9443*

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18

Del Collegio de la Comp<sup>a</sup> de Jesus de Granada *De*  
FRATRIS *R. 9443*

# ALPHONSI MENDOZAE, EX

ORDINE EREMITARVM

D. Augustini, in florentissima Salmanticensium Aca-  
demia, sacrae Theologiae Magistri, & Scoti  
cathedrae praefecti,

QVAESTIONES QVODLIBETICAE,  
ET RELECTIO THEOLOGICA,  
*ca, de Christi regno ac dominio.*

CVM TRIPLICI INDICE.

AD GARSIAM LOAYSAM PHILIPPI  
*Hispaniarum Principis disciplinae Magistrum, & morum eximium mo-  
deratorem, & ab amplissimis Philippi Regis  
eleemosynis, &c.*



SALMANTICAE.

Ex Typographia Michaelis Serrani de Vargas.

*Est tallado en nuecereales y veynete maravedis en papel.*

# Summa Priuilegij.



**P**hilippi secundi Hispaniarum Regis Catholici priuilegio cautum est, ne quis Quaestiones Quodlibeticas, ac Repetitionem Theologicam Magistri Fratris Alphon si Mendozæ, absq; eius permissu excudat, aut excudi procuret, alibivē excussas proximo decennio vendat aut distrahat, sub pœna confiscationis librorum, ac plurima pecuniarum multa, pro vt latius habetur in regio diplomate. Dat. Madriti Calendis Iulij. 1587.

Lectus hic liber, admissus & approbatus est à doctissimo viro Fratre Ioanne Romero, Minimorum S. Francisci de Paula, in regia curia eximio Prædicatore.

## TASSA.

**Y**O Lucas de Camargo escriuano de Camara de su Magestad de los que residen en el su Consejo doy fee que auiendo se visto por los señores del vn libro intitulado Quodlibetos y Repetición, hecho y compuesto por el Padre Fray Alonso de Mendoza de la orden de S. Augustin Cathedratico de Scoto, en la Vniuersidad de Salamãca, tassarõ cada pliego de los del dicho libro en papel, a tres maravedis y medio, y mandaron que antes que se venda se imprima en la primera hoja de cada vno de ellos este testimonio de tassa, y para que dello conste de mandamiento de los dichos señores del Consejo, y de pedimiento del dicho Fray Alonso de Mendoza, di este testimonio de tassa en la villa de Madrid a veynte y ocho de Henero, de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

*Lucas de Camargo.*

Q V A E .

# Q V A E S T I O N V M Quodlibeticarum index,

*Scholasticarum.*



**P**rima: Vtrum prius Deus creaturas intellectuales ad gratiam & gloriam prædestinauerit, quàm earum naturas prouiderit. pag. 1.  
Secunda, An vltima dispositio ad gratiam sit memoria gloriæ? & ab ipso habitu gratiæ proficiscatur?

107.

Tertia, An per scientiam infusam non beatam Christus eber denter mysterium Trinitatis agnouerit. 196

Quarta, Summum Ecclesiæ Pontificatum an esse Romæ sit de iure diuino, ac proinde humana authoritate immutabile? 293.

Quinta, Homines vita functi an viuus apparere valeant? & Christus post Ascensionem an vnquam apparuerit. 391.

Sexta: Num damnati intercalarem aliquantulam requiem tormentorū, aut eorundē alternationem sentiant. 473.

Septima, Futura contingentia conditionata Deus Opt. Max. qua ratione certò ac determinatè scire possit. 521.

Octaua, Aliquid ne retinere, expendere, aut recipere religiosus sine prælati sui licentia possit. 561.

Nona: Vtrum comœdiæ quæ foeminarum ministerio nunc temporis Hispanis sunt in vsu, licitæ sint. 579.

Decima, An Christus de toto ac perfecto rigore iustitiæ Deo pro peccatis hominum satisfecerit. 613.

Poli-

## Positiuarum.

Prima, Vter numerus alterum superet prædestinatorum an reproborum? 62.

Secunda, de literali illorum versuum intelligentia, Dominus dabit verbum, &c. Rex virtutum dilecti, &c. Si dormiatis inter medios clericos. &c. 157.

Tertia, An Psalmi Dauid sint vera carmina, & quod carminis genus? 253.

Quarta, de illo Deuteron. 7. Non erit in te sterilis vtriusque sexus. Et, An virginitas nunquam fuerit illicita? 360.

Quinta, De illo Numer. 6. Nouacula non ascendet super caput Nazaræi. Et Christus ne fuerit legalis Nazaræus? 448.

Sexta, De præcipuis vet. test. locis, in quibus de morte ac passione Dei sermo habetur. 508.

Septima, An Abraham idololatra vnquam fuerit. 551.

Octaua, Qualis fuerit ludus ille Ismaelis cum puero Isaaco, de quo Gene. 21. & ad Galatas. 4. 573.

Nona, Ques Iacob an miraculo, naturave varios & discolores foetus ediderint. 610.

Decima, Sacratissimum Iesu nomen an è Græcis an Hebraicis fontibus deriuetur: sitq; idem cum nomine quadrilatero, Iehouah. 621.

Relectio de vniuersali Christi regno ac dominio, quod creaturarum omnium habet, etiam secundum quod homo est. 643.

GAR.

## G A R S I A E L O A Y.

SAE PHILIPPI HISPANIA-  
rum Principis disciplinae Magistro, & morum  
eximio moderatori, & ab amplissimis Philippi  
Regis eleemosynis, F. Alphonfus Mendoza,

Eremita Augustinianus, Salutem  
dicit, & præfens opus  
nuncupat.



*Tu nominis tui claritati nihil me lucis hac nuncupatione allaturum credo, ita me libro multum ex ea conferris, semper existimaui. Verumque ut crederem clarissimus tui nominis splendor effecit: nam qui tantos virtutum collucentium radios prætefers, ipse à nemine vnquam, & alij semper abs te lumen capiant necessum est. Ut enim egregias tui animi dotes, partim Dei beneficio tibi innatas, partim tua industria conquistatas, quæ in te amicè conspirant, & incredibili pace connexæ nitent, nunc inuoluam silentio: sanè quod Philippus Rex Catholicus, iudiciorumque virtutum prudentissimus estimator, vnice dilecti filij indolem excolendam & instituendam tibi crediderit, non te eum esse facit, sed eum te esse declarat, cui moribus & doctrina nullus aut suppar, aut certe superior, inter tot insignes Heroas & viros præstan-*

tiſſimos, quibus exultat Hispania, valeat reperiri. Cu-  
ram urbium, prouinciarum, regnorum, litium, cenſuum  
belloꝝ, & caterarū rerum, quæ vnius Philippi Re-  
gis acri, prudenti & capaci iudicio adminiſtrantur,  
aliorum fidei & diligentie demandet: tua verò vnicum  
filium amantiſſimum educandum & erudiendum tra-  
dat. Illis vt regna, tibi vt regem componas & informes:  
illis vt ad regulam & amuſſim iuſtitie cuncta admini-  
ſtrent, tibi vt regulam ipſam, quæ nihil eſt aliud quã vo-  
luntas Principis, dirigas & iſtituas, committatur.  
Quòd ſi in ſereniſſimi Principis noſtri tenellum corpus  
tuum ipſe animum, aut in eius animum niueos tuos mo-  
res & ingenium aſſidua conſuetudine & exercitatione  
transfuderis, præclare te tuo munere perfunctū, ingenti  
plauſu acclamabit Hispania. Formaueris planè & effin-  
xeris Philippum alterum, magnæ ſpem alteram Hispa-  
niæ, Eccleſiæ præſidium longe firmiſſimum, auitarum  
virtutum heredem, & Regem demum, qualem Aristo-  
teles formauit Alexandrum, Plutarchus Traianum,  
Lactantius Conſtantinum, Adrianus Pontifex Caro-  
lum. V. & Philippum II. Siliceus. Et quidem iam  
Princeps ipſe tam bene cultæ indolis, iam morum quos  
teneris auribus te inſtillante accepit & perdidicit,  
ſpecimen dare cæpit: iam te refert magiſtrum & in-  
ſtitutorem, iam omnium animos ſpe magnorum reple-

uit

uit facinorum: nam longè maiora præſtat, quàm ſpe-  
rari ab illo pro ea ætate poſſent, vt tu mihi, qui ocula-  
tus & auritus teſtis es, aliquando referebas. Felicè  
proinde magiſtrum, cui talis diſcipulus: felicem  
diſcipulum, cui talis magiſter: feliciffimam His-  
paniam, cui Princeps tam piè, tam ſtudioſè, tamqz  
prudenter educandus obtigerit. Quare quòd Rex  
noſter vnicam hanc Hispaniarum ſpem tibi fouendā  
& perficiendam tradiderit, non poteſt non eſſe &  
Regi & filio & tibi & nobis, & toti tandem Chri-  
ſtiane Reipublicæ multis nominibus auſpicariſſi-  
mum. Cuius itaque fidei vnica Regis proles alenda  
& iſtituenda cõmiſſa eſt: non debuit proles hæc  
& factura mei ingenij fouēda & protegendā nō tra-  
di. Trado ergo non quòd aliquibus vſibus futurum  
tibi hoc opus credam, qui Doctõris Theologi, Com-  
plutenſis Academiæ calculo approbati, iam diu illu-  
ſtri nomenclatione gaudes: ſed quòd in meo operi,  
magno, vt ſpero, futurus ſis patrociniõ & ornamē-  
to. Enimuerò ſimulatque in ſplendidiffimū tuum  
nomen, quo inſignitus prodibit liber, lectores oca-  
los coniecerint: dignum planè quem legant & æſti-  
ment omnes putabunt, quæ tu ſuſcipere æſtimare &  
legere dignatus fueris. Suſcipe igitur librū, quæ me  
vultus hilaritate, & verborum comitate excepisti,

cum

eum Madriti superioribus diebus obsequium ego tibi meum, ac me totum offerrem. Quod si feceris, non solum me, sed & Diegum Mendozam auunculum meum, quem pro tua magna in eum beneuolentia, proque eius in te eximia obseruantia, ut familiare & amicum habes, nouo charitatis vinculo astringes tibi: mihiq; ut reliquas, si quas vnquam edidero lucubrations, tibi dicem, calcar appositum existimabo. Istum itaque libellum, ceu antecursorem, & iudicij tui exploratorem premisisse contentus, precor Deum, ut quò nos multis augere possis honoribus, re ipsa eos tu ampliores honores consequaris, quos iam pridem meritis assequutus es.

Ex tuo hoc Augustinianorum  
Salmanticensi conuentu.

ij. Febr. Anno.

1588.

Pro-

## Proœmium, quo Author sus-

scepti ac editi Operis rationem

Lectori reddit.



RIVSQA M. Lector harū iter Disputationū aggrediatur, in has, quæ obuię illi erunt, animaduersiones vestigium tantisper figat precor.

Principio obseruet, velim, vix vnquam me putasse posse fieri, ut ad scribendum,

& cudendum libros ego animum appellerem. Nam, ut in terim meæ curæ supellectilis cōscientiam, quæ me ab hoc studio, suo veluti iure retraheret, prætermittam: animaduerebam hoc nostro nasuto & delicato seculo qui libros edūt, rem facere alijs non admodum vtilem, & sibi valde periculosam. Cumq; hæc duo sint, quæ sibi homines in librorum editione præstituunt, aliorum vtilitas, & honor sui, vtriusq; spem fallit exitus. Nam dum qui legunt, eorum qui scripserunt, laboribus carpēdis intendunt, parū illis commodi, & sibi minis honoris scriptores afferre possunt. Quamobrem ab hoc timore animum auocare, & cogitationē auertere opus mihi fuit, dum has disputationes, quas pro obtinenda magisterij laurea publicè de more dixeram, auditores assiduis interpellationibus ut recognoscerem, & veluti ad in eudem renocarem, ac tandem prælo mandarem, importunissimè efflagitabant. Et quidem, ut rebar, id pro eorum iudicio magis amico quàm vero, suam in me propensionem vehementius declarantes quàm meo nomini prudenter consententes, exigebant. Perfraserunt tamen improbis clamoribus, nec prius destiterunt, quàm librum de manibus re-

f. Animaduersionis, quod author eoa etus hoc op edit.

Iustantus extorserint, & volentem nolentem longa conce-  
tatione vicerint. Verum ne gratis illis tanti certaminis con-  
staret victoria, hunc ipsos laborem subituros pacti sumus,  
vt immaturæ, ac penè præcipitis editionis culpam ipsi corâ  
alijs excusare tenerentur. Hoc itaq; ipsos vt faciant non so-  
lùm humiliter oro, sed iure meo exigo, nam nisi per ipsos  
staret, intra priuatos potiùs parietes, quæstiones istas premie-  
rem, quam præceps eas in lucem iactarem.

ii. *Cur non  
alias, nec  
plures quâ  
20. quæstio.  
edit.*

Viginti quæstiones partim Scholasticas, partim, quas vo-  
cant, Positiuas die vna disserui. Et quidem numero nequa-  
quam plures, quoniam per Academiz statuta non licuit, &  
genere non alias, quia has præ alijs gratas discipulis futuras  
intellexi. Postquàm verò à me impetrarunt, seu potiùs ex-  
torserunt vt eas euulgarem, pro eo ac debui accuratiùs eas  
expoliui, minimè tamè immutauì, vt vos qui testes fuistis  
auriùm cum dicerem, esse oculati potestis, si quæ scribo lege-  
ritis. Apposui Relectionem Theologicam, quoniã & eam  
publicè habitam pro suscipienda licentiæ laurea, vrgentis-  
simè auditores flagitabant. Eius copiam priùs amicis feci,  
eam vt è meo codice transcriberent: inde menda irrepere  
cœperunt, nam mendosè scripta, mendosius in exempla  
transfusa, mendosissimè per manus multorum propagata  
est. Et quidem si nominis mei iactura dumtaxat ageretur,  
ferrem equidem moderatè: verùm doctrinæ iacturam fere-  
bam molestissimè. Eam proinde reuifere & castigare, vt  
quàm emendatissima prodiret cum alijs quæstionibus  
oportuit.

iii. *Cur tan-  
ta doctrina  
uarietas hic  
posita sit.*

Qui eius actus, quem vulgo Quodlibeta vocant, condi-  
tionem norunt, sciunt nisi aliqua iocundæ vtilitatis illecè-  
bra veluti inescati detineantur auditores, omnes tam proli-  
xi negotij fastidia fugere. Qua de causa subtilioribus & diui-  
nis Theologiæ cõtrouersijs, humaniores interponere opus  
quan-

quandoq; fuit, vt è locis scopulosis emergentes, in amœnio  
ra humanitatis otia velut in portù se reciperet. Has ego illis  
vt amœnitates offerre possem, hæc studia, quæ puer didici,  
proiectus ætate dediscere nolui. Quinquàm non tam pro-  
uectus, vt quò tempore hic liber in vulgus datur, vix secun-  
dum supra trigessimum annum attigerim.

Stylum adhiberi, què pro nimia dicendi ac scribendi cele-  
ritate potui, ornatù minimè, sed rudem, ac incòptum, qua-  
lè ferè habent Theologi: quorù cù textus integros, ac per  
magna fragmenta meis scriptis inserere debuissim, equum  
arbitratus sum, vt eorù dictioni mea non esset absimi-  
lis, sed potiùs simili filo & cõtextura sermo procederet, ne-  
què Sicyonios calceos, vt dicitur, Socrati ineptè induerè.  
Politioris itaq; literaturæ candidatos plurimùm rogatos ve-  
lim, vt rhetorum phaleris adornatam orationem aliorum  
perant: non enim, vt rectè alicubi Mag. Cano scriptum reli-  
quit, debet scriptor Theologus duplicem lectori laborem  
facillere, vnum in rerùm, alterum in verborum intelligen-  
tia, vt ad Theologum intelligendum, Grammatico sit opus  
interprete. Quauis non ibunt lectores inficias, Theologo-  
rù longè rudiorù lectiori assuetos se esse. Porro si fallor, in-  
formes istas, quas ego illis in hoc libro meo offero materias  
ipsi acceptas forment & poliant: nam rerù grauisimorù co-  
pia & multitudine, defectù styli satis cõpensasse me scio.

Authores præterea tam multos, tam varios, è cunctis fa-  
cultatibus, diuinis, scilicet, & humanis accersitos, Theolo-  
gos, Jurisprudètes, Phycos, Grammaticos, Historiographos,  
& id genus alios in hoc libello Lector videbit. Quod equi-  
boniq; consulat precor: nam ego leuis meæ autoritatis pro-  
be conscius, non solum ratione, sed grauisimorum scripto-  
rù frequētissimis testimonijs, aliquod debui meis dictis pò-  
tius fidei conciliare. Eos verò non solum in diuersum, sed  
in ad-

iiij. Excusat  
author styli,  
& dictionis  
ruditatem.

v. Cur tam  
multos, &  
passim autho-  
res citet au-  
thor.

in aduersum etiã interdum agentes, & mutuò pugnãtes in  
aciem produco: non vt eos alternis se debellantes & facerã  
tes spectare gestiam, aut prostratis debellatisq; cõuiter, sed  
vt veritas sic ab insurgentiã calumnijs asserta, vindica-  
ta, ac propugnata, caput victrix efferat, & dilucidius ac plau-  
sibilis cunctis niteat, & legentium animis se insinuet. Elẽ-  
chum verò authorum quos allego, facere vix ad aliud quã  
ad ostentandam inutilẽ diligentiam deseruire ratas sum.

vi. Qualiter  
author Tho-  
mistarũ uiam  
sequatur in  
hoc libro.

Nullius aut in verba Magistri in disputationibus iurauit.  
Loquor de Magistris recentioribus, nã antiquorũ Patrum  
pedibus, caput ego meũ non solũ humiliter, sed in se suppo-  
no. Sed & prã cãteris Theologis D. Thomã selegi, cuius  
doctrinã & placitis inhãream: quanuis nõ ita hãrebo, vt si  
quando alicunde radius veritatis affulgeat, non debeã post  
eam liberẽ & expeditẽ currere. Refert Mag. Cano. 12. de lo-  
cis, Sapientissimũ Victorã à S. Thoma interdũ dissentisse,  
maiorẽque in dissentiendo quã in consentiendo laudẽ fuis-  
se consequutũ. Et quidẽ, vt fatear ingenuẽ, vix ego in hoc  
opere vbi à D. Tho. dissentia, recolo. Thomista enim sum,  
quanuis non de genere eorũ, qui nostra tẽpestate, hac se no-  
menclatura insigniunt: nam S. Thomã sequor, alia tamen  
via quã eũ sequantur Thomistã neoterici, vt cum alibi  
sãpe, tũm prãcipuẽ in. q. 1. Schol. & q. 2. & in Relect. ad cal-  
ce libri, experiri lector pe. facile poterit. Sed qui Scou ca-  
thedrã in hac Salmañ. Academia prãsum, non ita debui  
Thomista prodire, vt Scouicã doctrinã professorem meẽ  
se dedignarer.

vii. Loca scri-  
pturã cur in  
terdam non  
iuxta vulga-  
tam hic ad-  
ducantur.

Quantum ad sacrorum Bibliorum testimonia atinet,  
quod interdum ea vel iuxta septuaginta, vel in Psalmis iux-  
ta D. Hieronym. vel iuxta nouas translationes, Vatabli, Iffi-  
doni, Pagnini, &c. adducb, nullus est scopolus, in quo impin-  
gere iure possit Lector. Nam ego Vulgatã editionem

pro eo

pro eo ac decreuit sacrum Concil. Trid. cãteris prãferens,  
& parum in hac parte timendũ mihi esse existimans, secu-  
ro pedẽ ad alias quandoq; declino versiones, vt illis augũ-  
stiores esse scripturã campum quam prima facie videatur  
ostendam: & ad plura sensa eruenda, & sic exactius intelli-  
gendã Vulgatã, studiosos Vulgatã inueni.

Cũ verò e Grãcis & Hebraicis fontibus plurima hau-  
sta & excripta in hoc libro sint, nolui characteribus Grãcis  
& Hebrãis ea depingere ac distinguere. Videlicet, quoniã  
huiusmodi characteres ad manum non erant, & mihi nec  
tempus ad expectandum, nec pecunia ad faciendum vt cu-  
derentur, suppetebat. Itẽ, quia pro ijs discipulis hãc scripsi,  
quorum cũ linguarum peritia modica sit, non debui ego  
eis eius molestiã occasionem offerre, quam visum aut au-  
ditum & non intellectum idioma solet ingerere. Sed & o-  
stentare, ac arrogare mihi illarum linguarum cognitionem  
quarũ parũ peritus sum, neq; placuit, neq; licuit.

Locorum scripturã sensum tantũ literalem in hoc li-  
bello sequor: nam mysticorum nullam in eo rationem ha-  
bendam esse putauit. Cuius consilij rationem reddo. Quest.  
2. Posit. Eò loci Lector recurat, nã ego earundem rerũ  
iterata scriptiõne nolo in iustã magnitudinis volumen,  
meum crescere librum.

Pro sacris concionibus faciendis ad populum, habent hic  
studiosi Ecclesiastã copiosã rerũ congestã multitudi-  
nem. Eam ego digerere, & per annuos sermões distingue-  
re nolui. Et quanquam id recentes scriptores vulgò faciãt,  
ea spẽ potissimum ducti, quod venales suas scripturas con-  
cionatoribus faciãt, aut quod popularem aurã, & plau-  
sũ sibi conciliãt: aut, vt credibile est, quod labore inqui-  
rendi & digerendi materias pro sermõibus Lectores le-  
gent: primum nisi avarus scriptor non faciet: secundã, nisi

viii. Cur  
Grãcis &  
Hebrãis di-  
stiones la-  
tinis charac-  
teribus au-  
thor expres-  
serit.

ix. Sensũ li-  
teralem scri-  
pturã solum  
hic author  
sequitur.

x. Pro con-  
cionatorib;  
hic cur non  
sint loca di-  
gesta.



vanus: tertium, nisi nimium officiosus. Ego verò quod ad hoc postremum spectat, Lectorem tam indiligentem, aut tam inscium, qui hac mea diligentia indigeat, nolo.

**xi. Ecclesie & orthodoxorum iudicio cuncta auctor subijcit**  
Censuram sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam Catholici & prudentes scriptores in Theologicarum disputationum initio, se subire velle protestantur, ego quidem minime reluctabor. Quinimò non solum primæ sedis Romanæ, sed etiam cuiusvis orthodoxi correctioni totum quod dicto, vel scripto, aut nunc, aut vsquam vnquam docuero, didice- ro, seu quomocumq; sensero subiectum esse volo. Hinc quando huic libello inserta testimonia lector offenderit, quorundam auctorum, quorum opera per sanctæ Inquisitionis nouissimum catalogum aut expurgantur, aut penitus abolerentur, vt Andreæ Osiandri, Vuolphangi Latij, Munsteri, Beati Rhenani, Erasmi, Ioanis Rheuclini, Georgij Veneri, Vatabli, Isidori Clarij, nihil de me sinistrum suspicari debet: nam præterquam quòd doctrina est sana & catholica, quam ex eorum suspectis libris ego circumspectis sumè hauri, hauri eam planè quando per sanctum Inquisitionum tribunal haurire licebat.

**xii. Errata Chalcographia excuset, & cuncta auctor**  
Erratum pluribus in locis est quam per nostram licuit diligentiam. Verum partim pessima originalia manuscripta, quibus Chalcographi vsi sunt: partim verò seria alia negotia, quibus impressionis tempore districtus ego intendere libri correctioni parum poteram, vt toties erratum fuerit efecerunt. In tot nanq; ac tam diuersas curas aliquando distrahebar, vt vix respirandi otium superesset. Porro ea tantum errata, quæ animaduersione digniora videntur, excipimus. Per quæ corrigendus liber est, si quando eum iterum cudi contigerit. Nullus itaq; me verius illud Quidij dicere valet,

*Defuit & scriptis vltimalima meis,*  
& illud eiusdem,

*Emendaturus, si licisset, eram.*

At in his quid moror? nam licet errata quæ ad descriptionem attinent, multa sint, & plura quæ ad dictionem, tamen quæ ad sententiam, longè plurima. Nec mirum sanè, quia dum necessitate tractus potiusquam voluntate ductus scribo, & mens aliò quam ipsa veller, vocatur, parcè & malignè & verba & sententias suggerit. Quod de se prius me dixit Luyfius Legion. Magister meus sapientissimus, ac Pater obseruantissimus, in sua ad explanationem Cantici Cantorum præfatione: verum ipse modestiæ & humilitatis, ego verò veritatis ergò dixerim. Denique quia, vt ille dixit,

*Inuenesq; senesq;*

*Et pueri nasum rhinocerotis habent;*  
id superest remediij, quòd, vt idem,

*Si nimius videor, seraq; coroniæ longus*

*Esse liber, legito pauca, libellus ero.*

**Errata**

Errata, quæ qui ante libri lectionem corraixerit, gratissimum auctori faciet.

**V**erum quod præ alijs maiori castigatione opus habet, seorsum libuit adnotare. Id habetur pag. 362. uersu, qui incipit, Genes. ubi refertur Epiphanius lib. 1. Cont. hereses. heresi. 39. asserens, quod Abelduxit Saue sororem suam in uxorem. Et quidem dum celeriter legerem Epiphanium, non potui satis eius uerbis animum aduertere. Nam ipse ibi de Setho altero filio Adami dicit, duxisse Saue sororem suam, non de Abels: ut pag. 386. iam correxi.

**P**ag. 8. uersu. ea fuerit, lege fuerit. p. 62. u. mil. 6. l. mil. 9. p. 63. u. itat. lib. 5. l. hb. 3. p. 9. u. he. infragabiliter. l. irrefragabiliter. p. 94. u. nus. 46. thom. 4. l. 66. tom. 7. p. 149. u. ex. efficitur. l. non efficitur. p. 170. u. Mi. qui. l. quid. p. 176. u. bra. Haijnoth. l. Haijoi b. & Mebazeroth. p. 200. u. scs. concernentia. l. concernentes. p. 213. u. te. ut quen. l. ut que non. p. 223. u. quo. l. alieni. l. alteri. p. 233. u. prin. positum. l. positi. p. 259. u. bus. colligis. l. colligit. p. 262. u. Iulio. l. Tullio. & u. sue. reincepta. l. re infecta. p. 265. u. si omnes. l. si amnes. p. 275. u. Heb. ad. modos. l. ad modos catilene uulgari, cuius. p. 315. u. uer. Imperator. l. Phoca Imperator. p. 360. u. trac. abruptum. l. abruptum. p. 370. refert. l. fertur. p. 377. u. Exodi. l. Leuit. 19. & u. uid. posteriorum. l. posteriorum. p. 380. Chri. Verbo. l. uersio. p. 385. u. ca. id quod. l. quanuis. p. 468. u. præ. etiã. probet. l. probet. p. 471. u. ho. gesi. l. gesit. p. 472. u. aut. Deo. l. Deo. p. 501. u. præ. alboris. l. alboris. p. 507. u. om. exercere. l. exerceri. p. 516. u. teris. led. l. lod. p. 532. u. mi. impedibilis. l. inimpedibilis. p. 541. u. fut. ura. l. futura. & accedentijs. l. accedentibus. p. 546. u. bili. offert. l. offero. p. 590. u. ad. Socrates. l. Socratis. p. 603. u. fori. lib. 8. l. leg. 8. p. 632. u. quam. l. quem. p. 647. u. & præcetur in pro. l. præcentur pro. p. 650. u. psal. habeatur uideamus. l. habentur. id insinuât uideamus. p. 668. in margine. putant. l. putarit. p. 694. in marg. bobis. l. nobis.

**A** F. ALPHONSI  
MENDOZAE AV-  
GUSTINIANI, SACRÆ  
Theologiæ Magistri, ac professo-  
ris, Quæstiones Quod-  
libeticæ.

**B** QVAESTIO PRIMA SCHO-  
lastica de Prædestinatione.

*UTRUM PRIVS DEVS  
creaturas rationales elegerit, ac prædestinauerit ad  
bona gratia, quam bonum naturæ earum  
providerit.*

**C** **Q**VAESTIO est quam non vulgò disputant Theologi, digna tamen quam disputent, & diligenter examinent propter incredibilem utilitatem quam vel solus eius titulus pollicetur: quamq; ego polliceor, qui à fundamentis totam huius disputationis dictionem euolui, construxi, & ordinavi eam, ut ante oculos omnium constituerem.

**P**Rincipio ipse quæstionis titulus euoluendus, & explicandus est. In eo namq; tanquam certum constituitur, id quod apud omnes non habet eundem gradū

**I.**  
*Qua ratio-  
ne unus au-  
ctus diuinus  
sit prior alio*



Sententia  
Scoti.

certitudinis, videlicet, actuum & decretorum Dei vnum esse prius alio. Dux sunt extremæ hac in parte sententiarum, quas vt euitent, & mediam sequantur viam, qui quæstionem propositam tractare voluerint, paucis commemorabo. Prior est quam vulgò imputant Doctores subtili Scoto in. 1. sentent. dist. 12. q. 2. & in. 2. d. 1. q. 1. art. 2. & in quodlibetis. q. 4. quòd in ipsis actibus diuini intellectus, & voluntatis, sit ordo quidam naturæ antecedens omnem considerationem nostram: secundum quem vnus diuinus actus est prior alio. Quod, qua ratione à Scoto dictum, accipi debeat, non multum me refert, quòd ad presens at tinet, expendere. Videretur autem id dicendi occasionem inde sumpsisse, quòd iam ante in. 1. sentent. d. 2. quæst. 7. §. sed hic restat. & d. 8. quæst. 4. latissimè, quandam cõsiderationem ex ipsa natura rei antecedentem cõsiderationem nostri intellectus, in ipsis actibus, & attributis Dei. Vbi autem ordo, & distinctio ponitur, prioritas etiam, & posterioritas ponatur necessum est, vt tradit S. Thom. 2. 2. q. 26. ar. 1.

Sententia  
Gabrie.

Posterior sententia est Gabrielis multis in locis: nam in. 1. d. 9. q. 3. ar. 3. dubio. 2. ex Ocham, & Gregorio, ordinem naturæ, quem Scotus assignauerat, multis refert, ac rejicit. Deinde in. 3. d. 2. q. vnica. art. 3. dubio. 3. ait, prioritatem illam, & ordinem signorum Scoti nulla ratione in diuinis admitti debere. Et denique tam eò loci, quàm d. 19. eiusdem libri. 3. q. vnica. ar. 2. conclusione. 4. in fine, contra Scot. & contra omnes expressissimè, omnem ordine, omnemq; prioritatem, etiam quam secundum nostrum modum intelligendi possemus excogitare, à diuinis actibus remouet, in hunc modum dicens: Vnus enim est actus in diuinis indistinctus, quo vnica cognitione præuidit Christi incarnationem, omnium electorum futuram beatitudinem, casum, & reprobationem: neq; vnus prius, aliud posterius. Et d. 2. sic ait: In nullo signo prædestinauit quencunq; ad beatitudinem, quin in eodem prædestinauit omnes beatificandos, & præuidit omnes dannandos, & præuidit omnia futura, neq; est talis ordo in diuinis: sed simul vidit Deus merita, & demerita, penas, & futura præmia. Hæc Gabriel. Iam ergo iuxta hoc dogma Gabrielis, ociosa esset, & superuacanea præsens nostra disputatio, qua inquirimus, an prius Deus naturalia quam gratuita, & diuina decreuerit condere: nã dicit ille, non licere nobis ordinem aliquem in diuinis actibus assignare.

Sed planè Gabriel trepidauit timore vbi non erat timor: Scotus verò non timuit vbi nonnulla erat timendi ratio. Nos verò eorum periculo docti, auream, quam appellauit Horatius, mediocritatem tenebimus: nam verebimur quidem ordinem, & prioritatem realem in diuinis actibus constituere. At secundum rationem, & considerationem nostram, ordinem ponere non formidamus, cum ipsomet Scoto in. 3. d. 32. quæst. vnica. ar. 3. & Alexandro Alens. 3. par. quæst. 3. membro. 5. & nostro Aegidio Rom. in. 1. sent. d. 41. quæst. 1. ar. 2. in initio. Caietano. 1. p. q. 19. ar. 5. Syluestro in Rosa aurea super euangelia tractatu. 3. q. 1. Alberto Pyghio lib. 10. de lib. arb. in initio. quæ etiam via, inoffenso incedunt pede, cæteri Theologi. Et, si vacaret, demonstrarem non difficili negotio Scotum à communi Theologorum doctrina, hac in parte minimè disidere, vt ferè ostendit Caietanus. 1. part. quæstione. 42. artic. 3. quamuis Gregor. in. 1. dist. 9. quæstione. vnica. §. his præmissis. acerbè taxet, & increpet Scotum in hac parte.

Vera sententia communis.

Sed hæc missa facientes, & in commodiorem referuntur.

Explicatio sententia communis.

A 2 uantes

uantes locum breui ostendamus, qua ratione constituen-  
da sit hæc prioritas in diuinis. Alexand. his verbis lucu-  
lenter id explicat. 3. part. quaest. 3. supra, vbi differens qua-  
ratione prædestinatio Christi sit prior nostra, & sit cau-  
sa nostræ, dicit sic: Attendendo ad principale significatū,  
quod est diuina præscientia cum approbatione, præde-  
stinatio Christi, & aliorum simul sunt in mente diuina,  
attendendo verò ad connotatum quod est gratia, & glo-  
ria Christi, & nostra, est ordo prædestinationis Christi  
ad alias prædestinationes, secundum quòd gratia & glo-  
ria Christi est causa gratiæ, & gloriæ nostræ. Hæc ille.  
Certè hanc ob causam S. Thom. 1. contra gentes. c. 87. **B**  
erroneum existimat dicere sic omnia pendere ex simpli-  
ci Dei voluntate, vt nulla sit ratio diuinorum actuum  
assignanda. Ex quo fit quòd si petatur, quare Deus con-  
didit hominē? rectè dicitur, vt decoraretur orbis: si qua-  
re dat gratiam? rectè dicitur, quia vult dare gloriam. Et  
D. Bonauentura in. 1. dist. 41. ar. 1. quaest. 1. si queratur, in-  
quit, quare Deus vult pluere? Respondetur propter no-  
stram vtilitatem. Vnde nos colligimus prius à Deo vo-  
litam fuisse, & intentam gloriam, quàm gratiam, & de-  
corem vniuersi quàm hominem, & vtilitatem hominis  
quam pluuiam: hoc autem totum refundi non debet in **C**  
ipsas volitiones, & intentiones Dei, quasi multæ sint, qua-  
rum vna sit prior alia; sed in res ipsas volitas, & inten-  
tas, quarum vna in suo esse, & in sua bonitate dependet  
ab alia, & est ab alia, aut propter aliam, vt etiam accura-  
tè considerauit Ferrara. 1. contra gentes. cap. 86. Ad idem  
facit, quod idem doctor fundamentalis Aegidius Roma-  
nus, D. Thomæ discipulus, & auditor multis in locis suæ  
doctrinæ, sed præsertim in allegatis locis, scilicet in. 2.  
Sententiar. dist. 1. part. 2. quaest. 1. art. 2. disputans, vtrum  
Deus

**A** Deus agat propter finē, dicit, eatenus Deū agere propter  
finē, quatenus rebus talē dedit naturā, vt sint, atq; dirigāt  
& agāt propter finē: quamuis id etiam explicet, alijs mo-  
dis qui ad nostrum institutum minimè pertinent.

Iam ergo cum in dubium vocamus, an prius Deus  
intenderit, & prouiderit gratiam quàm naturam, id so-  
lum inquirimus, an gratia sit propter naturam, tanquam  
propter finem, an vero secundò viceuersa natura pro-  
pter gratiam, aut tertio neutra sit propter alteram, sed in-  
dependenter, & seorsum vnaqueque fuerit volita, & pro-  
ducta sine ordine ad aliam. Vt enim doctè tradidit Syl-

**B** uester in Rosa aurea loco citato, multa sunt in rerum  
natura, quæ interfese nullum habent ordinem excellen-  
tiæ, aut prioritatis, nec à se vicissim pendunt secundum  
aliquod genus causæ, vt, verbi gratia, lapides, & formi-  
cæ: albedo, & logica: & de his rebus certum esse debet  
seorsum, & absque alterna dependentia volitas, & pro-  
uisas esse à Deo quantum nobis licet existimare: eò  
quòd nullum inter sese, res illæ ordinem habere videan-  
tur. Examinare ergo nos debemus an naturalia, & su-  
pernaturalia ad hoc tertium genus pertineant, quod  
quidam dicunt, vt neutra sint prouisa, aut condita pro-  
pter alia: an verò viceuersa alia propter alia intenta sint,  
**C** & rursus, an naturalia propter supernaturalia: vt inde no-  
stri dubij resolutionem comparemus.

**S**ecundo loco circa verba illa eligendi, & prædestinā-  
di in titulo quaestionis posita, prætari breuiter est ope-  
repretiū electionem, dilectionem, & prædestinationem  
non vnum, sed multos actus esse nostro modo intelli-  
gendi, ipsosque magnoperè differentes. Et quidem cum  
alias multifariam potest inter eos discrimen assignari, vt  
latissimè, & eruditissimè deducit Aegidius in primo lo-

**II.**  
Quid nomi-  
ne electionis  
dilectionis,  
& prædesti-

co citato: tū verò maximè quantū ad nostrū spectat insti-  
 tutum, in hoc distingūtur, quòd electio, & dilectio ante-  
 cedunt prædestinationem, vt habet S. Thom. 1. p. q. 23. ar.  
 4. sicut enim efficax applicatio, & ordinatio mediōrum  
 ad finem, præsupponit efficacem intētionem, & volitio-  
 nem finis, ita prædestinatio (quæ nihil est aliud quàm or-  
 dinatio mediōrum ad finem beatitudinis, vel ordinatio  
 aliquorum in finem beatitudinis per certa media) suppo-  
 nit in Deo voluntatem efficacem conferendi eis beati-  
 tudinem, illis inquam præ alijs, in quo ratio electionis, &  
 dilectionis consistit. Est namque dilectio quatenus est  
 volitio conferendi illis gloriam, est verò electio quate-  
 nus illis plusquàm alijs, vult illū finē beatitudinis. Præ-  
 terea electio, & dilectio sunt actiones à diuina voluntate  
 profectæ: contrā verò prædestinatio ab intellectu, vt con-  
 tra Scotum, & Gregorium Arimin. tenent discipuli S.  
 Thomæ, de quo aliàs. Quanuis itaq; his, atq; multis alijs  
 modis differant diuini isti actus, in præsentī tamen dispu-  
 tatione confusē à nobis, & citra aliquem delectum vsur-  
 pabuntur, videlicet pro actu illo, quo Deus voluit, ac de-  
 creuit homines, & angelos in gratia, & gloria constitue-  
 re, siue id fecerit per actum electionis, siue dilectionis, si-  
 ue prædestinationis. Omnes enim isti actus ad rerum su-  
 pernaturalium ordinem spectant, & quidquid supernatu-  
 rale est, ab illis habet proficisci, & prouideri: contrā verò  
 omnia naturalia à nullo illorum trium actuum habent  
 fieri, sed potius à quadam alia prouidentia, ac dilectio-  
 ne naturali, secundum vulgatum modum loquendi  
 Theologorum: quem tamen quò ad hoc postremum,  
 ego conuellere, & expugnare conabor, & in hoc totos  
 contendam neruos. Cætera vocabula, ac nomina in titu-  
 lo quæstionis posita, dilucidiora, ac manifestiora sunt,  
 quàm

A quàm vt nostra indigeant explicatione. Iam ergo quæ-  
 stio præsens erit. Vtrum actus ille quo Deus decreuit, &  
 voluit quibusdam gratiam, & gloriam dare, præsupponat  
 secundum rationem, & considerationem nostram, aliū  
 actum prouidentia naturalis, quo Deus eorundem, siue  
 hominum, siue angelorum naturam condere destina-  
 set: an verò prius elegerit, dilexerit, & prædestinauerit  
 certos illos ad diuina bona gratia, & prædestinationis, &  
 deinde alio actu, secundum nostrum captum, & in-  
 tellectum, prouiderit, & decreuerit eos condere. Et qui-  
 dem, aut ego fallor, aut quæstio erit cum iucundissima  
 tum vtilissima, & sanè non fallor.

**E** S T iam prima sententia, quam non vnus, & alter  
 Theologus, sed omnes ferè vnanimi consensione ve-  
 rissimam censent. Videlicet naturæ ordinē præsupponi  
 ad ordinē gratia, in diuina mente: atq; adeò prius Deum  
 naturalia quàm supernaturalia ab æterno condere decre-  
 uisse. Quod adeò verum esse existimant, vt ex antiquis  
 Theologis nullum, & ex recentioribus aut nullum, aut  
 vnum, vel alterum reperiant, qui in quæstionem hoc  
 vsquam verterit. Tam constans apud omnes semper fuit  
 quòd priora sint intenta, & prouisa à Deo naturalia, po-  
 C teriora verò supernaturalia. Vnde in hunc modum ita-  
 ruunt, ordinantque: & enumerant actus diuinos, vt dicāt,  
 primò omnium seipsum Deum cognouisse, & dilexisse:  
 secundò voluisse manifestare suam bonitatem, sapien-  
 tiam, & alia attributa, profundendo, & communicando  
 rationem entis rebus omnibus alijs extra se: tertio cog-  
 nouisse scientia simplicis intelligentia infinitos modos,  
 quibus suam poterat ostendere, & impertiri bonitatem:  
 quartò autem, cum ventum est ad particularem com-  
 municationem sui, voluisse primò omnium condere re-

rum

Sensus to-  
 tius quæstio-  
 nis.

III.

Prima sen-  
 tentia quod  
 prius Deus  
 naturā quā  
 gratiam pro-  
 uiderit.

rum naturam, cœlum, elementa, mixta, viuientia, &c. Et A  
hinc incipiunt dissentire Doctores: nam Scotus in. 3. d.  
19. q. vnica. §. In ista quæstione. cui velut membra capiti  
adiunguntur sui, quos Scotistas appellant, contendit per  
suadere, quod post decretum de creaturis quantum ad  
earum naturas, statim à Deo decretum fierit de omni-  
bus prædestinatis, & ibi de Christo. Thomistę verò (hoc  
enim nomine sectatores doctrinæ D. Thomæ Theolo-  
gorum schola appellat) neq; de Christo, neq; de præde-  
stinatis quidquam Deum dicunt prouidisse, quo ad vsq;  
visa sunt omnia naturalia, & omnia gratuita spectãtia ad  
statum innocentia, & peccatum primorum parentum: B  
atq; ad eò vtraq; Theologorum sententia in hoc vno vi-  
detur conuenire, quod esse rerum naturale præsupponi-  
tur ad prædestinationem Christi & nostram.

*Argumenta  
huius sent.*

*Primum.*

*Roman. 8.*

Et probatur paucis quidem sed fortissimis medijs (nò  
enim est animus ingentem argumentorum syluam con-  
gerere, sed pauca quidem numero, sed virtute maxima.)  
Primò ergo arguitur, quia illud sancti Thomæ dictum  
in. 3. p. q. 1. ar. 3. ad. 4. prædestinatio supponit præscientiam  
futurorum, in aperto D. Pauli, Roman. 8. testimonio niti  
videtur. Quos præsciuit, & prædestinauit, &c. vbi Pau-  
lus insinuat, quod eos prædestinare Deus non poterat, C  
nisi præsciret, id est, prius eos sciret ( vt habet glossa S.  
Thomæ, ibi, lectio. 6.) ergo prædestinatio non est actuũ  
Dei primus, sed præcedit scientia, qua videlicet præscit  
& prouidet secundum suas naturas eos, quos in secun-  
do signo prædestinare debet.

*Secundum.*

Secundo ex ipsa rei natura constat non posse intelligi,  
quod aliquod donum conferatur alicui, & quod ipse nò  
præsupponatur existens, & habens naturam, præsertim  
si bonum conferendum sit gratuitum, & supernaturale,  
(quod

A (quod dixerim propter bonum naturale creationis, quod  
non supponit subiectum existens, imò per ipsam creatio-  
nem producitur ad existentiam) sanè non nisi in natura  
gratia fundari potest, & ideò ea quæ sunt gratiæ suppo-  
nere debent ea quæ sunt naturæ: quæ sunt verba A Eg-  
dij in. 2. dist. 28. quæst. 1. ar. 2. statim in initio. Confirmatur,  
quia Deus per potentiam suam absolutam efficere re-  
quit creaturam, cui naturalis sit gratia, & gloria, & cæte-  
ra bona prædestinationis, cuique impeccabilitas sit natu-  
ralis, vt ostendit S. Thom. in. 2. dist. 23. quæst. 1. ar. 1. & de  
verit. quæst. 24. ar. 7. & communiter Theologi ibi in. 2. d.  
B 23. A Egidius. q. 1. ar. 1. Argentina. q. 1. art. 4. Richardus, Bo-  
nauentura, Durandus, & omnes; soli Deo naturale est  
habere gratiã, & gloriam nò ab alio quopiam mendica-  
tam, & acceptam: cæteris autem omnibus supernaturale  
est, id est, vim suæ naturæ longè excedens, ergo intelligi  
non potest, quod ad suscipiendam gratiam, & gloriam  
non præsupponatur quis iam habens naturam, cui scilicet  
fiat illa gratia donorum supernaturalium. Et ex con-  
sequenti cum imaginamur Deum excogitantem, & pro-  
uidentem de rebus gratuitis, iam præcessit nostro modo  
loquendi prouidentia de naturalibus.

C Tertiò arguitur, præmittendo id quod apud omnes  
est constitutum, scilicet, prouidentia in Deo priorem esse  
prædestinationem, vt habetur in S. Thoma, de verita-  
te. q. 6. art. 3. vbi dicit, prædestinationem se habere ex ad-  
ditione ad prouidentiam. Et. 1. p. prius hac ratione de pro-  
uidentia, quam de prædestinatione disputat. Et idem facit  
Mag. in. 1. & ibi omnes Doctores, & Alexand. 1. p. & ra-  
tio id conuincit. Nam absurdum esset dicere quod præ-  
destinationi superueniat prouidentia, esset enim hoc fa-  
cere prædestinationem inefficacem, & alterius indigen-  
tem

B tem

tem præsidio. Est ergo prior prouidentia: aliquem enim **A** inter sese ordinem habent. Ex quo iam sic argumentor, Prædestinatio supponit prouidentiam, ergo ea quæ fiunt per prædestinationem, supponunt ea quæ fiunt per prouidentiam. Qualis enim ordo inter actiones reperitur talis inter earum terminos, & actiones reperiri debet. Cum ergo actus prouidentix sit prior prædestinatione, res prouisæ priores debent esse rebus prædestinati: sed res prouisæ sunt res naturales, hæ ergo præcedunt in intentione Dei eas quæ per prædestinationem fiunt, scilicet, res supernaturales.

Quartum.

Quarto res naturales non habent fieri, & produci in **B** rerum natura ex vi diuinæ prædestinationis: & licet aliqua earum interdum ex vi prædestinationis sequantur, at omnes impossibile est ab ea fieri, ergo quærenda, & constituenda est in Deo aliqua alia prior prouidentia, videlicet, communis, & generalis, ex qua res omnes naturales sequi debeant. Antecedens patet, quia ex prædestinatione non sequuntur nisi quæ cum fine prædestinationis habent ordinem, quæq; ad finem ipsum conducunt, quæ iam sunt, gratia, merita, & alia quæ numerauit Paulus, Roman. 8. vocatio, iustificatio, &c. Quod si notabiliores quidam euentus naturales interdum ex prædestinatione electorum sequuntur, id certe ideo fit, quia **C** tales euentus ad salutem electorum conducere debent. At res quædam minutissimæ, & vilissimæ, ut puta numerus guttarum pluuiæ, numerus arenarum maris, muscarum, formicarum, pullicum, non apparet quid ad præaltum, & eleuatissimum prædestinatorum finem faciât: atq; adeo dici neq; potest, neq; debet, quod minima ista, per prædestinationem fiât, sed per generale quædam, & comunem prouidentiam antecedentem omnem prædestinationem.

Quin-

Quintum.

**A** Quinto saltem in via D. August. & D. Ambrosij, & ferè sanctorum, quorum sententias, & loca collegit Marfilius in. 3. quæst. 1. art. 3. hæc doctrina defendi nequit. Enim verò D. August. Epistol. 105. & 106. & lib. 1. ad Simplicianum. quæst. 2. & in Enchiridio. cap. 94. & alibi sepe, docet, totum negocium prædestinationis, & reprobationis factum fuisse post præuisum originale peccatū. Et S. Tho. 1. par. quæst. 23. art. 1. ad. 3. idem habet, & ubique locorum docet ferè cum patribus, Christum fuisse prædestinatum in remedium peccatorum, in salutem humani generis, in perfectionem vniuersi, in naturæ præsertim humanæ gloriam, & exaltationem. Et. 3. part. quæst. 1. art. 3. ad. 4. Prædestinatio, inquit, supponit præscientiam futurorum. Ex quibus omnibus consequi videtur, cum ventum est ad decretum de prædestinatione Christi, iam Deum optimum maximum præuidisse, & præuoluisse homines, & eorum salutem, & totum vniuersum, præsertimq; humanitatem, quam assumpturus erat. Eò enim ipso quod destinatur humana natura ad vnionem hypostaticam cum verbo diuino, iam præuolita, & præuisa intelligitur ipsa caro, & humanitas. Atq; adeo ante decretum incarnationis, alia de carnis, & humanitatis, & totius vniuersi natura decreta, in diuina mente, intelligimus præcessisse. **C** Quod si prouidentia, qua res istas, Deus esse voluit, & creuit, præcedit Christi prædestinationem, præcedit & nostram, hominū, & angelorū: nam prædestinatio Christi nostræ præcedit ad minus, nam de angelis tã certū non est.

**E** Est secūda, ipsaq; verissima, si rectè intelligatur, sententia, quæ asserit, nullū actum pertinentem ad ordinem rerum naturalium, præcessisse in mente Dei prædestinationem electorū: sed primum omnium actuum fuisse prædestinationem, ex qua sequuta sunt cætera decreta, de

**IIII.**  
Altera sententia quod supernaturalia sint priora naturalibus.

B 2 con-

condendo mundo, de creandis Angelis, & hominibus, A  
 de permittendo peccato, deq; alijs huiusmodi ad ordinē  
 naturæ pertinentibus. Itaq; primum omnium decreto-  
 rum Dei fuit prædestinatio Christi, deinde Angelorum,  
 & nostra: deinde decretum creationis rerum omnium  
 naturalium: & hæc omnia ex illo primo decreto præde-  
 stinationis Christi, & nostræ sequuta sunt. Neq; verò de-  
 stituta est hæc sententia optimorum Doctorum patroci-  
 nio, vt pleriq;, qui præsentem quæstionem à limine salu-  
 tarunt, & in eius tractatione oscitanter se gesserunt, existi-  
 mant: nam ex recentioribus multi, & ex vetustioribus  
 nonnulli, in gratiam huius opinionis, plurimum insuda-  
 runt. Eam defendit Iacobus Naclantus, super Epistolā ad  
 Ephesios. c. 1. in digressione. Quo ordine, & ratione de re-  
 bus definitum fuerit apud Deum. Idem habet Albertus  
 Pyghius, lib. 8. de libero arbit. c. 3. & lib. 10. in initio. Huic  
 etiam parti subscripsit Ambrosius Catherinus, lib. 1. de  
 eximia prædestinatione Christi, in initio, & infra addu-  
 cens scripturæ loca, præsertim loco. 6. & 8. sed loco. 1. id  
 habet expressissimè. Itē Petrus Galatinus, lib. 7. de Archa  
 nis Catholicæ veritatis, à c. 3. vsq; ad. 9. vbi ex mente etiā  
 multorum inter Hebræos doctissimorum, ostēdit, Deū,  
 amore Mesiæ, & amore matris eius permotum fuisse C  
 ad totam vniuersi fabricam construendam: atq; adeo pri-  
 mum omnium volitorum fuisse Christum, deinde secu-  
 dum prædestinatos, tertium conditionem naturæ re-  
 rum, &c.

Sed ex Sententiarijs vnum, qui instar mille nobis esse  
 debet, depromamus: Is est Scotus. 3. d. 19. q. vnica. 6. In ista  
 quæstione. Vbi sic loquitur: Primò Deus intellexit se sub  
 ratione summi boni: in secundo signo intellexit creatu-  
 ras omnes: in tertio prædestinauit hos ad gloriam, & gra-  
 tiam,

A tiam, &c. Hæc sunt signa Scoti à tam multis tractari so-  
 lita, & à tam paucis benè intellecta. Sed profectò illis, aut  
 ego fallor, aut nostram insinuat opinionem, non enim  
 ponit decretum de creaturis (vt quidam existimant) an-  
 te decretum de prædestinatione, vt & verba sonare vi-  
 dentur: imò, si rectè inspiciatur, primum omnium ponit  
 prædestinationem, videlicet, in tertio signo: nam quæ in  
 primo, & secundo signo ponit, ad decreta Dei non perti-  
 nent, sed ad simplicem rerum intelligentiam. Vnde con-  
 sultò abstinuit Scotus, cum in secundo signo dicit, Deū  
 intellexisse creaturas, à verbo vidit, prouidit, intendit, de  
 creuit, &c. tantū posuit verbum intellexit, nimirum per  
 simplicem intelligentiam: & hoc verissimum est, quòd  
 per scientiam simplicis intelligentiæ, prius Deus cogno-  
 uit, & intellexit creaturas quàm Christum, & electos præ-  
 destinaret. Cæterum in scientia approbatiua, & scientia vi-  
 sionis, & prouidentia, seu volitione efficaci, & consequen-  
 ti, primum quod prouidit, & voluit, fuit negotium præ-  
 destinatum.

Sed, quoniam hæc explicatio sententiæ Scoti, multas  
 potest pati calumnias: age, & eius mentem certius colli-  
 memus, recurrentes ad aliud eius testimonium. Id habe-  
 tur in eodem lib. 3. Sentent. d. 32. q. vnica. ar. 3. cuius verba  
 C tu attentè perspicè, lector optimè: sola enim attenda le-  
 ctione, non glossa, aut explicatione aliqua egent. Sic ergo  
 dicit: Omnis rationabiliter volens, prius vult finem, &  
 secundo illud quòd immediatè attingit finem, & tertio  
 alia, quæ remotius sunt ordinata ad attingendum finem.  
 Cum igitur Deus rationabilissimè velit, licet non diuer-  
 sis actibus, sed tantum vno, in quantum illo diuersimo-  
 de tendit super obiecta ordinatè: Primò vult finem, &  
 in hoc est actus suus perfectus, & voluntas eius beata:

B 3      secundo

*Signa, seu in-  
 stantia ratio-  
 nis. Scoti ex-  
 plicantur.*

*Locus insig-  
 nis Scoti pro  
 nostra senten-  
 tia.*



secundo vult illa, quæ immediatè ordinantur in ipsum, **A** prædestinando, scilicet, electos qui immediatè attingūt ipsum, &c. Et statim: tertio vult illa quæ sunt necessaria ad attingendum hunc finem, scilicet, bona gratiæ: Quarto vult propter alios alia, quæ sunt remotiora, puta hunc mundum sensibilem, vt feruiat eis, vt sic verum sit illud, 2. Physicor. homo quodammodò est finis omnium sensibilium, scilicet, quia propter ipsum volitum quasi in secundo signo nature, sunt omnia sensibilia volita quasi in quarto signo. Illud etiam, quod est propinquius fini ultimo, consuevit dici finis eorum, quæ sunt remotiora. Siue igitur, quia Deus vult mundum sensibilem in ordine ad hominem prædestinatum, siue quia quodammodò vult immediatius hominem amare se, quàm mundum sensibilem esse, homo erit finis mundi sensibilis. Hæc Scotus. Quibus nihil clarius, & asseuerantius à nobis dici potuisset, à nobis inquam, qui hanc sententiam asserere, & firmare satagimus. Primum enim omnium ponit, Deum velle finem, id est, manifestationem suæ bonitatis: secundum, prædestinationem electorum: tertium, bona gratiæ, quæ sunt fini prædestinationis aptiora, & propinquiora media, quartum mundum sensibilem, id est, esse rerum naturale. Gab. 3. dist. 32. quæst. vnica. art. 1. notabi. 3. hoc idem Scoti testimonium ad verbum refert, & sequitur. Vnde ponit hæc sententia, Christum prædestinatum, non solum ante cæteros omnes homines, quod ponunt omnes Theologi, sed & ante omnes angelos, quod non omnes, neq; plures fatentur, sed pauci, id est, Scotus, cum relatis superius, & Viguerius, & Iacobus de Valentia, & quidam alij: sed & ante omnes etiam creaturas: ita vt, qua natione homo est, dicatur primogenitus omnis creaturæ, & ante cæteras omnes,

**A** nes, à Deo intentus, & volitus, de quo multa inferius. **S**ed priusquam ad huius verissimæ nostræ sententiæ probationes deueniamus, dubium hic non prætereū dum occurrit, an, scilicet, in doctrina S. Thom. defendi valeat hæc nostra sententia. Prima enim, & maxima, quæ in doctrina Sanct. Thom. sese offert, difficultas est, quòd Sanct. Thom. existimat, minimè Christi prædestinationem futuram, si homo non peccasset. Ex quo fieri videtur consequens, prius à Deo visum fuisse peccatum, & volitam eius permissionem, quàm volita fuisset incarnatio verbi: atque adeò non apparet quomodò, in via Thomistarum, stare possit, quòd primum omnium decretorum Dei fuerit incarnatio, seu prædestinatio verbi, si iam præcessit peccati visio, atque permissio. Si verò prius quàm peccatum videretur, fuit Christus prædestinatus, iam ergo etiam non existente peccato, Christus, qui ante visum peccatum prædestinatus fuerat, veniret, quod directè pugnat cum doctrina S. Thomæ.

**B** **V**t ergo has sententias conciliemus, ex quorundam recentiorum doctrina, aduertendum nobis est, quòd, licet Christus fuerit prædestinatus ante visum peccatum, & ante decretum creationis vniuersi, non tamen fuit prædestinatus independentè ab eis, sed dependentè, atque adeò non sequitur, quòd veniret, peccato non existente; sicut, neque veniret, vniuerso non existente, & creaturis non existentibus. Licet enim sit prædestinatus ante creaturas, non tamen independentè à creaturis, & vniuerso. Certè nunquam vult cordatus aliquis prouisor finem, nisi dependentè à medijs, neque vult finem nisi per media, neque veller esse finem nisi simul vellet esse media: atque adeò

*Quomodo licet Christus fuit prædestinatus ante visum peccatum, non veniret si peccatum non esset*

quamuis

**V.**  
An in doctrina S. Tho. de secunda sententia.

quamvis prius velit finem, quàm media, non sequitur, quòd sit futurus finis, non existentibus medijs, quia non intenditur finis nisi dependente: à medijs. Certum est, Deum prius velle gloriam alicui, quàm ei velit gratiam, atque merita: Cæterum quia non vult gloriam sine gratia, & meritis, imò neq; vult eam nisi cum dependentia à gratia, & meritis, tanquàm à medijs; non sequitur futuram esse gloriam nisi etiam sint merita, & sit gratia. Similiter prius Deus, & natura intenderunt hominē, quàm intenderent elementa, quibus homo constat. Cū enim homo sit rerum sensibilem finis (vt habet Arist. 2. Physico. tex. 2. 4. & elucidat fassissimè & doctissimè A Egi dius in. 2. d. 1. p. 2. q. 1. ar. 4.) prius est volitus quā volita sint elementa: quia tamen non est volitus homo, sine elementis, sed potius dependenter ab elementis, tanquàm à medijs, ideo non sequitur, futurum esse hominem, si elementa non essent. Ad hunc ergo modum, habet nostra sententia, prius Deum voluisse vnionem hypostaticam, & incarnationem verbi, quàm vellet permittere peccatum, & quàm vellet condere naturam hominis, & totius vniversi. Quia tamen non est volita incarnatio sine peccato, imò dependenter est volita à permissione peccati, & à natura rerum, tãquàm à medijs, idcirco non sequitur futurum esse Christum, si peccatum non esset, aut si vniversum non esset. Atq; adeò, nisi existente peccato, non veniret Christus, quæ est doctrina S. Thomæ.

Hæc explicatio verissima est, in eo quòd asserit, non fuisse volitum Christum, neq; prædestinatum, nisi dependenter ab vniverso, & à natura humana: atq; adeò non futurum Christum nisi existente vniverso, & existente humana natura. Cæterum in eo, quòd asserit, non fuisse Christum volitum, nisi dependenter à peccato, &

Argumentū  
contra præ-  
dictam ex-  
plicationē.

**A** non sine ingenti difficultate saluatur. Quamvis enim, rectè intelligatur Christum non fuisse volitum nisi dependenter à creatura, & à natura humana, & similiter gloriam non fuisse volitam, nisi dependenter à gratia, & meritis; atq; adeò hominem minime fuisse volitum, nisi dependenter ab elementis: cæterum hæc omnia idcirco vera sunt, quia creatura, & natura humana ordinantur tanquàm media necessaria, & per se requisiti ad esse Christi (nisi enim essent creatura, & esset natura humana, esse non posset Christus.) Et similiter gratia & merita sunt media ad gloriam, & elementa ad constitutionem hominis. At verò permissio peccati nullatione est medium per se requisitum ad incarnationem verbi, & ideo potius optime, & intendi, & proficere incarnatio independenter à peccato. Sed ad hoc dici potest, quòd licet permissio peccati, ex natura rei, non sit medium ad incarnationem, cæterum de facto ex speciali Dei pacto, & voluntate assumpta est tanquàm medium, per quod incarnatio verbi deduceretur ad effectum, alioqui non deducenda. Sic namq; gratia, & merita secundum re naturam, & Dei omnipotentiam, non sunt media per se, requisiti ad gloriam, quia tamē de facto, & ex lege, & ordinatione Dei habent esse media, dicimus, Deum nemini voluisse gloriam, nisi dependenter à gratia & meritis. Similiter ergo licet peccatum non sit per se, loquendo, medium ad vnionem hypostaticam, quia tamen Deus voluit ipsi assumere pro medio ad ipsam vnionem incarnationis, dicimus, Deum non voluisse incarnationem nisi dependenter à peccato. Atq; adeò non foret incarnatio, si peccatum non esset, cum quo bene fiat, quòd prior fuerit incarnatio in mente Dei, quàm peccati permissio.

Sed sunt qui hanc solutionem labefactare contendunt, dicentes

Explicatio  
videtur  
conuenire

Solutio.

Réplica con-  
tra prædictā  
solutionem.

C

dicentes, alium esse finem, in quem commodius potuit **A** permissio peccati ordinari, videlicet, ad ostendendum modum suavis prouidentia Dei: ad eam enim spectat **permittere** peccata, & quod aliqua creatura à fine deficiant, vt habet S. Thom. 1. part. quæst. 23. art. 3. In hunc ergo finem ordinari potuit peccati permissio, atque ideo non est quod in finem incarnationis dominicæ, fuerit tanquam medium assumpta & ordinata.

*Explicatio  
totius dubij  
& solutio.*

Sed planè hæc nostræ solutionis confutatio magis **firmat** nostram sententiam. Qua enim ratione credendum est, quod propter bonum prouidentia, totam humanam naturam miserè ruere, & peccare, Deus permiserit: cum ad hunc prouidentia finem, satis fuisset **permittere** aliquos peccare, & à fine deficere? **Quin** cum Deus per firmam prouidentiam generalem supernaturalem, omnes homines, nemine profus excepto, ordinasset, & direxisset in finem beatitudinis, non apparet, quomodo ad ostendam bonitatem, & suauitatem ipsius prouidentia, omnes peccare, & à fine illo deficere sineret. Hoc enim potius pugnat cum bono prouidentia, & illud destruit, quam commendat, & ostendit: **permittere**, scilicet, omnes deficere à fine illo, ad quæ per ipsammet prouidentiam, iidem omnes fuerant ordinati. **Restat** ergo, vt id quod inferre nitebamur, colligamus, quodque omnes quirem hanc penitus introspe xerint, asseuerabunt, nempe, quod ad excellentissimum alium, & maximum, & supremum finem ordinata fuerit peccati totius naturæ permissio, videlicet, ad incarnationem dominicam, vt scilicet, huius mirabilis beneficii suprema misericordia magis elucesceret, dum per illud præstaretur remedium instaurationis tam generali, ac miseræ totius humani generis ruinæ: & sic **huius-**

**A** huiusmet beneficii efficacissima potestas, & virtus, amplius manifestaretur, quod pro totius humanæ naturæ reparatione, & pro mille alijs effectibus diuinissimis, qui ex hac totius naturæ peccati permissione, sequuti sunt, magno consilio à Deo factum fuit. In hunc ergo modum conciliari potest nostra sententia cum doctrina Sancti Thomæ, asserentis, incarnationem non futuram nisi existente peccato. Quam quidem conciliationem, eò ab omnibus approbari vellem, quod hæc nostra sententia gratior, & plausibilior cunctis videatur.

**H**is ergo sic statutis, vt ad locum vnde egressa est oratio, reuertatur, hæc à me statuuntur conclusiones, nostræ quæstionis resolutiæ. Prima: Omnium, quæ Deus ab æterno, in mente sua facere excogitauit, primum fuit vnio hypostatica verbi diuini: secundum, prædestinatio omnium electorum: tertium, naturæ rerum conditio: ac proinde priora sunt supernaturalia, quam naturalia, & ordo naturæ præsupponit ordinem gratiæ. Hæc simul probanda est cum sequentibus. Secunda conclusio: Nullius futuri præscientia præsupponitur in mente Dei ad prædestinationem, sed omnia ex ipsa sequuntur: atque adeò nihil profus ab æterno decreuit Deus facere, vel in tempore facit, nihil permittit, siue intendit, siue naturale, siue supernaturale, siue sit res magni ponderis, siue minimi, & ferè nullius, quod non proueniat, sitque effectus, & medium prædestinationis electorum, & Christi. Atque adeò omnia cadunt sub ordine diuinæ prædestinationis, tanquam media ad Christi, & sanctorum gloriam ordinata. Tertia: Nō est aliqua alia prouidentia in Deo, antecedens prædestinationem, ex qua scilicet, pro

V I.

*Quatuor conclusiones,  
quibus tota  
quæstio res-  
soluitur.*

*Prima.*

*Secunda.*

*Tertia.*

videntia proveniunt res naturales, & quidam alij esse  
 dicitur supernaturales, sed unica est distantia providentia,  
 ipsaq; est praedestinatio, ex qua omnia in unum sum, nil  
 lo pro nisi excepto, habent sequi. Atq; adeo iuxta hanc  
 conclusionem, totum unum sum, ut complectitur statu  
 yalia, & supernaturalia; bona, & mala, substantias, & ac  
 cidentia, & omnes in unum sum modos esseendi, & ope  
 randi, non solum in generali, sed in specie, & individuo,  
 sunt consideranda tanquam unicum obiectum totale  
 divinae praedestinationis: ita ut nihil omnino sit, quod  
 subterfugiat illius obiecti latitudinem, & quod non ca  
 dat sub actu illo praedestinationis. Unde sic quarta con  
 clusio, si electorum praedestinatio futura non esset, nihil  
 esset omnino in rerum natura: itaq; statuo tanquam cer  
 tum, quod nisi Christus futurus esset in mundo, nulla  
 fuisset a Deo facta electorum praedestinatio: non existi  
 te autem praedestimatione, ex cuius vi sequuta sunt om  
 nia; non esset coelum, non terra, non reliqua elementa,  
 non vivientia, non homines, non Angeli, non peccata,  
 non demones, non reprobi: & denum, ut vno totum  
 verbo absoluam, solus Deus esset, & nihil aliud esset a  
 Deo, neq; naturale, neq; supernaturale, neq; bonum, ne  
 que malum. Loquimur secundum communem rerum  
 legem, & ordinem, & iuxta eos fines, quos probabiliter  
 suspicamur, Deum habuisse in creaturarum conditione.  
 Nam nequaquam intendimus divinitus potentiae naiet  
 statem, sic nostrae imbecillitatis caput alligare, ut neg  
 mus potuisse Deum, quae sua est absoluta potentia, na  
 turam rerum independentem a gratia, & gratiam inde  
 pendentem a Christo domino, facere, & ordinare: neque  
 contra hoc sunt nostra conclusiones. Quas simul est  
 o animus explicare, & efficacissimis argumentis confirma  
 re:

*I V*  
**Quarta**  
 conclusio  
 si electorum praedestinatio  
 futura non esset, nihil  
 fuisset a Deo facta electorum  
 praedestinatio: non existi  
 te autem praedestimatione,  
 ex cuius vi sequuta sunt om  
 nia; non esset coelum, non  
 terra, non reliqua elementa,  
 non vivientia, non homines,  
 non Angeli, non peccata,  
 non demones, non reprobi:  
 & denum, ut vno totum  
 verbo absoluam, solus Deus  
 esset, & nihil aliud esset a  
 Deo, neq; naturale, neq;  
 supernaturale, neq; bonum,  
 neque malum. Loquimur  
 secundum communem rerum  
 legem, & ordinem, & iuxta  
 eos fines, quos probabiliter  
 suspicamur, Deum habuisse  
 in creaturarum conditione.  
 Nam nequaquam intendimus  
 divinitus potentiae naiet  
 statem, sic nostrae imbecillitatis  
 caput alligare, ut negemus  
 potuisse Deum, quae sua est  
 absoluta potentia, naturam  
 rerum independentem a gra  
 tia, & gratiam independentem  
 a Christo domino, facere, &  
 ordinare: neque contra hoc  
 sunt nostra conclusiones. Quas  
 simul est o animus explicare,  
 & efficacissimis argumentis  
 confirmare:

**A**re eum enim connecte finem, se, & concatenare,  
 una sine alia probari, aut explicari mihi non potest, imo  
 mutuo se ipsas probant, & explicant si attentè considere  
 rimus, & expendamus. *Secundum hoc, quod supra, et infra, et de illis*  
**P**raedictum autem sciendum est, ex recentioribus quo  
 dam, quibus haec nostra sententia specie tenus arripit  
 se villa est, eam conatos fuisse defendere, sed plane offen  
 dunt eam, potius quam defendunt. Et dum illam ipsi  
 arripit dicunt, invidere se eam potius ostendunt. Nam  
 dicunt in genere quidem causae finalis, verum est pri  
 rem esse in mente Dei ordinem gratiae, & praedestinatio  
**B**onae, quam ordinaratur naturam in genere vero causa mate  
 rialis, opposito contingit modo. Verumamen habuimus  
 diu distinctione potius enervat nostram sententiam, quam  
 statum. Eam ergo prius exploramus, & enervamus opor  
 tet dicente: Aliud esse rerum, inter se ipsas, & in seipsis,  
 unam esse priorem alia, atq; unam esse causam alterius.  
 Et tunc optime distinguitur in genere causae materiali,  
 aut efficientis, aut finalis, &c. Aliud vero esse si loqua  
 mur de rebus, non pro vi in seipsis suat, sed pro vi sunt  
 in mente, & animo artificis, & archyctri: & tunc causa  
 materialis non habet locum, sed solum finalis. *Quia er*  
**E**go in praesenti quaestione non inquiramus, quamnam sit  
 prior, an gratia, an vero natura, sed quamnam prior fuerit  
 in divina intentione, voluta, & intenti, gratia, neq; an natu  
 ra, profecto maniter distinguitur in genere causae mate  
 rialis, aut finalis solum enim loquimur de causa finali.  
 Et quam in hoc genere causa, & labiosa prius est gratia  
 quam natura, vram probabimus, si deo absolute, & im  
 mutabili omnibus prius est voluta, & provisa nullo modo, &  
 illi, de quorum numero est hancisquis de, Geryg  
 gena, & cens aut non, de, & de, & de, & de, & de, & de, & de, & de,  
 C 3 hunc

**VII.**  
*Quomodo  
 quida intel  
 ligant quod  
 Christus, &  
 ordo gratie  
 praeserint  
 in mente Dei  
 ordinem na  
 turae.  
 Refutatur  
 ista explica  
 tio.*

*Secunda ex  
 plicatio alio  
 rum.*

hunc in modum distinguunt, & dicunt: Homines, & an-  
gelos dupliciter posse considerari. Primò, quatenus me-  
dia sunt ad illum finem, quem Deus in ipsis intendit, sci-  
licèt, ad gratiam, adque gloriam, & sic verum est, priùs  
esse à Deo volitum, & intentum finem illum, id est, il-  
lam gratiam, & gloriam, quàm intenderetur eorum ef-  
fe naturale, quia priùs in intentione est finis, quam me-  
dia. Secundò considerantur homines, & Angeli, vt sub-  
iectum, & veluti causa materialis prædestinationis, & gra-  
tiæ, & gloriæ. Et tunc priùs intenduntur, & providentur  
à Deo quàm eorum gratia, & gloria intendatur. Sed pla-  
nè doctrina hæc recidit in præcedentem à me impugna-  
tam, de genere causæ materialis, & finalis, & ideo simi-  
lem habet impugnationem. Cui addiderim, ipsos homi-  
nes, & angelos, & totam naturam in intentione Dei, de  
qua solùm est sermo, nunquàm posse considerari, nisi vt  
media ad esse supernaturale, licèt in seipsis optimè con-  
siderentur secundùm rationem subiecti, & causæ mate-  
rialis. Fit ideo in diuina mente semper fieri, atque  
disponi, post decretum de gratia, & gloria, id est, post præ-  
destinationem.

Refutatur

3. Explic. no  
stræ sent.

Refutatur.

Alij tertio, firmare nostram sententiam contendentes, eam planè videntur infirmare, atque adeò eorum ex-  
plicatio priùs à nobis infirmanda est. Dicunt, distinguen-  
dum esse ordinem intentionis ab ordine executionis, &  
dicendum, quòd ordine intentionis priora quidem sunt  
supernaturalia, quàm naturalia, ordine verò executio-  
nis oppositum accidit. Hæc quidem doctrina verissima  
est, sed ad propositum satis otiosa. Quis enim vnquam  
dubitauit, ordine executionis, priorem esse naturam, quàm  
gratiam, cum priùs Deus condiderit homines, & ange-  
los, & posteriùs, si non tempore, saltem natura, gratiam  
eis,

A eis, & supernaturalia dona concesserit? Solùm ergo lo-  
quimur de ordine intentionis, & de hoc dubitamus, inò-  
iam asserimus, hunc Deum serualle ordinem in rerum  
dispositione, vt priùs voluerit diuina, & supernaturalia,  
quàm naturalia condere.

Alij quarto loco distinguendum putant, inter scientiã  
simplicis intelligentiæ, quæ ad quidditates rerum, abstra-  
hendo ab existentijs terminatur: & inter scientiam visio-  
nis, quæ ad res iam factas, iam presentes, & existentes, re-  
fertur. Et dicunt, quòd licèt secundùm scientiam simplicis  
intelligentiæ concedi possit, incarnatione, & prædestina-  
tionem priùs fuisse à Deo cognitam, & volitam quàm  
cetera: at per scientiam visionis, in qua de existentijs re-  
rum agitur, cum suis circumstantijs, & conditionibus, mo-  
disque particularibus essendi, priùs visum est vniuersum,  
prior totus ordo nature, prior permissio peccati, ipsumque  
peccatum, quàm Christi, & nostra prædestinatio. Sed nul-  
lus est, qui non videat distinctionem hanc in præceden-  
tem solutionem vergere, & declinare. Nã quod hic dicit  
de ordine scientiæ visionis, ibi dicebatur de ordine execu-  
tionis, (sciëntia enim visionis res in executione iam factas,  
& existentes præsupponit.) Et sic secūdū istū ordinē, ni-  
hil retulerit priora esse naturalia: nã in intentione, & voli-  
tione Dei, de qua in presenti tantū est sermo, supernatu-  
ralia sunt priora. Sed de hoc scientiæ visionis ordine, qua-  
liter intelligendus sit, sermo iterū mihi habendus est in  
fine questionis: nam existimo etiam in hoc ordine prio-  
ra esse supernaturalia, quàm naturalia.

Refutatur.

Alij tandē quinto, vt explicèt, qua ratione prædestina-  
tio Christi, & nostra, seu ordo gratiæ sit finis rerū omniu-  
treatarum, dicunt, priùs quidem à Deo intentam fuisse  
rerū naturaliu vniuersitatē, ipsamque totā indepēdēter,  
& absque

5. Explic.

& ab se aliquo ordine ad bona gratia; & prædestinatio. **A**nis. Et deinde in alio signo voluimus fuisse. Deo totum ordinem gratia, & prædestinationis. Sed deinde in tertio signo prædestinatio omnes, & tota auctoritas, quas iam in primo signo decreuerat condere, deinde antiquam in hoc semio ordinasse, & direxisse in Christo, & prædestinatos, tanquam in finem. Et per hoc verè dicitur Christum, & prædestinatos verum omnium finem, & omnia dicuntur ad illud. Sed de hæc explicatio, licet sit hominibus doctissimis, nihil unquam placere potuit, imò semper plebs in se displicuit. Si enim dicamus, creaturas non ex propria, sed ex conditione, secundum quam creatus est mundus, sed solum ex secundaria ratione, ordinatione, factas fuisse propter Christum, & prædestinatos, non satis saluantur dicta scripture, afferentis ex parte, & omnino proprie electos, & propter Christum, & in se condita, ut videlicet sunt arguente demonstraturis similitudinibus. Sed dicunt isti: Propter Christum, quatenus Deus est, condita quidem fuisse omnia, ex prima eius conditione, non vero quatenus homo est. Sed hæc quam loquuntur impropiam est, & contra D. Paulum esse videtur, ut iam ostendimus. Ergo ad nos hanc conclusionem probationes deuenimus.

Refutatur.

VIII. Testimonij Pauli probatur positæ conclusiones. 1. Corin. 3.

**I**taque nostre sententiæ explanationibus refutatis, prima eius probatio desumitur ex optimis D. Pauli testimonijs, quorum primum est, quod habetur. 1. Corin. 3. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Cephassive Apollo, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura, omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Ence ibi, quæ ratione Christus dicitur esse Dei, & prædestinatio dicitur esse ipsius Christi, eadem ratione omnia naturalia, siue presentia, siue futura, siue

**A** siue vita, siue mors, dicuntur esse prædestinatorum. Sed sic est quod idè dicitur Christus esse Dei, & electi dicuntur esse Christi, quia Deus est finis Christi, & Christus electorum, id est, quia Christus ordinatur in Deum, tanquam in finem, & electi in Christum tanquam in finem: & nisi esset ille primus finis, id est, Deus, vel manifestatio gloriæ Dei, non esset Christus, & nisi esset Christus, non essent electi. Ergo omnino eadem ratione creature idè dicuntur esse electorum, quia sunt propter electos, & electi sunt finis earum, & sic nisi essent futuri electi, non essent naturæ creaturarum. Ex quo tandem sequitur, ad creaturarum decretum, iam in intentione Dei præsupponi electionem, & prædestinationem Christi, & sanctorum: imò ex ipsa prædestinatione illa omnia sequi, tamquam eius media, & effectus. Confirmatur ex glossa D. Hieronymi ibi dicentis sic: omnia creata sunt propter sanctos. Certè si omnia propter sanctos creata sunt, prius intenti sunt sancti, & à Deo voliti, & electi. Unde ego non video, quomodo contra tam apertum D. Hieronymi, imò & Pauli testimonium, dici possit, quod prius sint creaturarum naturæ à Deo intentæ, quam sanctorum iustitia, gratia, atq; gloria. Quod D. Pauli testimonium attentissimè expendendum est. Neq; verò valet dicere, hyperbolicè ibi, D. Paulum, & per exaggerationem quandam loquutum fuisse, Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Cephassive Apollo, &c. Quavis enim quædam interdum in sacris Biblijs loquutiones reperiuntur, quas hyperbolicòs accipi necesse est, ut illud, Neminem per viam salutaueritis, & illud, Semen tuum sicut arenam maris, & stellas cœli, de quo August. q. 28. in Genesim: & fortè illud. 3. Reg. 5. malleus, & omne ferramentum non sunt audita, dum ædificaretur templum Dei, id est, cum mag

Omnia propter electos. & electi propter Christum.

Hyperboles in scriptura. Luc. 10. Gen. 15. 3. Reg. 5.

na, & incredibili celeritate ædificatum est. Sed tamen in præsentī, hyperbole non habet locum. Tum, quia pro-  
 A  
 priusimè, & ut iacet, accipi potest illa loquutio: tū etiam  
 quia modus ille loquendi tam expressus, & tam per sin-  
 gulas partes distinctus: Omnia vestra sunt, siue præsen-  
 tia, siue futura, siue vita, siue mors, siue Paulus, siue Ce-  
 phas, omnia vestra sunt &c. non potest nisi admodum  
 extortè, per hyperbolem explicari. Nisi in dogma  
 Theophilacti velimus incidere, qui tam vulgò & pas-  
 sim, hyperboles admittit in scriptura, ut dicat, verba illa:  
 Et factus est sudor eius, quasi guttæ sanguinis decurren-  
 tis super terram, hyperbolicè dicta, contra communem  
 B  
 totius ecclesiæ, & patrum sensum.

Luc.

Ephes.

Secundò: Accipe aliud Pauli testimonium, ad Ephe. i.  
 Elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem. Loqui-  
 tur verò de Christo homine, videlicet, de Christo capi-  
 te, ut expressè ibi dicit D. Hieronymus, & ex contextu  
 apertissimè liquet. Certè, aut ego fallor, aut D. Paulus  
 non id tantum intèdit, quòd videlicet nos Deus in Chri-  
 sto elegerit, ante veram, & realem mundi constitutionē,  
 quæ fuit ab hinc sex mille annis in tempore facta. Quòd  
 enim nos in Christo eligisset, ante illam temporariam re-  
 rum creationem, non erat quid magnum, & Pauli cala-  
 mo dignum. Sic enim etiā boues, & lapides elegit, idest,  
 C  
 decreuit, & præuidit ante temporariam rerum creatio-  
 nem: quandoquidem prius quam in tempore quidquam  
 faceret, iam illud ante mundi constitutionem, & ab æter-  
 no excogitauerat, ac decreuerat, ut faceret. Aliquid ergo  
 aliud, & diuinius Paulus intendit, nempe quòd in sua  
 Deus æternitate, cum excogitauit de constituendo mun-  
 do, iam prius, ordine rationis, excogitauerat de electione  
 electorum: iam inquam Christum intenderat, & prouide-  
 rat

A derat, & in ipso prædestinatos elegerat. Et quidem, nisi  
 ego insigniter fallor, is est sensus huius loci, Elegit nos in  
 ipso ante mundi constitutionem. Et sic ante decretum  
 de condendis creaturis, decreuit de cætu electorum.

Tertium insigne etiam est eiusdem Pauli dictum, Rom. 8.

Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei  
 expectat: Vanitati enim omnis creatura subiecta est, non  
 volens, sed propter eum qui subiecit illam in spe. Et sta-  
 tim: Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & par-  
 turit vsq; adhuc: non solum autem illa, sed & nos ipsi pri-  
 mitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adop-  
 tionem filiorum Dei expectantes redemptionem corpo-  
 ris nostri. Hic quidem Paulinus locus visus est obscuris-  
 simus D. Augustino, lib. 83. quæstionum. q. 67. in cuius  
 explicatione multa dicunt Magister ibi, ex August. &  
 Ambros. & Origene: multa etiam ex recentioribus Ca-  
 iet. & obscurissimè: multa & alij. Sed planè, quoniam D.  
 Augustinus, quæ ibi dixit, correxit. lib. 1. retract. c. 26. nos,  
 ex D. Chrysostomo, intelligentes nomine creaturæ, nō  
 tantum hominem, ut intellexit, D. August. sed totam  
 mundi fabricam, quæ porrò dicitur expectare, & inge-  
 miscere, & parturire, & velle, per prosopopeiam: quod  
 F/ali. 97.

B  
 C  
 ibi Adamus tradit, eo, scilicet, schemate, quo flumina  
 plaudere, & montes exultare dicuntur, ut ibidem Chry-  
 sostomus dicit: asserimus, legitimum, ac resolutorium il-  
 lorum verborum sensum esse, quòd finis, in quem om-  
 nes creature redūt, & ad quæ à Deo earū autore, directe,  
 & ordinatæ sunt, est filiorū Dei, idest, electorū gloria cō-  
 summata. Itaq; ea ratione dicuntur gemere, & expectare  
 sanctorū gloriā, quia cū propter ipsos factæ sint, quandū  
 ipsi suo frustrantur sine, idest finē, ad quæ cōditi sunt, non  
 adipiscuntur, frustrari etiā suo sine ipsi sibi videtur. Vnde

ad finem illorum verborum, Quia & ipsa creatura liberabitur, &c. dicit in eius loci explicatione, Doctissimus Magister Soto: Vbi ingeniolo meo, hoc diuina hæc Philosophia representat, quod corporeus mundus, quem Philosophi propter hominem esse docuerunt, tamen si ob totum humanum genus fuerit conditus, potissimum tamen ob prædestinatos. Ecce magnum Thomistam, apertè fatentem, propter prædestinatos totam rerum vniuersitatem factam esse. Ac proinde priores sunt prædestinati voliti, quàm rerū naturæ prouisæ. Fauet huic quod tempus incarnationis Christi, dicitur plenitudo temporis à Paulo Galat. 4. & Medium annorum ab Abac. c. 3. quod idem est, phrasi Hebraica: quia, scilicet, tota rerum vniuersitas finem, propter quem condita fuit, tunc consequuta est: fuit enim condita propter Christum, qui caput erat, & initium omnium prædestinatorum futurū.

Galat. 4.  
Abac. 3.

Quod & dia-  
bolus, & he-  
retici & om-  
nes iniqui  
sint etiã pro-  
pter electos  
Rom. 9.

Quartò alia Pauli testimonia de promamus, quibus id quod. 2. & 4. cõcl. asseruimus, specialiter comprobemus: Nam quod permissio omnium peccatorum, quæ in mûdo fiunt, conseruatio omnium in fidelium, Turcarum, heræticorum, &c. sint propter electos, habet Paulus. Primò de conseruatione reproborū, Rom. 9. Quod si Deus sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriã, id est, quæ iam prædestinauerat ad gloriã. Vbi faris insinuat Paulus, ea intentione Deum quosdam punire, & quosdam in peccatis derelinquere, vt scilicet, magis sanctorum gloria commendetur, vt ibi habent S. Thom. lectione. 4. Viguierius, Adamus, & alij. Et ita propter sanctos conseruantur à Deo in hac vita, & puniuntur in futura, reprobi. Secundò, quod heræticorum, & herefeon monstra à Deo propter electos

A electos finantur, habetur. 1. Corint. 11. oportet hereses esse, vt qui probati sunt in vobis, manifesti fiant. Ex eo videlicet, quod Deus malitiam hereticorum ordinauit in bonum fidelium, quæ sunt verba S. Thom. ibi, licet Caietanus sequutus D. Hieronymum, aliter interpretur. Tertiò, de Iudæis specialiter, quod eorum cæcitatibus permissio, ex gentilium electione proueniat, dicit sic, Rom. 11. Nunquid Iudæi sic offenderunt, vt caderent? Absit. Ac si dicat, Nunquid finis inuentus à Deo, fuit eorum ruina: non, sed eorum delicto, salus gentibus, vt illos æmulentur. Id est, vt in eorum ruina periculum faciant, & doceantur ne superbire. Et rursus: Misericordiam consequuti estis propter eorum incredulitatem. Et præterea: Cæcitas ex parte contigit Israel, donec plenitudo gentiū intraret. Vbi aduerbium, donec, vt ibi S. Thom. lectione. 4. dicit, significat causam excecationis Iudæorum, sic: propter hoc permisit Deus Iudæos excecari, vt gentiū electarum numerus impleatur.

1. Corin. 11.

Rom. 11.

Ad idem ex sanctis multam possem testimoniorum seriem texere, sed omnium vice sufficiat vnum, aut alterum ex D. P. N. August. mutuatum. Is ergo lib. 11. de Ciuitate Dei. cap. 18. initio, sic loquitur: Neque enim Deus vllum, non dico angelum, sed neq; hominẽ crearet, quem malum futurum esse præsciret, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum v sibus accommodaret. Ecce vbi ad vsus, & commoditates bonorum, & electorum, creata sunt omnia naturalia, etiam dæmones, & damnati. Et super Psalm. 54. Ne puteris, inquit, malos gratis esse in mundo: omnis malus ideò viuunt, vt corrigantur, aut vt per illum bonus exerceatur. Innuit his verbis, malos eatenus tolerari à Deo, quatenus eorum malitia, aut eorum, aut aliorū correctioni, & saluti quo quo-

Loca egregia  
D. P. N.  
Augustini.



modo de feruire debet. Et in Enchiridio. c. 11. dicit: Deus aded est bonus, vt non sineret mala fieri, nisi esset aded omnipotēs, vt ex malis sciret multò maiora bona elicere. Ecce vbi cum permittit mala, iam præuidet, iamque præuenit quæ bona prædestinatis ex illis malis sequipos sint: atq; aded ea intentione ea permittit fieri, alioqui scilicet, minimè permissurus. Ex quo aperitissimè sequitur, ex sanctorum prædestinatione omnia sequi.

## IX.

Quòd Christi prædestinatio fuerit diuinorū decretorū primum, probatur.

Colof. 1.

**P**RIVS tamen quàm Scoti nostri rationem pro nostrarum conclusionum probatione efficacissimam adducamus, & elucidemus: existimo rem minimè peritendam facturum me, si tantisper à propositæ quæstionis scopo deuiauerò, egregiam vt tradā doctrinam, quam in Iesu Christi Domini nostri laudem cedere percipio. Nam, quoniam Paulus de Christi prædestinationis antiquitate, mirabiliter est loquutus: & alterū nostræ primæ conclusionis membrum, id erat, scilicet, Christi prædestinationem fuisse omnium decretorum diuinorum primum; & ex ipso sequuta fuisse cætera de creaturarum conditione decreta: Ex quo rursus sequitur, quomodo gratuita præintelligantur naturalibus, aliquot Paulina loca, in huius rei gratiam, & alia etiam ex utroque instrumēto mixtim desumpta, producamus: initium dicendi lætis auibus facientes à faultissimo illo, & elegantissimo Pauli testimonio, ad Coloſſen. 1. Vbi de Christo loquens sic ait: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Quoniam in ipso condita sunt vnuerſa, in cœlis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue Dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie, primogenitus ex mortuis. &c. loquitur sanè de Christo, & Deo, & homine, nam appellat cū caput Ecclesie,

mar-

**A** mortuorum primogenitum &c. Is ergo homo prior omnibus creaturis est, is est in quo, vel propter quem omnia condita sunt, & sine quo minimè conderentur. Et *Prou. 8.* Prouer. 6. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequàm terra fieret. Quod explicans Cather. lib. 1. de eximia Christi prædestinatione. §. Quoniam igitur. sic ait: Sic ergo ordinata est, & sic cōstitutum est in mēte Dei vt hæc esset primogenita omnis creaturæ, vt immediatè esset propter Deum ipsū, & ipsa esset principiū, & fundamētū, in quo omnia cōderētur, & cōsisterēt, siue in suis naturis, siue in donis. Qua etiā de causa dicitur, *Eccl. 24.*

**B** Ex ore altissimi prodijt, primogenita omnis creaturæ.

Quòd verò tū à Paulo, tū ab Ecclesiastico dicitur primogenitus creaturarū Christus, vt homo, explicemus supponendo prius quòd, vt præclare deducit D. Athanasius in oratione. 3. cōtra Arrianos, lōgè post mediū (vbi multipliciter explicat quomodo dicatur Christus creaturarū primogenitus, & vnigenitus Dei, quæ nō sunt omninò extra propositū). Et itē, vt tradit Iacobus Naclāt. super Epist. ad Ephes. c. 1. in digressione, in qua ostēdit omnia fuisse cōdita propter Christū: de Christo homine, in illo loco Pauli, & Ecclesi. est sermo. Enim verò, vt dicit

**C** ibi Athanasius, & alij multi, in quātū Deus est, nō habet dici primogenitus, sed vnigenitus. Est enim solus, & vnicus filius Dei naturalis, nullos secūdū hanc filiationē, habēs fratres, respectu quorū dici valeat primogenitus. At quatenus homo est, proprijsimè dicitur primogenitus creaturarum, id est, frater creaturarum, atq; earum omnium natu maior, & prædestinatus, & præuolitus à Deo ante cæteras creaturas. Porrò quod dicitur, omnis creaturæ primogenitus, non id tantū significat, quòd rerum à Deo volitarum fuerit prima, licet hoc maximè intenderit Paulus: sed quod omnes creaturæ ipsum quodammodo

genue-

Eccl. 24.

Christus primogenitus & unigenitus.

genuerint, atq; pepererint. Itaq; esse primogenitum creaturarum, sit, esse primò à creaturis genitum, & partum; eò quòd in ipsum tanquam in finem, & tanquam in omnium earum fructum, & communem quandam partum omnes à Deo primò ordinatæ, & destinatæ sunt.

Hanc ob causam appellatur Christus, in sacris litteris, non semel, Germen. Cuius appellationis præclarissimas causas F. Ludouicus de Leon, huius nostri Augustiniani cœnobij, necnon & Academiæ totius vnicum, ipsumque splendidissimum lumen, in aureo illo libello de Nominibus Christi cum diligentissimè, tum elegantissimè inuestigauit, & propalauit. Ergo appellatur Christus germen: vt Hierem. 23. ibi, suscitabo Dauidi germen iustum, & regnabit rex. Vbi Chaldæus: suscitabo Dauidi Mesiam. Et Isai. Aperiatur terra, & germinet saluator. Ecce vbi rursus terra (terræ autem nomine, vniuersa creaturarum natura significatur) germinare, & parturire Christum dicitur. Et Psalm. Terra dabit fructum suum, vel germen suum, idest, Christum. Et Isai. 4. Erit germen domini in magnificentia, & fructus terræ sublimis. Quod tractat Finus Adrianus Finus, lib. 2. Flagelli Iudæorum. cap. 10. & lib. 3. cap. 28. Primus ergo creaturarum foetus, & germen est Christus. Et, quæ ratione quid quid in arbore reperitur, siue radicem, siue truncum, siue ramos, siue flores, siue folia consideres: omnia ad vnius fructus ordinantur productionem, & nisi fructus producendus esset, illa omnia minimè essent. (Vt quid enim terram occupat? quod dixit Christus de arbore in fructuosa.) Ad eundem modum, omnis creaturarum vniuersitas, in vnius Christi gloriam ordinatur. Vnde non existente Christo, diuino hoc creaturarum germine, atque fructu, nihil esset omnino in rerum natura. Et  
Psalm.

Christus  
Germen.

Hierem. 23.  
Isai. 45.

Psalm. 66.  
Isai. 4.

Luc. 13.

A Psalm. 109. Ex vtero ante Luciferum genui te, idest, ante stellas, & ante cœlos, omnesque rerum naturas, & tempora: nam stellæ positæ sunt in signa temporum, dierum, atq; annorum, vt habetur Genes. 1. & explicat atq; ponderat D. Augustinus, ibi, super illum versum Psalm. 109. Porro sermo est etiam ibidem de Christo homine, quòd ante tempora omnia sit prædestinatus.

Certè quod dixit D. Paulus, omnia veteris testamenti esse vmbra quasdam, & figuras Christi, ego existimo pari ratione dici posse de ceteris rebus mundi, vt scilicet, omnes dicantur vmbra, & figura: Christus autem veri

B tas, atq; corpus: dicente ipso Paulo, omnia illa esse vmbra futurorum, corpus autem Christi. Etenim hoc & ratio, & experientia docent, scilicet, figuras non esse nisi earum rerum, quæ iam supponuntur, aut existentes, aut futuræ in mente pictoris. Et vmbra identidem non esse, nisi existentium corporum. Eò enim vmbra causantur, quòd alicui luminoso obijciuntur corpora aliqua opaca: ex eorum itaq; obiectu causantur vmbra. Ad hunc ergo modum, ait Paulus, omnia quæ in veteri testamento contigerunt, vmbra esse, & figuras: corpus autem Christi, intrasitiuè, idest, Christus. Itaq; corpus erat Christi,

C stus, corpus inquam humanitatis assumendæ. Vel, corpus, id est veritas, & realitas, ad differentiam vmbra, & figurarum, vt ibidem, In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, idest, non vmbriticè, & typicè, sed verè, & realiter. Corpus ergo quod obijciebatur luminis illi intellectus diuini, ab initio, erat Christus, & illud causabat, & efficiebat vmbra illas: Et quemadmodum vbi nulla sunt solida, & opaca corpora, nulla vmbra reliqua esse potest, sic, si hoc humanitatis corpus, verè, & re ipsa non esset, idest, si Christus non esset futurus

E nulla

Psalm. 109.

Genes. 1.

Colos. 2.

Hebr. 10.

Christus corpus: creatura  
r. s. umbra.

Colos. 2.

*Apc. 1.  
Christus al-  
pha, & om-  
g.*

nulla in tota natura, umbra, idest, nulla omnino creatura A  
esset: solus esset Deus, & nihil esset aliud ab ipso Deo.  
Hac ratione Apoc. 1. appellatur Christus, Alpha, & Ome-  
ga, primus, & nouissimus. Sunt enim istæ literæ Alpha-  
beti Græcanici (qua lingua Ioannes scripsit) primum, &  
vltimum elementum. Et licet D. Aug. sermo. 2. in nati-  
uit. Domini, de Christo, vt Deus est, hæc à Ioanne dicta  
esse existimet, contra Arrianos; cæterùm de ipso homine  
alij congruenter id explicant. Alpha autem apud prophe-  
tas etiam authores pro primati, & eminenti quopiam  
accipi solennè erat, vt apud Martialem, Alpha penultimo  
rû. Est ergo Christus vt homo, Alpha, idest, primus, &  
præcipuus rerû: est etiam Omega, idest, finis, in quem  
omnia directa sunt à Deo: atq; adeò ipso non futuro, ni-  
hil prorsus futurum esset.

**X.**  
*Adducitur  
ratio Scoti  
pro conclu-  
sionibus, &  
expenditur.*

**H**IS sic constitutis, ratione vnica agamus, ad nostra-  
rum conclusionum probacionem: quæ est apud Sco-  
tum efficacissima, & frequentissima, scilicet, Omnis or-  
dinatè volēs prius vult finem, & ex medijs ea prius, quæ  
sunt fini propinquiora: sed Christus, & prædestinati,  
ac perinde omnia supernaturalia sunt fini, idest, manife-  
stationi diuinæ bonitatis propinquiora, quàm omnia na-  
turalia, ergo prius quàm naturalia, volita sunt à Deo su-  
pernaturalia, & his prius ipsa manifesta: id diuinæ bonita-  
tis, quam consideramus, vt horum omnium finem. Pro-  
fectò negari, non debet, quòd cum Deus sit ordinatissi-  
mum agens, aliquem vltimum, ipsumq; excellentissi-  
mum finem habere debuerit in rerum cõditione, in quæ  
cuncta dirigeret. Quin vniuersaliter verum est, quòd  
quidquid causatur à Deo, effectus est alicuius finis effica-  
citer ab ipso præuoliti, vt patet in omnibus: alioqui enim  
vanè, & à casu ageret, sicut nos plerumq;. Et quidem no-  
bis

**A** bis multi euentus, præsertim liberi, & contingentes abs-  
que vllò consilio, & penitus à casu videntur fieri, non sic  
Deo sapientissimo rerum artifice, cuius nõ sunt incertæ  
providentiæ, quemadmodum nostræ, quod tractat D.  
August. lib. 8. quæst. in quæst. de providentiâ, & explicat  
optimè AEGid. in. 1. d. 39. q. 2. ar. 3. Atq; adeò finis ille esse  
debeuit optimum opus omnium à se condendorû. Quod  
quidè aliud esse non potuit nisi prædestinatio ipsa Chri-  
sti & nostra, testante S. Thom. 1. part. quæst. 20. art. 4. ad  
1. vbi ait, maximum omnium bonorum hoc fuisse. Et  
D. Ansel. quem refert D. Bonauen. & Dionysius Carth.  
**B** 3. d. 32. quæst. 1. vita illius hominis, id est, Christi præpon-  
derabat toti mundo, imò mille mundis. In hoc ergo bo-  
num, in hunc finem cuncta à Deo debuerunt ordinari.  
Neq; ergo sanè video qua ratione quisquam qui Theo-  
logiam, vel à limine salutauit, hoc valeat inficiari. Hinc  
apparet quàm consideratè ab ipso AEGidio Roma. in. 2.  
dist. 1. part. 2. quæst. 1. art. 4. in solutione ad. 5. dictum sit,  
creaturarum classes, & ordines sic esse à Deo dispositos,  
vt quædam sint propter alias, donec ad vnum finem de-  
ueniatur. Sic namq; ait: Propter ordinem perfectionis,  
quodlibet inferius est propter suum superius: imaginabi-  
**C** mur namq; quòd sicut non sunt duo numeri æqualiter  
distantes ab vnitæte, sic non sunt duæ species æqualiter  
distantes à Deo, sed semper vna est perfectior alia, & sic  
vna tēdit in Deū, mediāte alia, vt imperfecta tēdit in Deū  
mediāte perfecta. Hac AEGid. Sic ergo ordinata sunt om-  
nia vt in Christū tenderent, & propter Christū, in Deū.

Dicere verò, quod quidam dicunt, scilicet, Deum cū  
primū mundum facere apud se instituit, non ha-  
buisse pro fine, Christum, sed ipsam rerum naturam, &  
hanc voluisse independentē à Christo per generalem

*Explicatio  
aduersario-  
rum.*

quandam prouidentiam . deinde verò per aliam prouidentiam, id est, prædestinationem, alium rerum ordinem excogitasse, ita vt bona naturæ, & bona prædestinationis inter se absq; aliqua dependentia, & subordinatione fuerint fabricata, profectò indignum est illo summo, & sapientissimo, ac ordinatissimo prouisoro. Sed dicunt isti, postquam independenter, & absq; aliquo ordine, Deus seorsum naturalia condere decreuit, & seorsum supernaturalia, effecit deinde vt hæc in ista tanquam in finem dirigerentur. & hunc in modum stat (dicunt) illius diuini archytesti sapientissima prouidentia. Hoc inter cæteros Thomistas dicit etiam Syluester in. q. 1. super dominicam primam Aduentus, dicens, quòd in quinto signo voluit animam Christi præstare gratia, & gloria: & aliorum glorias, quas scilicet, in secundo signo iam voluerat ordinauit ad gloriam Christi. &c. Er paulò ante dixerat, gloriam beatorum nullum ordinem habuisse, nisi accidentalem, cum gloria animæ Christi, atq; adeò prius fuisse illam volitam quam istam.

*Refutatur.  
Primo.*

At certè, vt tu facile videris, lector candidè, irrationabiliter ista dicuntur. Tum primò quia Deo optimo, maximo, tribuendus est optimus, & perfectissimus modus prouidentia: est autem longè perfectior prouidentia qua à principio, & antequàm res fiant in eum finem ordinantur, & propter illum finem fiunt, in quem deinde deferuire debent. Quare ergo doctoribus istis vilum est, hunc excellentiore. n prouidentia modum Deo denegare, & dicere, quòd non à principio, sed deinde postquam in mente Dei factæ sunt res, & in æternitate præsentis visæ sunt, fuerint à Deo in Christi gloriam, & sanctorum ordinatæ? Tum secundò, quia prouidentia eò est excellentior, quò magis ad omnia se extendit etiam parti-

*Secundo.*

**A** particularia, & minutissima, reducendo omnia illa ad vnum finem, & ordinando ea in mente, prius quàm fiât, in eum finem, cui postea deferuire debent. Ergo nihil futurum decreuit Deus, quo ad vsq; æterna sua prouidentia, prædestinavit finem, id est, Christi, & sanctorum gloriam; qua quidem volita, atq; decreta, processit nimirum ad cæterarum creaturarum productionem, in finem illum omnes ordinando. *Tertio*, quia dicere quòd per generalem aliam prouidentiam, antecedentem omnem prædestinationem, productæ sunt rerum naturæ, est planè multipliciter in prouidentia, sine necessitate admittere: imò plurimum derogatur vnitati, & simplicitati diuinæ sapientia, ad quam spectat omnia ad vnum finem resumere, ac ordinare. *Quarto*, quia ex positione horum sequitur, prædestinationem non directè, & per se, & ex primaria intentione Dei factam fuisse, sed quasi per accidens, & quodammodò ex suppositione alterius, nempe rerum naturalium. At cum omnium creaturarum optima sit sanctorum prædestinatio, dicendum videtur, ex primaria, & directâ Dei intentione factam fuisse, cæteras verò creaturas ex secundaria; nempe ex suppositione illius, & tanquàm eius media, & effectus. Ita sanè vt, nisi

**C** Deus se per gratiam, creaturis rationalibus communicaturus esset, nunquam se per naturam communicaret, vt habent positæ conclusiones, præsertim quarta. *Quinto*, quis neget creationem vniuersi ex efficaci alicuius vltioris finis præuolutione factam fuisse à Deo? & is finis quis est alius nisi sanctorum gloria? Nam finis ipse naturalis non debuit Deo esse vltimus, sed alteri prædestinatione fini subordinatus. Quòd si dicas, tales effectus naturales fieri potuisse per communem prouidentiam naturalem, & sic ordinari in bonum naturæ. Dicam, totam

*Tertio.*

*Quarto.*

*Quinto.*

hanc prouidentiam subordinari prædestinationi: nam ta-  
lem Deus condidit, & constituit ordinem per prouiden-  
tiam naturalem, qualem vidit expedire ad glori-  
am electorum, & Christi. Vnde sunt qui dicant, production-  
m hominis, & totius naturæ elicitiuè quidem à prouiden-  
tia esse: imperatiuè verò à prædestinatione. Sed præstat  
dicamus, elicitiuè etiam à prædestinatione esse, quoniã  
prædestinatio, cum sit prouidentia perfectissima, non so-  
lùm includit prouisionem mediõrum supernaturalium,  
verùm & naturalium, imò & productionem subiecti,  
cui fit prouisio, vt explicatum est in conclusionibus. Ve-  
rùm de hoc multa poteris videre in solutione tertij argu-  
menti. Sed admissio, quòd conditio totius naturæ sit eli-  
citiuè à prouidentia, & imperatiuè à prædestinatione, ad  
huc in concussa stat mea sententia, nam semper manet  
quòd prior sit prædestinatio, quàm prouidentia: nam  
priùs ordine rationis, est potentia quæ imperat, quàm quæ  
elicit: nam elicere vnus supponit imperij motionem in  
alia. Sed vberiore huius veritatis elucidationem, ex ar-  
gumentorum solutionibus petat, præsertim ex solutione  
tertij, qui dictis, ac explicatis nondum est persuasus.

XI.  
Argumentis  
initio factis  
sit satis.

Ad. i. expli-  
catur locus  
Pau. Quos  
præsciuit,  
& prædesti-  
nauit. &c.

Ad argumenta itaq; in initio quæstionis posita, respõ-  
dere operosum sanè est, & satis difficile; sed certè erit  
ad maiorem meæ sententiæ comprobationem utilissi-  
mum. In illis nanq; multa tanguntur, quæ si semel fue-  
rint ritè intellecta, totam rei difficultatem euacuant, &  
exhauriunt, vt iam videbimus.

Ad primum ergo argumentum ex D. Paulo desum-  
ptum (nam locus D. Thom. in solutione ad. 5. tractandus  
est à me) dicò, plenum esse difficultate. Nam, sinè il-  
lum locum intelligas cum Chrysosto. & Theodoro,  
sic, Quos præsciuit futuros esse conformes filio suo, per  
bona

bona operu, eosdè prædestinavit. Siue cum Ambrosio,  
& Sedulio sic: Quos præsciuit sibi futuros esse deuotos.  
Siue cum Theophylacto, Quos præcognouit dignos, vt  
vocarètur; quòd & dicit cecumen. & omnes ferè patris  
Græci: & ex latinis Aug. & ex recentioribus Iacobus Sa-  
doletus eximie eloquentiæ, & eruditionis vir, lib. 2. super  
epist. ad Rom. Siue cum Adamo, Quos præsciuit, id est,  
quos cura, affectu, & dilectione prosequutus est. Siue cū  
S. Tho. Quos præsciuit, quia priùs quàm prædestinaret  
eos, sciuit, neq; prædestinare poterat nisi præsciret. Siue  
tandem cum alijs, Quos præsciuit, id est, vidit secundum  
substantiam, atq; secundum eorum naturam, hos præde-  
stinavit: Certè iuxta omnium intelligentiam Paulus vult  
aliquid præcessisse prædestinationem; atq; ad id non om-  
nia ex prædestinatione sequuntur, sed ponenda est quæ-  
dam alia antecedens prouidentia, per quam, id quòd an-  
tequam prædestinaret, præsciebat, effectum fuerit.

Respondetur tamen triplicem explicationem, quam  
breuissimè proferam, locum illum habere, quarum que  
libet satisfacit argumento. Prima est S. Tho. ibi, lectione  
6. sic loquentis: Quos præsciuit scientia simplicis intelli-  
gentiæ, eos prædestinavit. Dicitq; Sotus ibidem, hanc in-  
terpretationem esse communem. Quod si verum est,  
planissimus est sensus Pauli, neq; meam destruit, imò  
potius astruit opinionem: nam quòd prædestinationem  
præcesserit in diuino intellectu, scientia simplicis intel-  
ligentiæ prædestinandorum, nos supra asseruimus, & ne-  
gari non potest, siquidem priùs quàm quidquam pro-  
uideret, & scientia visionis sciret, omnia Deus per  
simplicem quandam intelligentiam præcognouit: quòd  
cum mea sententia minimè pugnat, quia solùm  
contendo post simplicem rerum intelligentiam,  
Deum

Triplex ex-  
plicatio il-  
lius loci.

Prima.

Deum primò omnium, ad negotium prædestinationis processisse. Et licet Sotus ibi, aliter explicet, nēpe, Quos præsciuit, id est, quos iudicauit bonum fore ut saluarentur, hos prædestinauit: cæterum in eandem recidit explicationem: nam iudicium illud ad simplicem etiam intelligentiam pertinet: prius enim quam aliquid Deus decernat, & provideat facere, iudicat bonum esse id facere. Atque adeò iudicium illud cum præcedat omnem prouidentiam, & visionem rerum, ad simplicem intelligentiam referri debet.

Secunda.

Alteram, ipsaq; valde subtilis à Caietano ibidem adducitur expositio: quæ ut intelligi valeat, supponit: In duobus illis verbis, Quos præsciuit & prædestinauit, non interposuisse Paulum relatiuum, quos, vel hos, vel illos, quod tamen posuit statim inter reliqua verba. Nam sic habet textus: Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit, siue magnificauit. Itaq; non sic dicit: Quos præsciuit, hos & prædestinauit. Nam si hoc diceret, insinuaret ordinem esse inter præscientiam, & prædestinationem, sicut est inter prædestinationem, & reliquos actus, scilicet, vocationem, iustificationem, glorificationem: inter quos posuit relatiuum. Et sic prior esset præscientia, quàm, prædestinatio, sicut prior est prædestinatio quàm vocatio, & vocatio quàm iustificatio, quod non est dicendum. Abstulit ergo à relatiuis, quos, hos, illos, & coniunxit illa duo verba per coniunctionem, & rempe habentem vim causalis, hoc modo. Quos præsciuit & prædestinauit, hoc est, quos præsciuit quia prædestinauit, id est, quos prius prædestinauit quàm præsciret.

Hæc

A Hæc Caietanus. Est autem familiare in scriptura coniunctionem, & poni loco causalis, Quia. ut ibi, Iratus es nobis, & nos peccauimus, id est, quia nos peccauimus. Et illud, Psal. 147. Ne auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum, id est, quia similis ero. Quasi dicat: Quia si auerteris faciem tuam à me, similis ero descendentibus in lacum. Nam si particulam, &, coniunctiuè, & non causatiuè accipias, absurdus, & falsissimus red datur sensus.

Tertia tandem, ipsaq; facilior intelligentia est, ut particula, &, non sit coniunctiua, sed declaratiua, pro, id est: hunc in modum, Quos præsciuit, & prædestinauit: sic, quos præsciuit, id est, prædestinauit. Ita ut secundum verbum explicet primum, quasi dicat: Quos præsciuit, volo dicere, Quos prædestinauit. Ad idem est Isidorus Clarus. Sic sæpè in scriptura vox, &, declaratiuè ponitur, Vt tibi, Sap. Similiter odio sunt Deo impius, & impietas eius, pro, id est, impietas eius: nam impius seclusa impietate, esse odio Deo non potest. Et similiter Genes. 3. Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt se esse nudos. Pro, id est, cognouerunt se esse nudos. Nihil enim aliud est eorum oculos fuisse apertos, quàm cognouisse suam miseriam, & nuditatem. Et hæc de primo argumento.

A d secundum, quod multum etiam nobis negotiū debet facessere. Dicimus primò, facile posse ab eiusmodi difficultate expedire, si asseramus intentionem nostram in hac quæstione solum esse, quod in communi, & in genere prius voluit Deus gratiam quàm naturam, supernaturalia quàm naturalia: atq; adeò prius voluit prædestinare quàm cætera bona providere. At in particulari prius voluit, & prius vidit rerum naturas, id est, homines, & angelos secundum eorum esse naturale, quàm ipsis vel-

F let.

Tertia.

Sap. 14.  
Genes. 3.

XII.

Quòd etiam in particula ri prius sit intenta gratia quàm natura.

let gratiam & gloria elargiri. Vt enim probat argumētum, videtur inintelligibile quod Deus velit Petrum prædestinare, id est, ipsum ad gratiam, & gloria euehere, & tamen non præsupponatur Petrus ipse à Deo prius volitus, atq; præuisus, cui, scilicet, illa prædestinationis gratia fiat. Ac proinde oportet vt, cum in particulari Deus aliquem voluerit bonis diuinis cumulare, iam voluerit subiectum illorum honorum, secundum suam substantiam, & naturam præexistere.

Sed planè propter huius, & aliorum argumentorum difficultatem, veritas à nobis non est deferenda: sed asserendum potius est, etiam in speciali, & individuo prius Deum voluisse Petro gloriam, quàm naturam, id est, prius voluisse illi dare gratiam, & gloriam, & deinde eum condere decreuisse. Quinimò, vt luculenter tradit Aegidius in. 2. d. 1. p. 1. q. 1. art. vltimo. non solum naturam ordinat Deus ad gratiam, tanquàm ad suam perfectionem, sed etiam ipse homo, vt habet naturam, ordinatur in seipsum, vt potentem habere gratiam: & sic prius gratia quàm natura à Deo prouisa est, non solum in communi, sed etià in individuo. Quod intellectu difficile non erit considerantibus, vt initio quæstionis dicebamus, eam ordinem à nobis excogitandum esse in diuinis, quem obiecta ipsa inter sese habere videntur. Est autem certo certius obiecta ipsa, id est, naturam, & gratiam eum inter se ordinè habere, vt natura non solum in genere, sed in individuo, vt inquam natura Petri medium sit ad eius gratiam, atque gloriam. Neq; verò quomodocunq; eum medium sed omnibus planè modis ad eam est medium, adeò vt nisi Deus D. Petrum, verbi gratia, esset prædestinaturus, & multa gloria affecturus, minimè eum crearet. Et de omnibus identidem prædestinatis id ipsum pari ratione affir-

**A** affirmandum est, quod, scilicet, idcirco eos creare decreuit, & eorum singulos, & in eis corpus, intellectum, animam producere voluit, quia nimirum omnia ista futura erant media ad ea bona diuina gratiæ, atque gloriæ, quæ in ipsis, & eorum singulis efficere iam per prædestinationem decreuerat. Deus enim fecit hominem vt cognosceret ipsum Deum, & cognoscendo amaret, & amando frueretur, vt habet D. August. Omnes itaque creauit, vt in gloriam ordinaret. Illos autem quos à fine illo defecturos peccando sciebat, similiter idcirco creauit, quia bona diuina eis collaturus erat, nempe gratiæ, charitatis, & fidei, cæterarumque virtutum supernaturalium, sicut de facto contulit omnibus angelis initio suæ creationis, & omnibus itidem hominibus in Adamo: omnes enim in gloriam ordinauit, quæ eorum est finis, omnesque prius voluit sanctos facere quàm creare, atque adeò prior est volita eorum gratia quàm natura.

Si verò adhuc contendas, & dicas: In illo priori quo Petrus prædestinatur ad gloriam, necessarium est vt sit Petrus, eo modo quo prædestinatur. Cui enim fit illa gratia prædestinationis, nisi Petro? Præsupponitur ergo Petrus secundum suam substantiam, atq; adeò prior est natura quàm gratia. Respondetur primò, non oportere, quod Petrus supponatur secundum scientiam visionis præsens Deo: cum enim prædestinatio ad scientiam simplicis intelligentiæ pertineat, nõ est necessarium quod in illo signo Petrus secundum scientiam visionis præsens intelligatur. De quo in fine quæstionis nonnihil dissera. Respondetur etiam secundò, hanc nostram sententiam non esse quod in aliquo priori Deus prædestinet Petrum, & ipsum velit græ, ac gloriæ donibus cõdecorare, in quo ipse cre-

Obijciuntur.

Respondetur.

Petrus non sit. Itaq; nullum instans, aut signum confide-  
 tari potest, in quo Petrus prædestinetur, & non sit: non  
 enim est hæc prioritas in quo, sed à quo, & ordine causa-  
 litatis, & rationis. Quoniam tamen substantia, & esse na-  
 turale Petri, & eius potentia media sunt ad finem illum  
 gratia, & gloria, quæ in ipso producende sunt, asserimus  
 diuinum intellectum, & voluntatem prius ferri in finem  
 illum, quàm in media: semper tamen dependenter à me-  
 dijs, & volendo, & intendendo simul media. Certè ho-  
 mo ex elementis constat tanquàm ex materia, & intelli-  
 gi nequit quòd sit homo, & non sit ex elementis com-  
 positus: at quoniam elementa vt media se habent, & ho-  
 mo vt finis, prius Deum dicimus hominem voluisse, &  
 intendisse, quàm elementa: non quòd in aliquo priori in-  
 tendatur, & videatur homo in quo simul non intenda-  
 tur, & videantur elementa; sed quòd cum elementa sint  
 ad ipsum hominem constituendum media, habent ordi-  
 nem quendam posterioritatis respectu hominis, ac proin-  
 de à diuino intellectu, & voluntate posterius dicuntur  
 intendi. Sic sanè non inconuenit prius Deum prouidisse  
 de diuini verbi incarnatione, quàm de carnis, & humani-  
 tatis existentia decerneret: nam per proportionem ad di-  
 cta hoc intelligendum est, quòd scilicet, in nullo priori  
 volita est hæc incarnatio diuina, in quo caro etiam non  
 esset volita: nam est volita dependenter à volitione car-  
 nis, & humanitatis. Per hoc tamen non tollitur, quòd, cū  
 incarnatio per modum finis se habeat, productio verò  
 carnis per modum medij, illa prior hac fuerit intenta. Et  
 hæc de secundo argumento.

Prior est  
 prouisa in-  
 carnatio  
 Verbi quã  
 caro homi-  
 nis.

XIII.  
 Qualiter se  
 habeat pro-  
 uidentia ad  
 prædestina-  
 tionem.

**A** tertium vt respondeamus, negandum est id quod  
 pro certo supponitur in argumento, dicendumque  
 est prouidentiam respectu prædestinationis, & reprobationis

**A** tionis non se habere vt speciem condistinctam: neque  
 verò vt speciem imperfectam, quæ sit via ad perfectam,  
 quod aliqui existimant: sed habet se vt genus ad speciem.  
 Ratione cuius forsitan S. Thom. asserit, prouidentiam  
 priorem esse prædestinatione: ea videlicet prioritate, qua  
 genus prior esse dicitur suis speciebus: cuius etiam ratio-  
 ne dici potest, prædestinationem se habere ex additione  
 ad prouidentiam, non è contra. Et idcirco, quòd quem-  
 admodum re vera nullum est genus, quod non sit ad ali-  
 quam speciem coarctatum, ita nulla est prouidentia, quæ  
 non sit prædestinatio, aut reprobatio: & nihil dicitur ca-  
 dere sub diuina prouidentia, quod re vera non cadat sub  
 diuina prædestinatione, aut reprobatione. Quòd si dicas,  
 Ex vi cuius actus diuini habent fieri omnia naturalia?  
 Respondetur, quòd ex vi diuinæ prædestinationis. Si ve-  
 rò pergas obijciere, Ex vi diuinæ prædestinationis non  
 fiunt nisi ea quæ pertinent ad beatitudinem electorum.  
 Respondetur, ita esse, cæterum omnes res naturales per-  
 tinent ad beatitudinem electorum, & ad supernaturalia  
 tanquam media, vt in conclusionibus, & earum proba-  
 tionibus probatum est: præsertim in fine vltimæ proba-  
 tionis, de quo inferius ad quartum.

**C** Sed contra hoc est vnicum difficillimum argumen-  
 tum, quod ego multis iam olim diebus excogitabam, & quòd nulla  
 supra tactum est, quod destruere videtur tota à nobis sit reprobatio.  
 constitutam doctrinam: Quia si hanc ob causam nulla  
 est prouidentia, quæ non sit prædestinatio, quia re vera  
 nihil est in tota rerum vniuersitate quod non sit propter  
 electos, & quod non sequatur, & proueniat ex prædesti-  
 natione electorum, sanè eadem ratione nulla erit reproba-  
 tio, quia totum quod in reprobatione reperitur, quod  
 est, permissiones peccatorum, negationes auxiliorum,  
 dele-



derelictiones finales, punitiones æternæ, omnia ista in bonum etiam electorum ordinata sunt à Deo. & alioqui non essent nisi in maiorem prædestinatorum gloriam à Deo dirigerentur, vt expressissimè habet Paulus, & adhuc expressius August. lib. 11. de Ciuitate. cap. 18. illis verbis: Neque enim Deus vllum, non dico Angelum, sed neq; hominem crearet, quem malum futurum esse præciret, nisi pariter sciret quibus eos bonorum vsibus accommodaret. Ex quo fieri videtur, ex electorum prædestinatione sequi quidquid in reprobatione, & circa reprobato Deus operatur. Ac proinde sola est prædestinatio, non prouidentia, non reprobatio.

Notanda solutio.

In huius argumenti solutione notandū ex parte Dei, & in Deo ipso non esse multitudinem actuum, quorum vnus sit prædestinatio, alter prouidentia, & alter tandem reprobatio: sed vnicus tantum actus est qui secundum quod refertur ad diuersa volita, & ad diuersa obiecta, dicitur nunc prædestinatio, nunc reprobatio, & nunc solum prouidentia. Sed tamen magis propriè, & absolutè, & vltimò habet dici prædestinatio, quàm reprobatio, & prouidentia: quia totum quod in his reperitur in illam reducit. Itaq; vt tertia conclusione dicebam, quidquid in tota rerum vniuersitate reperitur, siue naturale, siue supernaturale, siue bona, siue mala, & peccatorum permissiones, & demum omnia, nullo excepto, omnia, inquam ista habent se tanquam vnicum obiectum totale, & ad quod quatum diuinæ prædestinationis, nihilque est quod sub hoc obiecto, & sub hoc prædestinationis ordine non cadat: atq; adeò superfluum est aliam in Deo constituere prouidentiam, siquidem omnia per prædestinationem habent fieri. Cæterum istemet actus, pro vt dirigitur, & ordinatur in rerum naturas, & ibi igitur, habet dici prouidentiam.

**A** dentia, & quatenus dirigitur in permissionem peccati, derelictionem, & punitionem æternam reprobis, & ibi sistit, dicitur reprobatio: quia tamen in mente Dei ibi non sistitur, sed vlteriùs proceditur, & ijdemmet effectus, & eademmet obiecta cedunt in maius electorum bonum, idèd à diuina prædestinatione habent fieri, & ordinari: quandoquidem quidquid ad electorum gloriam quomodolibet iuuat, à prædestinatione fit: sicut ex efficaci volitione finis habet sequi omnium electio mediorem. Atq; adeò simpliciter solus actus diuinæ prædestinationis est in Deo, qui tamen dici habet interdum reprobatio, interdum verò prouidentia generalis, secundum quòd ad diuersa refertur volita, & ibi detinetur, & retardatur (vt ita dicam) ab limitata, & imbecilli nostra cognitione.

Ad quartum facile est dicere, vt in vnica ratione, quã adduximus ad conclusiones probandas, quòd, scilicet, omnes res etiam vilissimæ, & abiectissimæ, licèt nobis à casu, & citra aliquod consilium factæ videantur, tamen si cum prouidentissimæ Dei sapientia conferantur, magno consilio effectæ sunt: & in vltimum illum finem gloriæ Christi, & electorum ordinatæ. Deus enim, Ephes. 1.

Ad quartum.

**C** operatur omnia secundum consilium voluntatis sue, vt simus in laudem eiusdem gloriæ Christi. Et. 1. Cor. 3. omnia, siue præsentia, siue futura, siue vita, siue mors, &c. omnia, nullo certè excepto, vt supra. Quid autem Deus boni ex istis minutissimis rebus, ad Christi gloriam, & electorum elicere valeat, mea non interest examinare: interest autem certo certius credere, à Deo in finem aliquem ordinatas esse, Christi, & electorum: quanuis nec nobis esset difficile aliquem vsus, quem electi ex illis decerpere possunt, conijcere. Sed de hoc aliàs.

Ephes. 1. 1. Corin. 3.

Ad

XIII. **Q**uod prior est incarnatio quã promissio peccati.

**A**d quintum argumētum, ex doctrina superius à me tradita respōdetur, nam dicimus mētem D. August. & patrum, & D. Thom. esse quidem quod nisi existente peccato nulla esset, nec Christi, neq; nostra prædestinatio, aut reprobatio: non tamen inde sequitur, quod prius fuerit volita peccati permissio, quã prædestinatio. Volita est quidem prædestinatio depēdenter à peccato, prior tamen est volita quia ipsa futura erat finis totius permissionis peccati: quia tamen non nisi dependenter ab ipso peccato est volita, ideò non esset nisi peccatum esset. Dici etiam potest, & debet, quod quoties D. August. & ex sanctis plurimi dicunt prædestinationem Christi, & nostram factã fuisse post visum Adæ peccatum loquuntur planè secundum ordinem executionis, & hoc verissimum est, vt partim diximus supra, & partim dicemus inferius. Aut. 3. dici potest, q̄ in carne mortali, & passibili in qua re vera venit, non est prædestinatus, præuisus, aut volitus donec videretur peccatū, & hoc etiam est verissimum, vt quid enim non existente peccato prouideri debuisset in carne passibili? de quo Scotus in. 3. d. 7. q. 3.

Ad aliud, quod ibi obijcitur, scilicet, incarnatio ordinata est, in remedium peccati, in salutem hominum, in perfectionem vniuersi, in naturę humane exaltationem: ergo prius volita sunt hæc omnia quàm incarnatio. Respondetur hoc argumentum facillimam habere confutationem, nam hæc omnia licet sint finis incarnationis, nõ tamen sunt finis simpliciter sed finis effectus, sicut operatio est finis vniuscuiusque agentis naturalis, cum tamen operatio non proprie sit finis, sed potius medium per quod agens tendit in alium finem, scilicet, in complementum suę causalitatis, seu potius in seipsum, vt reductum in vltimam actualitatem. Itaque dicitur agens ordina-

**A**dinari ad operationem, & esse propter operationem, vt habet Philosophus. 3. de celo. cap. 2. nempe tanquam propter finem effectum, cum tamen ipsum agens simpliciter sit finis suę operationis: nam operatio ipsa est propter complementum, & perfectionem agentis, vt dictum est, & tractat Caietanus. 1. 2. q. 3. art. 4. Ad hunc ergo modum illa omnia, quæ commemorantur in argumento, quodammodo sunt finis Christi, scilicet, finis effectus, quia Christus quidem ordinatus est à Deo in illa omnia, & sic secundum hanc considerationem nihil retulerit, quod quadam prioritate prius hæc omnia volita fuerint à Deo quàm esset volita Christi incarnatio, nempe in quantum quodammodo illa sunt finis incarnationis Christi, quia tamen absolutè, & simpliciter ipsa Christi incarnatio est finis illorum omnium, nam tandem in Christum tanquam in finem illa omnia vltimò referuntur, ideò absolutè prior est volita incarnatio verbi, quã cætera omnia, vt visum est. Ad aliud quod ibi obijcitur, qua scilicet ratione prius fuerit decretum de incarnatione, quàm de ipsa carne, & humanitate quæ à verbo assumenda erat, dictum est supra ad secundum in fine.

**R**estat cuiusdam S. Thom. dicti difficultas explicanda. 3. p. q. 1. art. 3. ad quartum, vbi dicit, prædestinationem supponere præscientiam futurorum. Nam, saltem in via S. Thom. prædestinatio non erit primus omnium actuum Dei, sed prior erit prouidentia earum rerum futurarum, quas Deum prius quàm prædestinet, præscire dicit S. Thom. Respondetur ergo primò quod loquitur S. Thom. de scientia simplicis intelligentiæ: & hanc præsupponi prædestinationi non inconuenit, imò est necessarium, vt supra à nobis dictum est. Respondetur. 2. quod si S. Thom. loquitur de scientia visionis, quod, scilicet,

G prius

XV.

Quomodo prædestinatio supponat præscientiã futurorum.

prius videntur naturalia, quam prædestinentur superna-  
 turalia, intelligit ordine executionis: in executione au-  
 tem verum est, quod naturalia priora sunt supernatura-  
 libus. Et quod S. Tho. intelligat ordine executionis, præ-  
 terquã quod ita asserunt multi ex recetioribus, de quo-  
 rum numero est Hieronymus de la Rua, modernus au-  
 thor, in suis quodlibetis. pag. 219. sanè ex ipsis S. Tho. de-  
 ctis colligitur. Primò quia consultò adidit S. Tho. ibi,  
 per orationes aliorum implendam, vt insinuaret loqui se  
 de prædestinatione, vt actu adimplèda, & in genere exe-  
 cutionis. Secundò quia contendit ibi S. Tho. quod ad eũ  
 modum supponit prædestinatio præscientiam futurorũ, B  
 quo Pauli prædestinatio supponit præscientiam oratio-  
 num B. Stephani: at certè prædestinatio Pauli illas ora-  
 tiones non supponit nisi ordine executionis. Quod pro-  
 batur, quia, vt habet ipsemet S. Thom. 1. par. quæst. 23. ar.  
 8. sicut per prouidentiam non solum res ipsæ ordinantur  
 vt sint, sed etiam ordinantur, & disponuntur omnes cau-  
 sæ illarum rerum: ita cum Deus prædestinat aliquem  
 ad salutem, sub ordine etiam prædestinationis cadit quid  
 quid illum hominem promouet ad salutem. Ex quo fit  
 quod orationes B. Stephani, cū Paulum promouerint  
 ad salutem, & eius causa extiterint, etiam ab ipsa Pauli C  
 prædestinatione prouenerunt. Vnde rursus fit, ordine in-  
 tentionis, & absolutè priorem esse Pauli prædestinationem  
 quam volitionem, & præscientiam illarum orationum.  
 Atq; adeò cum S. Tho. ait, priorem esse præscientiam ora-  
 tionum, seu aliarum rerum futurarum, ordine executio-  
 nis solum loquitur, ex quo hunc in modum breuissimè  
 formatur ratio: Orationes Stephani erant effectus præde-  
 stinationis Pauli, ergo factæ sunt ex vi ipsius, ergo non  
 præsupponuntur ad prædestinationem Pauli. Maior patet

Orationes  
 B. Stephani  
 erant effe-  
 ctus præde-  
 stinationis  
 Pauli.

A tet, quia totum illud per quod homo ad salutem pro-  
 mouetur, est effectus suæ prædestinationis, & ab ipsa  
 eius prædestinatione sequi habet. Alij alterius opinio-  
 nis assertores, dicunt, orationes Stephani non solum or-  
 dine executionis, sed & intentionis prius à Deo volitas,  
 & visas fuisse, quam prædestinaretur Paulus: idque quan-  
 tum ad earum substantiam, nam vt sic non erant ef-  
 fectus prædestinationis Pauli, neque ad eam conduce-  
 bant: At verò quatenus deinde ordinatæ, & directæ sunt  
 in Pauli salutem, effectus sunt prædestinationis eius, at-  
 que adeò posteriores. Sed nostræ solutiones præstant. Et

B hætenus de hac quæstione.

I Numeræ sunt quæ ex præcedentibus quæstiones  
 enascuntur. Sed non est animus iterum me ipsum  
 in idem dubitationum pelagus immergere, à quo se-  
 mel, fauente Christo, vt cunq; emerfi. Quædam ta-  
 men sunt, quæ silentio à me minimè possunt præteri-  
 ri: quorum singula suo ordine paucis absoluam.

Primum est circa ordinem illum rerum quem Ca-  
 ietanus. 3. part. quæstio. 1. art. 3. excogitauit, quem video  
 vulgò ab omnibus doctis pariter, & in doctis agitari,  
 & lacerari. Michi enim, vt ingenuè fatear, minimè dis-  
 C plicet, salua eorum pace, qui ipsum impugnant.  
 Sic enim debet defendi, & propugnari: quod triplex  
 sit rerum ordo. Primus, naturalium quæ à diuina  
 prouidètia causantur. Secundus, supernaturaliũ, seu gra-  
 tuitarũ, quæ pertinent ad ordinem gratiæ habitualis, & pro-  
 ficiscuntur à generali prouidètia supernaturali, qua Deus  
 vult omnes homines saluos fieri. Sed tamen in hoc secũ-  
 do genere non enumerantur bona gloriæ: nam per bona  
 hæc secũdi generis certũ erat nullos homines debere de  
 facto bona gloriæ, suæ gratiæ correspondètia obtinere, &  
 saluos.

XVI.  
 Dubia ex di-  
 ctis emergẽ-  
 tia.

Dub. 1. quo  
 defenditur  
 triplex ordo  
 à Caiet. po-  
 situs.

1. Timot.

saluos fieri. Huiusmodi sunt res omnes supernaturales A  
 collatæ primo parenti, & in ipso toti posteritati, scilicet,  
 iustitia illa originalis, cum gratia habituali, cæterisq; vir-  
 tutibus ex illa profectis ante peccatum hominis. Tertius  
 ordo est rerum, supernaturalium quidem, & gratuitarum,  
 pertinentium tamen ad ordinem gratiæ vnionis: & in  
 hoc ordine constituuntur non solum ipsa vnionis gratia,  
 & ipse Christus, sed etiam quæ ab ipso sunt instituta, sci-  
 licet, sacramenta, & omnia dona supernaturalia gratiæ, &  
 iustitiæ, charitatis, &c. quæ post peccatum, ex Christi  
 meritis sequi habent, ex Christi prædestinatione tanquã  
 ex causa. Nunc triplex peccatorum genus constituitur B  
 à Caietano, secundum triplicem rectitudinem, qua pri-  
 uare potest peccatum. Primum, quod priuat rectitudine  
 naturali: Secundum, quod priuat rectitudine supernatu-  
 rali, proueniente ex iustitia originali, & cæteris donis col-  
 latis pro statu innocentia. Tertium, quod priuat rectitu-  
 dine alia supernaturali, quæ ex gratia sacramentorum,  
 & ex iustitia per Christum collata, proueniebat. Ex qui-  
 bus infert Caietanus, quod cum S. Thom. in illò. 3. art. ad  
 4. dixit, prædestinationem Christi supponere præscien-  
 tiam peccati futuri, loquitur de peccato quod opponi-  
 tur rectitudini primi, & secundi generis: nam & illa du-  
 plex rectitudo præsupponitur etiam ad prædestinatio-  
 nem Christi. At verò peccatum quod opponitur tertie  
 rectitudini, & similiter ipsa tertia rectitudo, minimè sup-  
 ponitur ad prædestinationem Christi. Absurdum enim  
 esset dicere, quod peccata contra ipsum Christum com-  
 missa, contra sacramenta, contra gratiam collatam no-  
 bis per Christum, viderit Deus ante ipsam Christi præde-  
 stinationem. Vnde verò est (si loquamur in hac sententia  
 Caietani, & Thomistarum) quod peccatum originis  
 quod

A quod priuabat duplici illa rectitudine, scilicet, naturali, &  
 ea quæ proueniebat à iustitia originali, visum est prius  
 quam incarnatio, & prædestinatio Christi.

Et contra istum dicendi modum, sanè intellectum, &  
 vt à me explicatum est, ego non video in doctrina Tho-  
 mistarum, quæ nam argumenta procedant. In doctrina  
 inquam Thomistarum, in quorum gratiam hæc à me  
 dicta sunt. Nam in doctrina à nobis superius tradita, sta-  
 re non possunt multa, quæ hic dicuntur, scilicet, triplex  
 illud prouidentia genus, quod ponit hæc sententia in  
 Deo, & bona illa naturalia, & supernaturalia. 1. & 2. gene-  
 ris ante prædestinationem Christi, à Deo visa, & volita,  
 &c. Quauis operosum non esset, hanc Caietani do-  
 ctrinam cum nostra conciliare, si superiorum dictorum  
 memores, duo dixerimus: Vnum est, eundem Dei actum  
 prædestinationis, dici prouidentiam generalem, quatenus  
 refertur, & ordinatur in productione rerum natura-  
 lium: & dici prouidentiam supernaturalem, quatenus ad  
 illa bona supernaturalia, in statu innocentia collata, ter-  
 minabatur, per quæ, scilicet, bona nullus ad gloriam erat  
 peruenturus: & eundem dici prædestinationem, siue  
 Christi, siue nostram, quatenus omnia hæc tandem in  
 aliquod Christi, & prædestinatorum commodum, atq;  
 vsu, & finem vltimò referebat. Rursus, si distinxerim-  
 us, vt supra distinguebamus, ordinem intentionis ab  
 ordine executionis, & dixerimus, totum hunc Caietani  
 processum solum ordine executionis habere verum: nã  
 ordine intentionis, opposito modo se res habet. Nam di-  
 cere debemus, priora in intentione diuina fuisse bona illa  
 tertij generis, deinde verò alia: & vltimo loco, natu-  
 ralia. Sed si dubitationes quæ hinc exiliunt, excute-  
 re, & decidere nunc conaremur, planè in infini-

tum nostra prima disputatio procederet.

XVII.

*Dub. 2. quomodo ante usum passionem Christi fuerint homines electi, non tamē ante usū Christi.*

*Apoc. 13. Colof. 1.*

*Rom. 5.*

*1041. 17.*

**A** Alterum tamen, quod nulla ratione prætermitti à me potest, versatur circa quinque illa signa Scoti, in quorū tertio ipse ponit prædestinationem Christi, & electorum: in quinto verò ponit passionem & mortem Christi. Ex hoc enim hæc insurgit difficultas: Nullus prædestinatorum electus est ad gloriam, nisi intercedente Christi meritis, morte, & passione: sed hæc Christi merita, passio, & mors, vsq; ad quintū signū non fuere prouisa, vt supponit Scot. ibi. d. 19. §. in ista quaestione. ergo nec electi prædestinati sunt vsq; ad quintū, aut sextū signū: & sic iam præsupponuntur naturalia, & peccatū ad prædestinationem electorū. Maior à nemine Theologorū negatur: hac enim causa dicitur Christus, Agnus occisus ab origine mundi: Et Colof. 1. dicitur, pacificasse per sanguinē suum, & quæ in cœlis, & quæ in terris sunt. Et Rom. 5. propositus dicitur per fidem in sanguine ipsius, idest, per fidem sanguinis ipsius, in remissionem præcedentium delictorum, & Ioann. 17. nisi moreretur, ipse solus mansurus erat, si autem mortuus fuisset, multum fructū allaturus. Negari ergo non potest, quod merito mortis suæ prædestinati sunt omnes electi. Et sic prædestinari vsq; ad quintum signum non potuerunt. Tangitur hoc argumentum ab Almaino in. 3. d. 19. q. vni. pro Scoto. Et posthabita solutione Gabrielis, quem ibi refert, ipse aliter soluit. At vtriusq; solutio prætereunda esse mihi videtur, & aliter respondendum.

Respondetur ergo, explodendo primū assertionem quandam Capreol. 3. dist. 1. q. 1. ar. 3. ad. 2. argument. primæ conclusionis, concedentis Scoto, priorem esse prædestinationem nostram, quàm Christi prædestinationem, via intentionis. Hoc enim erroneum est, propter expressis-

simam

**A** sima Pauli testimonia, quibus asserit, nos propter Christum fuisse prædestinatos, & in Christo, & per Christū. Et. 1. Corint. 3. omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Et. Rom. 8. quos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et Ephe. 1. prædestinauit nos in adoptionem filiorum Dei, per Christum. Et ibidem, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et ibidem, In ipso forte vocati sumus. Et, Benedixit nos omni benedictione spirituali, in Christo, &c. Et alibi sæpè. Et in sacro cōcilio Tridentino Sess. 6. c. 7. diffinitur, quod gloria Dei, & Christi, est finis nostræ prædestinationis. Est ergo erronea illa sententia, nisi explicetur piè, propter honorē Capreoli: Ita vt in sententia, quæ cōmuniter putatur esse S. Tho. prius prædestinati sint homines, quàm Christus, non in particulari, sed in communi, idest, prius Deus voluerit naturam humanam redimere, & iustitia, & gloria condecorare, quàm prædestinare Christum. In dō Christum ad salutem nostram prædestinauit. In qua sententia sic explicata, nullū est erroris periculum: & hanc tenent Thomistæ: nam Catholicè confitentur, nullum in particulari hominem, nisi post Christum, & per Christum, fuisse prædestinatum, de quo Capr. multa ibi optimè.

**C** His obiter animaduersis, ad argumenti illius, quod egregiā habet difficultatem reuertamur. Quod, vt dissoluamus, scito, secundum Scotum, prædestinationem tantū esse propositum, seu voluntatem dandi gloriam, non verò ordinationem, & preparationē mediōrū. Rursus in eadem Scoti doctrina, ante prouisionem, & decretum passionis Christi, fuit prædestinatio, & reprobatio: quia ante decretū illud de Christi passione, habuit voluntatē cōferendi quibusdā finē, idest, gloriam: in quo consistit

præ-

*Rom. 8.*

*Ephe. 1.*

*Solutio du-  
bij. 2.*

prædestinatio, ut ipse dicit: & respectu aliorum habuit **A**  
 negationem talis actus, in quo consistit reprobatio, in via  
 Scoti. In eius ergo sententia, & doctrina dicendum est  
 quod tamen si, ut probat argumentum, in tertio signo præ  
 destinaverit, id est, habuerit propositum dandi quibusdã  
 gloriam, non propter passionem Christi, sed propter Chri  
 stum absolutè, & propter actus, & merita illius Christi,  
 non pœnalia, & passibilia, quæ tunc cognosci à Deo po  
 tuerunt: qualia sunt dilectio Dei super omnia, & actus  
 multarum virtutum: sed tamen ordinationem effica  
 cem mediorum, & consequentem gloriam, & exequu  
 tionem illius primi propositi, in tertio signo habiti, non **B**  
 habuit usque ad quintum signum, in quo decretum est de  
 Christo passibili, & eius actibus pœnalibus meritorijs.  
 Propter hos ergo actus, & passionem Christi, in quinto  
 signo visam, decrevit dare in tempore media illa, & au  
 ferre peccatum, & iustificare, & donum perseverantiam  
 conferre, ut primum illud decretum tertij signi, exequu  
 tionem mandaretur. Iam autem diximus, initio huius quæ  
 stionis, citra vllum delectum vsurpaturos nos hæc nomi  
 na, prædestinationem, dilectionem, & electionem, seu  
 voluntatem, & propositum dandi quibusdam gloriam:  
 atque adeo satis fuerit asseruisse, & ostendisse, ante decretum **C**  
 de permissione peccati, & de condendis creaturis, iam  
 Deum voluisse quosdam eligere ad gloriam, seu præde  
 stinasse. Licet prædestinatio, pro ut accipitur à S. Thom.  
 pro ordinatione illa, seu præparatione mediorum, cum  
 consequentem finis, usque ad quintum signum, facta non  
 fuerit, ut ostensum est. Ex qua doctrina retundere lice  
 bit rationes Almaini in. 3. d. 2. q. v. nica. dub. 3. quibus vehe  
 menter sententiam Scoti impugnare, & expugnare se  
 existimat. Sed nostram, ut dilucidius mente percipias,  
 accipe

**A** accipe exemplum satis appositum. Voluntas, & intentio  
 efficax sanitatis, prior ordine rationis, est in infirmo, quã  
 fit præparatio mediorum, & medici, atque medicinæ, ad il  
 lius finis consequentem. Eodem ergo modo intentio,  
 & volitio, qua Deus quibusdam conferre voluit beatitu  
 dinem propter Christum absolutè (id est, non propter  
 Christum, ut medicum, aut redemptorem) in tertio sig  
 no fieri potuit: & deinde ordinatio, & præparatio medi  
 ci, & medicinæ, quæ futura erant media, per quæ executio  
 ni erat mandanda prior illa volitio, in quinto signo post  
 decretum de Christo passibili, esse potuit.

**B** Sed statim nobis, aliò volentibus tendere obuium aliud  
 est dubium, quo petitur, an in illo tertio signo, quo  
 volitus est, & prædestinatus Christus, prædestinatus fue  
 rit ut passibilis, vel impassibilis. Communis est hæc dif  
 ficultas, & ab omnibus agitur. Ego tamen lectorem  
 ad alia remittens loca, brebiter quod mihi plurimum pla  
 cet, explanabo. Certè si prædestinatio pertineret ad sci  
 entiam visionis, difficillimum esset explicare, quomodo in  
 tertio signo visus fuerit Christus, & non passibilis, vel  
 impassibilis: cum enim visionis scientia in res, pro ut sunt  
 in proprijs existentijs, cum omnibus suis circumstantijs,  
**C** & conditionibus particularibus, feratur: Et Christus in  
 propria existentia, futurus non esset, nisi passibilis, vel im  
 passibilis: in illo autem tertio signo passibilis videri non  
 potuisset, quia nondum intelligebatur peccatum: nec im  
 passibilis: tum quia re vera, non erat futurus impassibilis:  
 tum verò quia iam decretum quinti signi, quo passibilis  
 erat discernendus, destrueret decretum tertij, & illi ad  
 uersaretur, quod dicere est absurdum, quod, scilicet, in  
 Deo sit decretorum pugna, & oppositio. Dici itaque non  
 potest, quod prædestinatio Christi ad scientiam visionis

XVIII.

Dub. 2. An  
 Christus fuit  
 prædestina  
 tus passibi  
 lis. I. impas  
 sibilis ante  
 decretum de  
 permissione  
 peccati.

H per-

pertineat, sed ad scientiam simplicis intelligentiæ. At secundum ordinem, & naturam huius scientiæ, non est in commodum, quòd in illo tertio signo cognitus, & volutus fuerit Christus, vt abstrahens à passibili, vel impassibili.

Vel dico id quod mihi plurimum placuisse, dicebam nuper, quòd in tertio illo signo, non est prædestinatus Christus, nisi secundum quòd solùm dicit vnionem naturæ humanæ cum persona diuina: ad hanc tamen vnionem, necessariò, & quasi naturali sequela, & resultantia sequebatur in illa natura assumpta, summa gratia, summa gloria, & impassibilitas, tam corporis quàm anime, sicut naturali sequela, ad naturam hominis, sequitur risibilitas. Et quæ admodum, nõ est alia actio, vel generatio, qua producitur homo, & alia, qua risibilitas: sed vna, quæ per se terminatur ad hominẽ, & secundariò ad risibilitatẽ, quia risibilitas suapte spõte nata est sequi ex natura humana: ita vnica tantum fuit in illo tertio signo, prædestinatio, qua prædestinatus est Christus, & decretum est, quòd Deus fieret homo: ad quod decretum, sine noua alia prouidentia, & volitione, sequebatur in illo homine impassibilitas. Atque adeò ex vi illius decreti in tertio signo habiti, futurus esset Christus omninò impassibilis: propterea quòd impassibilitas sequitur ad vnionem illam hypostaticam. Et cum arguis, Quòd in quinto signo decretum istud fuit, vt Christus veniret passibilis, & sic videtur quòd decretum istud fuerit contrarium alteri. Respondetur quòd licet in hoc quinto signo, decretus fuerit passibilis, Christus, non ideò infertur mutatio, & contrarietas decretorum: quia illud aliud decretum in tertio signo habitum, non fuerat de impassibilitate, sed de Deo vniente sibi humanitatem: id est, de incarnatione verbi:

A verbi: Quòd si ex vi illius futurus erat impassibilis, id non proueniret ex vi decreti alicuius, quo Deus decreuisset ipsum fore impassibilem: sed ex natura ipsius vnionis hypostaticæ, & incarnationis diuinæ, ad quam naturaliter, & suapte sponte impassibilitas consequebatur. Et ideò decretum quinti signi non aduersatur alicui alteri decreto, aut prouidentia: aduersatur tamen illi naturali resultantia, secundum quam ex humanitate vnita Deo, habente animam gloriosam, & beatam, debebat naturaliter resultare impassibilitas.

B S Sed non sunt adhuc rationes, dubitandi exhaustæ: nam reliquum est breue dubium, sed non ideò facile, An ea, quæ hactenus à nobis asserta sunt, non solum procedant secundum prouidentiam, prædestinationem, & scientiam simplicis intelligentiæ, sed secundum etiã scientiam visionis. An, inquam, non solum prouiderit, voluerit, ordinauerit, & intellexerit Deus prius supernaturalia, quam naturalia: Christum, quàm totum creaturarum ordinem, sed etiam viderit secundum scientiam visionis. Et sanè apparet pars negativa vera, affirmatiua vero & falsa, & intelligibilis. Quæ enim ratione fieri, aut intelligi valeat, quòd prius videat sibi præsentem Deus in æternitate gratiam, quàm naturam? prius Petrum cum gloria quam cum esse naturali, & secundum substantiam? Enimuerò scientia visionis ad res ipsas terminatur, secundum suas existencias veras, & reales: atque adeò secundum ordinem executionis quo res ipsæ fiunt. Ex quo iam sequitur, prius terminari ad naturam, quàm ad gratiam: & sic naturalia præsupponi ad supernaturalia: præfertim in diuiduo v.g. natura Petri ad eius gratiam, & gloriam. de quo sup. nu. 12.

XIX.

Dub. 4. An etiam secundum scientiam visionis priora sint supernaturalia.

Respondetur, problematicè hæc defendi posse: sunt enim pro vtraq; parte rationes non inualidæ. Verùm ad mei instituti explicationem minimè faciunt: atq; adeò ab eis consultò abltineo. Vnum tamen decerno breuissimè videlicet, etiam secundùm scientiam visionis, eundem assignari posse ordinem cognoscendi, quem seruari diximus, secundùm simplicem intelligentiam. Nam ex ordine reali, quem habent inter sese, ipsa obiecta, quo ad causalitatem, & præcipuè in genere causæ finalis (quoniam causa finalis prior est cæteris causis, quo ad causalitatem) desumi potest ordo in ipsa visione Dei, secundùm nostrum modum intelligendi. Ex quo fit, quòd quauis quoad subsistètiã, & durationem in tempore, & in aliarum causarum genere, futurus erat Christus homo, posterior multis alijs rebus, nam posterior duratione fuit Christus, quàm cælum, terra, & plurima individua omnium specierum, &c. & similiter in genere causæ efficièntis, erat posterior quàm beata Virgo, quàm beatus Ioa-chim, quàm Sol, quàm cælum, & quàm alia quæ efficientiam aliquam mediatam, siue immediatam habuerunt respectu Christi domini: quia tamen in genere causæ finalis, ipse Christus erat futurus prior illis, atq; alijs, & omnibus rebus, eò quòd omnia producenda erant propter Christum, & ordinanda in ipsum, tanquam in finem, vt probatum est, idcirco videtur mihi dicendum esse, nõ solum quòd prius omnibus rebus fuerit Christus à Deo volitus, prouisus, prædestinatus, sed etiam visus præsens, secundùm scientiam visionis. Ex quo tamen non statim illatum putare debemus, quòd fuerit visus sine rebus ipsis, cælo, terra, elementis, peccato, &c. Nam neq; visus, neq; volitus, aut prædestinatus fuit sine ordine: ad ista omnia: sed potiùs dependenter ab ipsis, vt fusissimè superius

A perius explanauimus. Sanè si eo ordine Deus res vidit sibi in sua eternitate præsentem, quo ipse inter sese geritur, & exequutioni mandatur in tempore, & nõ potiùs vidit eas iuxta ordinem causalitatis præsertim finalis quo se vicissim causant, iam fieret quòd prius Deus vidisset Abëlem, Abrahamum, Dauidem, &c. cum gratia quàm Christum, siquidem illi in tempore, & ordine exequutionis prius habuerunt gratiam quam esset Christus in rerum natura. Cum ergo verissimum sit quòd prius Deus vidit scientiã visionis Christum quàm gratiam illorum, eo quòd propter Christum prius volitum, & visum daturus erat gratiam illis hominibus, profectò dicendum est quòd etiam in scientia visionis attendi debet prioritas secundum rationem causalitatis, præsertim finalis. Et quia Christus, ac prædestinati futuri erant finis omnium creaturarum, ac totius naturæ, ideò scientia etiam visionis priora sunt supernaturalia quam naturalia. Et hætenus de ista questione.

H 3

QVAE-



# Q V A E S T I O

## PRIMA POSITIVA:

*UTER NUMERVS MAIOR  
esse, ex sacris literis colligatur, praedestinato-  
rum, aut reproborum?*



**N** L L V D mihi, quod Socra-  
tes, apud Platonem in Cratyl-  
lo, dixit, Deos omittamus, per  
Deos obsecro, nam de Dijs dis-  
seruere vereor, initio huius dis-  
putationis occurrit, ac magnū  
terrorem incutit. Si nanque,  
Quae sunt Dei, nemo nouit, ni-  
si spiritus Dei: si que solenni

Deum oratione precantes, dicimus, Deus, cui soli cogni-  
tus est numerus electorum, in superna foelicitate locan-  
dus: profecto res est plena timoris, & ( vt verius dicam )  
temeritatis, & audaciae diffinire me velle, an numerus  
electorum numero damnandorum maior sit. Quia tamen  
rem hanc in sacris Biblijs, Deus quadamtenus adū  
brauit, conabor, adnitarque ex ipsis, dubij propositi reso-  
lutionem, Christo auspice, atque auspice Christo de-  
ducere.

**I.**  
Error Ori-  
genis de re-  
parandis da-  
natis, & fi-  
uendis eo-  
rum tormen-  
tis.

**I** Nitio autem explodendus est error Origenis homil.  
8. In Iosue, & lib. 1. Periarc. c. 6. & lib. 3. c. vltimo, & ho-  
mil. 6. in diuersos Matth. locos, & homil. 23. in Matthæū  
in illis verbis, Donec ponam inimicos tuos: vbi elegantif-  
sime loquitur: & alibi super Paulum frequenter innuen-

tis,

**A** tis, Omnes in vniuersum rationabiles creaturas, siue ho-  
mines, siue Angelos aliquādo tādē saluatū iri: & penas ip-  
sas Tartareas, licet post multa tēporū spacia, finiedas esse.  
Quae sententia, si vera esset, quaestio à me proposita, ocio-  
sa esset, quādoquidē omnes essent praedestinati. Sed ocio-  
sa non est quaestio nostra, quoniā sententia illa vera non  
est. Et praeterquā quod error iste in libris nunc Origeni-  
cis insinuat, D. Hieronymus, in cōm. epist. ad Eph. c. 2.  
& 4. & super Isa. c. vltim. & in epistola ad Auitum: & D.  
Augustinus lib. 21. de ciuit. & lib. de heresibus, & omnes  
ferē ecclesiae patres eundem errorem Originem tenuif-

**B** se, dicunt. Et ex recentioribus per multi, vt Caelius Ro-  
dig. lib. 1. lectionū antiquarum. c. 36. & Alphonsus Castro  
de heresibus, verbo infernus, hæresi. 2. Vega super conci-  
lium, lib. 12. c. 2. Et quidem Ruffinus. lib. 1. Inuectiuarum  
in D. Hieronymum, de eodem Hieronymum errore no-  
tat. Tū, propter id quod ait ipse Hieronymus, lib. 5. cōm.  
in Paulum, ad Gal. in illis verbis, Fructus autem spiritus  
est charitas, scilicet, nullam creaturarum rationabilium  
apud Deum perire perpetuō. Tūm verò quoniam lib. 18.  
comm. super Isai. c. 66. hunc errorem referens, & multis  
scripturae testimonijs niti dicens, ipsum non reprobat.

**C** Tūm tertio, quia in comment. ad Ephe. 1. 2. & 4. eidem  
dogmati vehementer annuit. Et sunt qui dicant D. etiā  
Ambrosium huic errori subscripsisse. Armeni verò sub-  
scripserunt aperte, vt autor est Alphonsus Castrensis,  
loco citato. Anselmus verò Laudun. glossæ inter linea-  
ris author, super Isaiam capit. 14. illa verba, Tu autem  
proiectus es, &c. allegoricè ad Diabolum trahit, &  
dicit: Et si omnes animæ aliquando habebunt re-  
quiem, tu nunquam habebis. Videtur saltem glossa  
hæc, hominum damnatorum tormentis finē imponere.

Orige-

Origenis autem fundamenta non vacat in præsentia ad-  
ducere: neq; si vacaret, ad nostrum modò spectaret pro-  
positum. Videat qui voluerit in D. Hieronymo, lib. 18.  
in Isai. cap. 66. & in Abulen. super Matth. c. 25. q. 540. vsq;  
ad. q. 543. Expugnabitur nihilominus error iste à nobis  
inferius, ijs, qui eius videntur authores, minimè expug-  
natis, ac laceratis, sed per amicè potius, & beuencolè excu-  
satis. Nam D. Hieronymum, Ambros. glossam, & forsità  
Origenem ab hoc errore vindicabimus.

## II.

*Sententiâ D.  
Hieronymi  
quod omnes  
fideles saluã  
tur.*

**S**ecundo loco examinandum est à nobis aliud dog-  
ma, quod, si quàm est gratum legentibus, tam esset  
verum intelligentibus, nos qui per Dei gratiam, fideles  
sumus, non essemus admodum de nostra salute solliciti.  
Sententia certè D. Hieronymi, ea est, scilicet, Omnium  
quidem infidelium, videlicet, Turcarum, Iudæorum, Pa-  
ganorum, & dæmonum tormenta fore perpetua: cæte-  
rùm omnium fidelium, quantumuis sceleratorum penas,  
temporarias futuras esse, non æternas. Est ergo sententiâ  
Hieronym. prædestinatos esse omnes, solosq; fideles: con-  
trà verò solos, & omnes infideles esse præscitos. Ne au-  
tem quisquam me aliquid D. Hieronymo imponere exi-  
stimer, videat eius loca, quæ sequuntur, & audiat eius ex-  
pressissima verba. lib. enim. 1. dialogorum aduersus Pela-  
gianos, circa eorum titulum. 72. quem tunc expugnabat,  
sic ait: Illud verò, quod in sequenti ponis capitulo, in die  
iudicij iniquis, & peccatoribus non parcendum, sed æter-  
nis eos ignibus exurendos, ferre quis potest? Et inter dice-  
re te misericordiam Dei, vt, si voluerit iniquis, & pecca-  
toribus parcere, te præscribente, non possit? Dicis enim,  
scriptum esse in. 103. Psalmo, Deficiant peccatores à ter-  
ra, & iniqui, ita vt non sint: non dicit, æternis esse ignibus  
exurendos, sed à terra deficere, & iniquos esse cessare. Et

*mox*

**A** mox: Deniq; Isaias, de quo ponis testimonium, combu-  
rentur, inquit, peccatores, & iniqui simul. Non addidit, in  
æternum. Quòd verò sequitur in Isaiâ, Et qui derelin-  
quunt Deum, consummabuntur, propriè de hereticis di-  
citur, qui in æternum cruciabuntur. Et statim: Deinde,  
cuius est temeritatis, iniquos, & peccatores impijs iunge-  
re? Impietas enim propriè ad eos pertinet, qui nouitiam  
Dei non habent: iniquitas autem, & peccatum pro quali-  
tate vitiorum, post peccati, & iniquitatis vulnera, recipit  
sanitatem. Et infra: Apostolus ad Rom. in eodem sensu  
loquitur: Quicumq; sine lege peccauerunt, sine lege peri-  
bunt, & quicumq; in lege peccauerunt, per legem iudica-  
buntur. Sine lege impius est, & hic, sine lege, in æternū  
peribit: in lege peccator credens in Deum, qui per legem  
iudicabitur, & non peribit. Et mox: Christiani, si in pec-  
cato præuenti fuerint, saluandi sunt, post penas. Et post  
multa, idem his verbis repetit: Si Origenes omnes ratio-  
nabiles creaturas dicit non esse puniendas, quid ad nos?  
qui & diabolus, & satellites eius, omnesq; impios dici-  
mus perire perpetuò, Christianos verò, si in peccato præ-  
uenti fuerint, saluandos esse post penas. & lib. 18. iam cita-  
to, super Isai. c. 66. dicit rursus: Sicut diaboli, & omnium  
negatorum, atq; impiorum, qui dixerunt in corde suo,  
Non est Deus, credimus æterna tormenta, sic peccato-  
rum, atq; impiorum, & tamen Christianorum, quorum  
opera in igne purganda sunt, atq; probanda, moderatam  
arbitramur, & mixtâ clemētia sententiâ iudicis. Hactenus  
Hiero. Vnde meritò, hanc sententiâ illi tribuit Stanislaus  
Pannonius, Anabaptista hæreticus, lib. de diuina Philan-  
tropia, referente Sixto Senensi lib. 6. Bibliothecæ, annota-  
tione. 290. Habemus ergo ex D. Hieronymo, quòd quan-  
uis ex omnibus hominibus non saluentur plures, at saltē

*I omnes*

omnes fidem veram habentes, quantumuis mortalibus criminibus depresso & extincta, saluantur: atque adeo sunt prædestinati. Quod nobis, qui per Dei gratiam, fideles sumus, si verum esset, sufficeret. Sed hoc infra examinabitur.

## III.

Mirabilis doctrina D. Hiero. de salute hominum perditissimi morum.

Gene. 7.  
Genes. 19.  
Exod. 14  
Exod. 32.

Naum. 1.

Postquam verò in D. Hieronymi dogmata incidimus, accipite aliud eius dogma mirabile, ne dicam horrendum, & incredibile dictu, quod & ad nostrum propositum plurimum facit. Is ergo super Naum. c. 1. cum inueneretur in hereticum Martionem, qui Deum appellabat crudelem, ipse Hiero. exaggerare Dei bonitatem conatus, planè aliteruit, neque homines qui tempore diluuij, aquis fuerunt præfocati, dånatos fuisse: imò neque Sodomæ, & Gomorræ ciuitates, quas Deus igne, & sulphure à Domino, de cælo misso, stirpitus absumpsit. Sed nec Aegyptios, quos mare rubrum inuoluit, & tandem neque Israelitas, qui in deserto, irato Deo fuerunt interempti: sed his omnibus, ait Hieronymus, hæc supplicia in hac vita reddidit Deus, ne in æternum puniret. Quod totum in illo fundat quod habetur Naum. 1. Non confurget duplex tributatio. Seu, vt septuaginta interpretes verterunt, Non puniet Deus bis in id ipsum. Quæ autem, & quam graua, eorum hominum, quos Hieronymus autumat non esse damnatos, fuerint peccata, satis patet ex sacra pagina. De primis enim dicit scriptura, Gene. 6. omnis caro corruerat viam suam. Quod Chaldeus Berofus, his verbis paraphrasticòs elucidauit: Procurabant illi homines abortus, & in edulium præparabant: commiscebantur matribus, filiabus, & fororibus, masculis, & brutis: contemptores religionis, & Deorum. Parum autem refert examinari, an Berofus ille à Ioanne Anio Viterbiensi confectus sit, de quo aliquando inferius occurret dicendi occasio: nam & scriptura

Apertura eorum peccata etiam notat, Gene. 6. Et Sodomitarum etiam Genes. Aegyptiorum autem, quæ fuerint, satis constat, cum & illi infideles essent, & omnium gentium maxime superstitiosi, & idololatæ, Israelitæ autem plurima etiã in deserto patrauerunt scelera, etiam idololatriã. Et tamè his Deum pepercisse, & perpetuas future vite penas, cum breui, & serè momentaneo præsentis vite supplicio, commutasse, autor est D. Hiero. quoniam Deus non punit bis in id ipsum: puniret autè bis, si quos semel in hac vita tam acerbè puniuit, in alia deinde puniendos reseruaret. Si verò quis opponat Hieronymo, illud Isai.

40. suscepit de manu domini duplicia, vel, vt legunt. 70. suscepit de manu domini duplicia peccata, id est, duplices peccatorum penas: Et Hiero. 17. duplici contritione contere eos. Quibus verbis in sinuate videtur, Deum punire bis in id ipsum: Dicit Hieronymus, primum horum de duplici captiuitate, quam Iudæi passi sunt, scilicet, Babylo-nica, & Romana: alterum verò, de duplici contritione temporali, scilicet, quæ sit gladio, & fame, interpretandum esse. Atque adeo in hac vita, nihil obstat, quo minus bis quisquam puniatur: verum hæc, & in alia vita quenquam puniri, hoc negat Hieronymus, & hoc negari existimat à sacro vate Naum. Cyprianus, Cisterciensis monachus, eloquenter, & copiosè locum hunc, cum Hieronymo disputans, tractat, nobis, quoniam aliò properamus, sufficiat explicasse quomodo, secundam mentem Hieronymi, numerus prædestinatorum auctior, & cumulator sit, quam vulgò putant reliqui.

SED sanè continere me non possum ab explicatio-nione loci cuiusdam difficillimi, & in cuius gratiam multum, diuicq; elaboratum à me est: Eò autem libentius eum adducam, quò magis eum facere video, eum ad

I 2 nume-

Gen. 18. &  
19.

Isai. 40.  
Hiero. 17.

IIII.  
Explicatur  
locus recon-  
ditissima  
difficultatis

numerum saluandorum venandum, tum ad perscrutandum etiam, vtrum homines illi, qui cataclysmi inundatione submersi sunt, salui facti fuerint, vt dicit Hieronymus. Locus habetur. 1. Petri. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Hæc tam clara sunt, quàm quæ sequuntur, obscura. In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus, veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam, in diebus Noe, cum fabricaretur archa, in qua pauci, id est, octo animæ, salutæ factæ sunt per aquam. Nihil in præsentem moror, an legendum sit spiritu, vel spiritibus: & an, expectabat Dei patientiam, vel expectabant Dei patientiam: super quo video alios variare, Bedam, Dionysium, Erasmus, Gagneium. Et quidem fatentur cecumen. & Dionysius, locum hunc intricatum esse, ac satis obscurum, ac varijs translatum modis, & re vera ita est. Verum tamen, siue hoc, siue illo, aut illo modo legas, neq; sensus variatur, neq; loci difficultas minuitur.

Philaster Brixien sis, contemporaneus D. Hieronymi: relatus à Castro, verbo infernus, heresi. 2. refert quorundam sententias, asserentium, Christum quidem suo descensu ad inferos, hoc indulgisse damnatis, vt ibidem confitentes, saluarentur. Clemens Alexand. libr. 6. Stromatum, Origenis præceptor, delusus autoritate Hermetis, putat, Christum euangelium prædicasse damnatis, & eorum aliquos liberasse, qui ex gentilibus sanctè vixerant, vt Platonem. Nicætas Græcus Gregorij Nazianzeni paraphraustes, in Gregorij oratione. 2. in Pascha, dicit, Christum prædicasse gentilibus apud inferos, & nonnullos ibi ad fidem vocasse, & liberasse: quorum vnum fuisse Platonem, multos dicere, dicit ipse. Existimat autem Bil  
lius,

A lius, qui est Nicetæ interpres, ibidem, totum hoc allusionem esse ad præsentem locum. 1. Petri. 3. D. Ioannes Damascen. in sermone, cuius titulus est, Quod qui in fide hinc migrarunt, sacris operationibus, & viuorum beneficis multum iuuentur, aliquos in inferno damnatorum Christum saluasse, satis insinuat. Quauis post multa, se hoc non definiendo asseruisse, dicat his verbis: At nos (indignum enim foret) definimus nihil: tantum fraternitatis studio ratiocinamur. Post quæ saluatum Traianum etiam oratione B. Gregorij, dicit, & id attestari totum occidens & oriens. Armeni, referente Guidone Carmelita, & Canstren. supra heresi. 3. dicebant, Christum, cum ad inferna descendit, omnes damnatorum animas inde eduxisse. D. Hieronymus suum etiam circa hoc iudicium tulit, in comment. epist. ad Ephes. c. 2. sic dicens: Descendit Christus ad inferiores partes terræ, vt quasdam occultas dispensationes, quas solus ipse nouit cum Patre, compleret: neque enim scire possumus, quomodo ijs, qui in inferno erant, sanguis Christi profuerit, & tamē quin profuerit, nescire non possumus. Caiet. ibi. 1. Petri. 3. contendit, Christum prædicasse damnatis, non tantum manifestatione suæ virtutis, & maiestatis, sed certè prædicatione fructuosa, vt ipse dicit. Quibus, & alijs verbis satis insinuat, Christo ad inferna descendente, & prædicante, plures, qui tempore diluuij, increduli fuerant, & sic è viuis decesserant, conuersos fuisse ad fidem, atq; adeo à penis erutos esse. Et liquet hoc sentire Caietanum, licet ipsius verba explicatore indiguisset, quoniam obscure loquitur, visum est Francisco de Christo, in. 3. sent. d. 22. q. 3. de descensu Christi, vbi eam multis explicat, & expugnat. Et quidem Isidorus, Clarius ibidem obscure loquitur: semel tamen, & iterum repetit, prædicante Christo apud

inferos saluos factos fuisse eos, qui credituri essent, si tempore Noe Christus eis prædicaret. Videatur autem approbare sententiam Nicetæ in Grego. Nazian. iam commemoratam. Porro si neq; iste, neq; quisquam alius, ex præfatis sensibus, intenditur à D. Petro, ostendatur quid nam verbis illis significet. In spiritu veniens prædicauit his, qui in carne erant, spiritibus, qui increduli fuerant aliquando, in diebus Noe, &c. nō enim de descensu ad limbum Patrum, aut purgatorium loquitur, sed de descensu ad Tartara, vbi scilicet, detinebantur illi, qui increduli fuerant in diebus Noe.

**Vere explicatioes illius loci obcurisimi.** Veruntamen postquam huius primi generis interpretationes retulimus, ad veriores, & quæ teneri poterūt accedamus. Nam si Christum ad damnatorum inferna descendisse dicamus, dicere fanè cum D. Damasceno debemus, lib. 3. de fide orthodoxa. c. 29. Christum descendisse, & prædicasse damnatis, non vt eos ad fidem conuerteret, sed vt eorum infidelitatem impropere, & redargueret. Quæ explicatio teneri potest, nā eam approbat Sanct. Thom. 3. part. quæstione. 52. artic. 2. ad tertium. Et eam tradit Scholia Græca. cap. 4. eiusdem epistolæ D. Petri. & communiter doctores Græci eam sequuntur, vt Athanasin Epistola ad Epicticum, vt refert Dionys. Cart. in. 3. d. 22. q. 6.

**Secunda.** Diuus Augustinus, qui in maioribus difficultatibus scripturarum elucidandis principem obtinere locum solet, in hac etiam obtinuit. Et principio, loci difficultate pene obrutus, obtestatur Euodium, cui illam epistolam. 99. dirigebat, vt alios consuleret eruditiores, qui locum interpretarentur. Interpretatus est nihilominus Augustinus egregie sicut cætera, de ip-

**A** sis temporibus Noe: ita, vt Christus in spiritu apparuerit temporibus Noe, & tunc prædicauerit illis spiritibus, qui in carcere erant, idest, hominibus illius seculi, qui more scripturæ, spiritus appellantur, vt. 1. Ioann. 1. 1044. 4. Omnis spiritus qui non credit Iesu Christo, &c. idest, omnis homo. Qui in carcere erant, scilicet, cæcitatibus, & ignorantia, erroris, & peccatorum. Vel, in huius vitæ carcere. Vel sic, Prædicauit tunc temporis Christus spiritibus, idest, animabus existentibus in carcere corporis, qui appellari solet carcer in scriptura, à quo disfolui cupiebat Paulus, & esse cum Christo. Hanc eandem explicationem sequitur Beda, ibi, & Albertus, & Sanct. Thom. super illum locum quos etiam sequitur Dionys. vnde Beda sic legit, His qui in carne erant, spiritibus.

**B** dem explicationem sequitur Beda, ibi, & Albertus, & Sanct. Thom. super illum locum quos etiam sequitur Dionys. vnde Beda sic legit, His qui in carne erant, spiritibus.

**C** Quod autem Christus in veteri testamento iam olim multoties apparuerit, etiam in forma humana visibili, quanuis non verè, & substantialiter factus homo, sed secundum speciem, & apparentiam conficta, & assumpta humani corporis effigie, quasi illis apparitionibus se exerceret, ad veram humanitatem aliquando assumendam: habent innumeri Patres Ecclesiæ, & concilium Syrmiese, can. 13. & 14. & Diui Leonis Papæ, in Epistola ad Pulcheriam Augustam (estque numero Episto. 13.) verba sunt ista: Potuerat omnipotentia filij Dei, sic ad docendos, iustificandosque homines, apparere, quomodo Patriarchis, & Prophetis in specie carnis apparuit: cum aut lucram iniit, aut sermonem conseruit, sed illæ imagines, huius hominis erant indicia. Clemens etiam Romanus libro. 5. constituit. Apostoll. c. 19. dicit, quod hunc, idest, Christum, hanc, ad iustitiam, &c. or. hanc, ad iustitiam, &c.

Quod in veteri test. per sona Verbi diuini iam olim apparuit in forma humana.

Christum in apparitionibus, viderunt factū hominem, A  
Moyse, Abrahā, Iacob, Iosue, Samuel, David. Eusebius  
Cesariensis per multa capita lib. 5. de demonstratione  
euangelica. c. 9. vsq; ad. 20. & alij multi idem habent. Et  
mihi est verosimillimum. De quo in sequentibus iterū  
redibit sermo. q. 5. Scholastica ad finem. sic ergo tempo-  
ribus Noe, Christus visibilis apparuit, prædicaturus.

Quomodo  
Christus in  
spiritu uene-  
rit. tempore  
Noe.

Quod verò ait, in spiritu, multiplicem habet exposi-  
tionem. Plures adduxit S. Thom. ibi. 1. Petri. 3. Igitur, in  
spiritu, significat primò, non in veritate carnis apparuisse,  
sed in persona diuina spiritali, assumpta tamen specie  
quadam, in similitudinem hominis. Vel secundò, in spi-  
ritu, id est, in aere, & veluti in phantasmate hominis: non  
vero assumpto corpore, sed aereo, in similitudinem ho-  
minis efformato. Vel tertio, in spiritu, id est, in terius sug-  
gerendo Noe, & alijs viris sanctis illius ætatis prædicatio-  
nem atq; doctrinam, vt populum admonerent de pecca-  
tis suis, deq; supplicio ultimo, quod iam à illis immine-  
bat. Igitur, quò totius loci intelligentiam ex dictis colli-  
gamus, Christus cœlestis concionator iam olim tempe-  
state Noe, siue per se, siue per suos ministros veniens, pe-  
nitentiam prædicauit hominibus illius seculi: illi autem,  
cū in carcere essent cæcitatatis, & errorum, credere, & af-  
fentiri nolebant prædicanti, sed expectabant vberio-  
rem Dei patientiam, donec iratus Deus tam longa expecta-  
tione, ipsos aquis diluuij obruit. Furor enim est læsa sæ-  
pius patientia, vt habet adagiū Publij Mimi, quod refert,  
& commendat Macrobius libro Saturnalium.

Tertio.

Didacus Paiua Dandrada, Lusitanus, lib. 2. defen-  
sionis Tridentinæ fidei catholicæ, partim ex August. partim  
verò ex suo Marte, aliam protulit intelligentiam. Vt pri-  
mò, cum Augustino conueniamus in hoc, quòd priora  
illa

A illa verba, In spiritu veniens, prædicauit, ad Noe tem-  
pora pertineant: & tunc Christus venisse, & prædicasse  
dicatur: Sed tamē quòd sequitur, His qui in carcere erāt,  
spiritibus, non sit referendū, vt vult Augustinus, ad il-  
los homines, quatenus tempore Noe. vibebant, sed ad  
ipsosmet, pro vt tempore Christi erant iam in inferno: ita  
vt sit sensus: Christus, in spiritu iam olim temporibus  
Noe veniens, prædicauit illis, qui nunc temporis sunt  
spiritus, & in carcere inferni detinentur: tunc autem in  
mundo viuentes, Noe credere recusabant. Itaq; his, qui  
modo sunt spiritus, Christus tunc prædicauit. Facit ad  
hoc locus alter eiusdem Petri. c. sequenti, Propter quod  
& mortuis euangelizatum est, id est, prædicatum est euā-  
gelium eis, qui nunc quidem sunt iam mortui, olim ta-  
men dum viuerent, euangelium audierunt. Ac si diceret  
non esse nouam, aut recentem euāgelij prædicationem,  
nam & mortuis annunciata est, id est, superiorum tempo-  
rum hominibus, iam pridem mortuis. Ex his porro inter-  
pretationibus colligitur, per antiquam, & vetustissimam  
rem esse prædicationem euangelij: non tamen sequitur,  
quòd illi existimabant, scilicet, per ditissimos illos homi-  
nes saluatum iri. Quin potius, id quòd proxime accedit  
C ad nostram quæstionem, fit, quòd, sicut pauci tempore  
diluuij ab aquis seruati sunt, scilicet octo, per unte reli-  
qua ferè innumerabili hominum multitudine, per totū  
orbem terrarum longè, lateq; dispersa, ita quā paucis-  
simi sunt, qui nunc temporis ad patriam perueniunt, cæ-  
teris omnibus (miserabile dictu) percuntibus. Atq; adeò  
si prædestinatorum numerus cum numero præcitorum  
comparatur, vix octo saluantur, præ magno eorum qui  
dānantur, numero.

1. Petr. 4.

4. Explica-  
tio illius lo-  
ci.

Alterum etiam sensum difficilis ille locus forsan ad  
K mittit,

mittit, vt scilicet, non de carcere huius mundi, aut inferni, ibi sit loquutus D. Petrus: sed de carcere lymbi, aut purgatorij. Et in eum locum dicatur descendisse Christus, & inde eos homines extraxisse, qui tempore Noe, aliquando quidem increduli fuere, sed ipsius Noe prædicatione commoiti, tandem resipuerunt, & sic, vel ad limbum, vel purgatorium descenderunt. Itaq; considerare oportet, ex hominibus illis, qui tempore Noe fuerunt increduli, quosdam quidem fuisse semper incredulos, quosdam verò aliquando: hoc est, aliquo temporis illius intervallo: Et quidem qui semper fuerunt rebelles, & obstinati, ad damnatorum inferna contrusi sunt: in quem tamen locum Christus minime descendit. Qui verò aliquando fuerunt increduli, sed non semper, nam sacris Noe concionibus acquieuerunt, ac sic poenituerunt, isti quidem ad purgatorium, vel ad limbum patrum deducti sunt: & in hunc locum descendit Christus, ibidemq; ipsis prædicauit, annunciando pacem, atq; salutem, vt longo quasi postliminio, in cœlestem patriam perducerentur. Plurima itaq; mihi videtur habenda esse ratio illius aduerbij, aliquando, præcipuèq; si vox Græca id patiatur. Illud porro quod dicit ibi D. Petrus, Quando expectabant Dei pacem, allusio est ad illud, Eruntq; dies hominis. 120. annis. Tot enim annorum spatio eos Deus ad poenitentiam expectauit. Isq; est illius loci sensus, vt vult D. Hieronymus, in Quæstionibus Hebræ. Chrysostomus, Beda, & Albinus, vel Alcuinus in Gene. quanuis alij ignoranter existimauerint, præfixum ibi fuisse à Deo terminum humanæ vitæ, quæ ab illo tempore protendi minimè iā deberet, vltra centesimum vigesimum annum: Quod ita intellexerunt Lactant. Firm. alioqui eruditus, & elegans

Genes. 6.

**A** gans scriptor lib. 2. diuin. insti. cap. 14. & Iosephus lib. 10. antiquita. cap. 3. & Petrus Apon. conciliator Medicorum. Quod tamen sustineri minimè potest, cum post diluuij tempus, multi illum vitæ terminum pluribus annis superauerint: scilicet, Abraham, Iacob, &c. Et hætenus hoc tam abdito, & inuio testimonio.

Quoniam tamen plurimum vereor ne præsens quæstio crescat in tractatum, vt creuit præcedens, operæpretium faciam, si per quasdam propositiones dogmata superius tradita breuiter confutauero, & quæstionis difficultatem resoluerò. Vt ergo ab Origene incipiamus.

**B** S It prima propositio: Intolerabilis error est, & apertissima heresis asserere, quòd dånati, siue Angeli, siue homines debent aliquando poenitere, & ad Deum reuerti, & sic salutem adipisci: quod erat dogma Origenis. Neq; ego video quomodo ab hoc ipsum possimus errore vindicare. Scio sanctissimum Pamphilum Martyrem Apologiam pro Origene cõfecisse, vbi à multis eum defendit, & purgat erroribus. Et Ruffinus etiam nõ solum illum Pamphili librum fecit Latinum, sed & alium eiusdem argumenti conscripsit, in cuius quidem fine, sic ait: Si quid inuentum fuerit in libris Origenis, quod cum

**C** fide Catholica non consonet, hoc & ab hereticis suspicamur insertum, & tã ab illius sensu, quàm à nostra fide ducimus alienum. Multi etiam Ecclesiæ patres super hac re digladiati sunt. Sed ex modernis Iacobus Merlinus, Apologiam pro Origene facit, quam tertio Origenicorum operum thomo affixit. Et in probatione secundæ propositionis, articulo secundo Origenem ab hoc errore eripit, proditis vndecim, quæ ipse fidelissimè, & diligentissimè collegit, ac retulit

V.  
Refutatur  
error Origenis  
de reputatione  
damnatorum.

Defenditur  
Origenes.

ex eius libris testimonijs, in quibus catholicè nobiscum A  
confitetur, Dæmonum, prauoruq; hominum supplicia  
futura perpetua. Quod & ostendere mollitur Picus ille  
Mirandulanus, ob raram formosissimi corporis, & ani-  
mi venustatem, cum generis nobilitate, & ingenij acri-  
munia cōiunctam, Phœnix appellatus. Nam in suarum  
quaestionum Apologia. q. 7. art. 1. in. 2. heresi Origeni at-  
tributa, ipsum etiam ab hac, & alijs heresibus immunem  
esse demonstrat. Quod & ego existimo, nam (vt è mul-  
tis vnum, aut alterum locum depromamus) ipse Orige-  
nes acerrimè conqueritur de aduersarijs suis, quòd ipsius  
libros multis erroribus resperferint. Quia in Epistola ad B  
Alexandrinus, quam refert Ruffinus in Apolog. sic ait:  
Quidam tractatus nostros calumniantur, & ea sentire  
nos criminantur, quæ nunquam sensisse nos nouimus. Et  
rursus: Quidam eorum qui libenter habent criminari pro-  
ximos suos, ascribunt nobis, & doctrinæ nostræ crimen  
blasphemix, quod à nobis nusquam audierunt, &c. Et de  
Origene haec tenens. Ad id verò quod obieciatur, D. Hie-  
ronymum, & Ambrosium eiusdem etiam fuisse senten-  
tiæ. Respondetur, eos tale non asserere: imò oppositum  
apertissimè confitentur, vt videre licet in Syxti Senen-  
si, lib. 6. Bibliothecæ. annotat. 290. & 298. quod de Hiero-  
nymo ostendam sequenti conclusione: nam Hierony-  
mus est qui explicatione multa indiget, eo quòd varius  
loquutus est. Quod verò author glossæ interlin. videtur  
asserere, Animas omnium damnatorum aliquando tan-  
dem gloriam habituras. Soluitur cum S. Thom. 4. d. 46.  
q. 2. id sub hypothesi impossibilis dictum esse, ad exagge-  
randam grauitatem peccati diaboli, qui typicè ibi descri-  
bebatur.

His hunc in modum statutis, ad nostræ propositionis  
pro:

A probationem redeamus. Quoniam enim de numero præ-  
destinatorum inquirimus, conuellere oportet, & destrue-  
re errorem hunc, siue sit Origenis, siue non: qui, omnes  
damnatos esse reparandos, dicens, consequenter omnes  
ponit prædestinatos, & nullos reprobos. Cum autem ex  
nouo testamento vulgò nobis testimonia suppetant, in  
quibus asseritur, inferni ignes futuros esse perpetuos: vi-  
deamus, an ex veteri testamento id ipsum ostendere va-  
leamus: idq; ad litteram, (nam allegoricus sensus ad fi-  
dei dogmata confirmanda, infirmus est valde.) Vnde nō  
est quòd illum locum depromamus Psalmi. 6. Non est  
in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confite-  
bitur tibi? Et illud Iob, Terram tenebrosam, & oper-  
tam mortis caligine, terram miserix, & tenebrarum, vbi  
vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror  
inhabitat. Et similia. In his enim non de Tartareo dam-  
natorum barathro, sed de sepulchro tantum est sermo.  
Ac proinde cum ferè semper inferni nomen, sepulchrū  
sonet in veteri testamento, difficile est locum inuenire,  
in quo ad litteram penæ Tartareæ perpetuitas designetur.

V Erum nescio vtrum iste locus ad rem faciat, Psalm. VIM  
48. Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Ex locis uet.  
Ecce labores, & vita damnatorum pari passu currunt, & test. proba-  
vtrunq; perpetuo, in æternum, & adhuc in finem. Sed tur perpetui-  
tamen Hebræa aliter habent: Et post pauca: Sicut oues tas inferni.  
(in inferno positi sunt) mors, mors inquit, depascet eos:  
Non enim eradicabit eos, non euellet stirpitem, non con-  
sumet, sed pascet, vt solet ouis herbam pascere, non radi-  
cibus vellere: atq; adeò herba durat, & permanet. Sic pla-  
nè de iecore Titij comminiscabantur Poete, quod per-  
petuò à vulturibus rodebatur, nunquam tamen ab su-



mebatur. Ouidius lib. I. de Ponto.

*Sic inconsumptum Tyti, semperque renascens  
Non perit, ut possit sepe perire, secur.*

Quo rodendi vocabulo forsitan adumbratur ver-  
mis ille etiam perpetuus, qui simul cum igne, perpetuo  
torturus est damnatorum conscientiam, dicente Isai. cap.  
66. sitq; hoc secundum testimonium pro nostra conclu-  
sione literalissimum (nam omnes patres, & ipse sa-  
cer textus Euangelicus de hoc ipso illum intelligunt  
Matthæi. 25.) Vermis eorum non morietur, & ignis  
eorum non extinguetur, & erunt vsque ad fatieta-  
tem visionis omni carni. Nam, ut ibidem dicitur, Egre-  
dientur, scilicet, beati mente, & consideratione, & vide-  
bunt cadauera virorum, idest, damnatorum, qui præua-  
ricati sunt. Cui consonat alter mirabilis, & literalissi-  
mus locus, & fit ordine tertius, Daniel. 12. Multi ex his  
qui dormiunt, resurgent. Multi, idest, omnes phrasi  
scripturæ, ut ibi, Per vnus inobedientiam peccatores  
constituti sunt multi, idest, omnes. Et Lucæ. 7. Remit-  
tuntur ei peccata multa, idest, omnia. Sequitur in Da-  
niel. Alij in vitam æternam, Alij in opprobrium æter-  
num, ut habetur Hebraicè: vel, ut videant semper, ut  
habet Vulgatus: vel, ut videantur semper, nam verbum  
ibi positum, passiuè potest accipi, sicut ibi, Interficiris vn-  
uerli vos, pro interficiemini, tanquam partes inclinatus,  
& maceria depulsa. Sicut autè dicit Isaias, beatos egres-  
suros, ut damnatos videant, sic dicit Daniel, damnatos  
videndos semper, scilicet à beatis, & irridendos, & asper-  
nandos. Et erunt, inquit Isaias, vsq; ad fatietatem visionis  
omni carni. Quæstio Iudith. c. 16. Dabit ignem, & vermẽ,  
(quod mirè consonat Isaiæ) in carnes eorum, ut vran-  
tur,

Isai. 66.

Matt. 25.

Dani. 12.

Rom. 5.

Luc. 7.

Psalm.

Iudith. 16.

**A** tur, & sentiant vsq; in sempiternum. Posuerat ignem, &  
vermem, & vniciq; suum appropriat effectum, ut vran-  
tur, & sentiant: nam ignis vret, & vermis sentire eos fa-  
ciet, & dolere, & vrunq; in sempiternum. Quid clarius?  
Sunt autem hæc loca eò maioris ponderis, quò nullã ha-  
bent aliam literalem intelligentiam, quàm de damnato-  
rum æternitate poenarum. Quauis autem, teste D. Au-  
gustino. q. 31. super Gene. hæc vox, æternum, aut sempi-  
ternum, in scriptura, interdum sumatur pro eo quod est  
longissimæ durationis, temporale tamen, & finibile, ut  
ibi, Gene. 17. Dabo tibi terram Chanaam in possessionem  
**B** æternam, idest, longissimæ durationis, & illud Horatianũ  
in epistola, quod & adducitur ibi ab Augustino:

*Seruiet æternum qui paruo nesciet vti.*

Idest, seruiet multa temporis curricula. Quod latif-  
simè disputat Finus Adrianus lib. 4. flagelli Iudæorum.  
c. 7. ex tribus Hebraicis vocibus, quæ pro longissima tẽ-  
poris duratione significanda, vsurpantur sæpè in scriptu-  
ra, de quo etiam doctissimè scripsit Andreas Masius su-  
per Iosue cap. 24. Sed tamè in quatuor illis locis vox æter-  
nitatis secundum proprietatẽ sermonis Hebraici, & sig-  
nificationem vocis Hebrææ, quæ ibi habetur, non nisi  
æternum, & perpetuò duraturum potest significare. De  
hac tormentorum perpetuitate multa videre licet in D.  
Augustino, lib. 21. de Ciuitate, vbi & ostendit quomodo  
damnatorum corpora, cum naturã sint corruptioni ob-  
noxia, & ignis alioqui summam habeat vim, & potesta-  
tem ad destruendum, & transmutandum quidquid sibi  
fuerit obiectum, non tamen agat in damnatorum cor-  
pora actione corruptiua, sed sint ipsa corpora tam miris,  
& ineffabilibus modis à Deo temperata, & solidata, ut in  
sem-

Genes. 17.

semper ignis in ipsis suæ actiuitatis, & combustionis materiam indefectibilem. Et hanc ipsam horum suppliciorum perpetuitatem, ex Gentilibus etiam quam plurimi quadantenus olfecerunt, luce etiam fidei destituti. Quod Augustinus Eugubini lib. ultimo de perenni Philosophia, à c. 19. vsq; ad finem libri ostendit, productis multis testimonijs Ethnicorum, potissimum verò Platonis, Tullij, Plutarchi, Senecæ, Iamblichij, & ex poetis antiquissimis vetustæ gentilitatis Theologis, Orpheo, Pindaro, Lino, Musæo, Hesiodo, Sophocle, &c. Et hæc nunc de ista propositione.

VII. **S**ecunda propositio: Quod omnes fideles sint ad gloriam prædestinati, quodq; soli infideles sint præsciti, & reprobi, dogma etiam est hæreticum, siue id asseruerit Hieronymus, siue non. Certè doctrina hæc non multum à Lutheranorum recentissima heresi dissidere videtur. Quemadmodum enim isti solam fidem dicunt sufficere ad salutem, contra verò solam infidelitatem esse peccatum, ob quod æterna infertur damnatio: sic illa sententia omnes fideles saluat, solosq; infideles damnat, & reprobat. Et quidem D. Hieronymus eam non tenuit, quod duplici via ostendi potest. Prima quidem, quoniam D. Hieronymo familiare est de mente aliorum sepius loqui, & eorum dogmata suis scriptis inferere: quod & fecit in illius sententiæ assertionem. Et quod Diuus iste id facere solitus sit, patet tum ex multis alijs eius testimonijs: tum verò maximè ex quadam eius Epistola ad Augustinum, quæ incipit. Tres simul epistolas non longè à principio ubi dicit: *Ut simpliciter fatear, legi hæc omnia, & in mente mea plurima coacerbans, accito notario, vel mea, vel aliena dictavi, neq; ordinis, neq; verborum, interdum, neq; sensuum memor. Eue expressissimum testimonio-*

*Defenditur Hieronymum à supra relatæ erroribus.*

**A**stimonium, quo à multis Hieronymum protegere valeamus calumnijs, dicendo plerumq; ex Origenis, & aliorum multorum scriptis quasi farraginem scriptorum compilasse: atq; adeò de mente non propria, sed aliorum sæpè sæpius esse loquentem. Et quanuis id ipse non tam expressè ibi, & alibi sæpè fateretur, constat certè his qui in eius, & aliorum antiquorum scriptis versati sunt, multa passim in Hieronymo offendi, quæ in Origene, & alijs peruerustis authoribus ad verbum reperiuntur. Quod vel maximè videre licet lib. 18. iam relato in Isai. c. 66. ubi longam, quam ibi adducit explanationem, ad verbum in Origene reperiet lector, thom. 2. Origenicorum operum, homil. 9. in diuersos Matthæi locos. Quin præclara sunt quæ ad propositum Syxtus adducit, lib. 4. verbo, Hieronymus Stridon. ubi ait: Solet Hieronymus in colligendis veterum explanationibus sæpenumerò illorum sententias, & interdum quoq; nonnullas aberrantes, & absurdas opiniones referre, suppressis authorum nominibus, & omisis aliquando modestiæ gratia, confutationibus earum opinionum, quod eas alibi plenissimè confutasset. Quo fit, ut dum indiscriminatim permiscet aliena suis, videatur nonnunquam aliorum errores recipere, & ex animi sui sententia pronuntiare.

Secunda via fortius, & certè infragiliter ostenditur D. Hieronymum illi sententiæ non annuisse, sed abnuisse potius: nam ipse in Apologia aduersus Ruffinum, & alias sæpè constantissimè assererat, omnes damnatos etiam fideles, & Christianos perpetuis ignibus excrucianos, & errorem eorum, qui oppositum sentiunt, omnino detestandum. Sed omnium eius locorum optimus, & apertissimus est quem habet, super Ionam. c. 3. ubi longo discursu id ostendit. Primò, quia doctrinam hanc de-

L finien-

finiendis damnatorum supplicijs nunquam scriptura docet. Secundò, quia in euangelio æternus dicitur ignis inferni sæpenumero. Terziò, quoniam doctrina aduersariorum funditus euertit timorem Dei, si omnes improbi sunt, etiam post longas pœnas, tandem aliquando saluandi. Quarto, quia si omnes tandem eandem in gloriam sunt restituendi, & reponendi, nulla iam erit distantia inter Virginem, & prostibulum: inter matrem Domini, & inter victimas libidinum publicarum: idem erit Gabriel, & Diabolus: Apostoli, & Dæmones: idem Propheta, & pseudopropheta: idem Martyres, & persecutores, &c. Quod verò tam expressè de Christianis videtur asserere post ignes tandem eos esse saluandos, intelligit planè post ignes purgatorij temporales, non post æternos inferni. Nec verò oportet meam conclusionem alijs sacre scripturæ locis comprobare, & patrum, & conciliorum Ecclesiæ autoritate firmare, cum luce stellarum clario ra, & earum numero plura testimonia sint, quibus asseritur, non solum fidem, sed opera, sed charitatem ad salutem esse necessaria. Atq; adeò innumeros esse homines in inferno, qui Christiani quidem illi, & fideles fuerunt, quia tamen mortalis peccati nexu implicati decesserunt è viuis, ab æternæ vitæ ingressu perpetuò retardari, & sempiternis inferni ignibus puniendos detineri.

VIII.  
Quòd longè  
plures sint  
prædestina-  
tis reprobis.

**T**ertia propositio: Quantum ex diuinis scripturarum voluminibus, sanctorū patrū scriptis, & quibusdam apparentissimis rationibus licet colligere, longè maior, & incōparabiliter numerosior est hominum reproborum multitudo, quàm electorum. Conferimus in præsentī conclusione homines hominibus, nec solū de Christianis loquimur: nam Christianorum, & verè fidelium maior pars an condemnetur, dicemus propositione sequenti.

**A** quenti. Certè scriptura saluandos solet paucorum nomine significare. Psalm. 16. Domine, à paucis de terra diuide eos. Et hæc est communis intelligentia, vt ibi pauci iustos significant, licet D. Hieronymus, Flaminus, Campen. & alij ex Hebræo aliter vertentes locum illum, longè alium sensum reddant. Porro quod sequitur, De absconditis tuis adimpletus est venter eorum, idest, malorum, exponitur optimè à Flaminio (quod & per parenthesis referre libet) de opibus, auro, & argento, quæ abscondita Dei vocat, quòd Deus ea terræ venis occultauerit, idq; certè magna industria, & data opera. Præuidens enim Deus quantum damni hominibus immineret ex auro, & opibus, ab eorum oculis amouit ea, inque terræ visceribus condidit, & maris, & fluuiorum alueis deposuit, vbi non nisi cum magna difficultate reperiuntur. Veruntamè, vt diuinè cecinit Ouidius. i. Metamor. (Dauidi sacro vati prophanus hac in parte mirè concinens.)

*-Itum est in viscera terræ,*

*Quasq; recondiderat, Stygusq; admouerat vmbri;*  
*Effodiuntur opes irritamenta malorum.*

**C** His ergo absconditis adimplentur mundani, aut adimpleri satagunt, quo maxime à iustis differunt; qui pauci præ mundanis meritò appellantur, vt ibi etiam: De negligentia tua purga te cum paucis, idest, cum bonis. Et ibi. Pauci verò electi, idest, boni. Ecc. 7.

Dicuntur porro eadem ratione in scriptura, lapides pretiosi: Apocal. & vasa aurea. Rom. 6. & argentum, & aurum. Sicut enim per paucæ sunt gemmæ, per pauca vasa aurea, quàm plurima vero vasa fictilia, ferrea, lignea, testacea: Sic longè plures præsciti sunt quàm electi. Huic Rom. 6.

doctrinæ consonat quod lib. 4. Esdr. c. 8. habetur: Hoc sc̄a  
culum fecit Altissimus propter multos, futurum autem  
propter paucos. Et mox: Terra dabit multam terram vn  
de fiet fictile, paruū autem puluerem vnde aurum fit.  
Sic, multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur.  
Ecce vbi quæ proportione terra puluillos auri superat, ea  
reprobi electos excedunt, testante Esdra, cuius in illis li-  
bris secundum canonicos, est multa authoritas. Quæ idē-  
tidem, & alijs similitudinibus vitur D. Pater Augusti-  
nus. lib. 3. contra Cresconium. c. 46. thom. 4.

Esd. 8.

Matth. 7.

Facit ad hoc, tertio loco illud. Matthæ. 7. Arcta est  
via quæ ducit ad vitam: lata quæ ad perditionem. Cuius  
ratio est quam Hesiodus attulit, relatus à Tullio. 4. fami-  
liarium, Epistol. 18.

*Virtutem posuere Dei sudore parandam,  
Arduus est ad eam longusq; per ardua callis, &c.*

Et duas hæc vias identidem Pythagoras per literam  
Y. significabat: quarum quæ ducit ad vitam, arcta est, &  
difficultatibus, & inuolucris implicata. Contrà verò  
quæ ad perditionem, lata, & multorum per eam transeū-  
tium pedibus detrita, aperta, & omnibus peruia.

*Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni, &c.*

*Nam via virtutis dextrum petit ardua callem:*

*Molle ostentat iter. &c.*

Ephes. 1.  
Colos. 1.

Quartò, Appellatio sortis mirè quadrat electorum sa-  
luti, Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum: &  
illud, Sorte vocati istis. Quæ admodū enim sortes paucif-  
simis cadunt, cū tamen inter multas hominum centurias  
mitti soleant, ita per paucis inter multa hominum millia  
fors

A fors prædestinationis contingit. Rursus, fors dicitur, vt  
ostendatur ad sortem prædestinationis nihil referre dig-  
nitatem, aut virtutem naturalem hominis, sed solam  
Dei voluntatem: sicut enim sortes interdum cadunt, &  
contingunt homini pauperculo, m̄ācipio: & no biles, po-  
tentes, sapientesq; sua spe frustrari solent, & exortes eua-  
dere. ita meritorum, dignitatum, virtutumq; huma-  
nū nulla prorsus habetur ratio à Deo optimo Maximo,  
ad aliquæ prædestinandum.

Adde quintò ante tēpora Christi, quando notus in Iu-  
dæa Deus, & in Israel tantū modò notū erat nōmē eius,  
& erat in super in pace, id est, in Hierusalē locus eius, quia  
ibi præsertim colebatur, vt habetur psal. 75. & quando ca-  
minus eius erat in Sion. Isai. 31. Israelitæ tantū, ijsq; nō om-  
nes, sed pauci saluabantur. Et quanuis ex gentibus non-  
nulli iter aliquando salutis offenderent, & salui fierent,  
tamen cum magno eorum qui in toto terrarum orbe mi-  
serè peribant, numero comparati, aut nullus, aut vnus  
erat. Non enim sine causa muribundus Moses exclamās  
dicebat: Beatus es tu Israel, quis similis tui, popule qui sal-  
uaris à Domino? Itaq; eo tempore ante aduentum Chri-  
sti desideratissimum, quis inficiabitur paucitatem electo-  
rum nulla ex parte cum perditorum multitudine posse  
conferri? Ad hæc: Etiam post aduentum Christi per mul-  
tas annorum centurias vsq; ad auorum nostrorum æta-  
tem, quot miserorum hominū millia, in illis vastissimis  
Indiarum regionibus, ab hinc centum annis adiuuentis  
(Prohdolor) condēnabantur? Quot pueri? Quot adulti?  
Quot senes? &c. Verū tantæ, tamq; miseræ perditionis  
consideratio lachrymas excutit etiam lapideis oculis: no-  
stri autem carnei sunt, & ijs quæstionibus dispiciendis, &  
conscribendis per necessarij.

psal. 75.  
Isai. 31.

Deut. 34.

IX. Quod fidelium Christianorum maior pars damnatur.

It ergo quarta propositio: Saluo Ecclesie, & rectius sententium iudicio, dicendum videtur, quod hominum etiam Christianorum, & verè fidelium maior pars damnatur, quàm salua fiat. Et quidem cum in huius probatione conclusionis, firmum aliquod, & constans argumentum producere non possimus, coniecturis nobis agendum est primò, & deinde locis aliquibus siue ex scriptura, siue ex patribus mutuatis. Primò autem insignis coniectura est quod finis iste salutis, & gloriæ valde est improporcionatus, & totam naturæ nostræ facultatem multis post se relinquens interualis, & longè excedens. Adde quod homines ipsi naturâ sunt in malum omne propensi, nã suapte sponte in bonũ sensus inclinantur, quod siue perse, siue per accidens cum bono rationis perpetuò pugnat. Insuper ex peccato originis relictis sumus omnes vulnerati, infirmi, & ad bonum omne satis imbecilles. Ex quibus omnibus sequitur mirandum non esse, quod ex hominibus perrari præ altum illum, & eleuatissimum beatitudinis attingant scopum.

Secundò, Recurramus obsecro ad cœlestia scripturarum oracula, & inde prædestinationis signa peramus: que videlicet sunt, vera cordis humilitas, vera in aduersitatibus patientia, charitas, & misericordia erga egenos, pietas in res diuinas, mundities corporis, & animi, verbi Dei libens auditio, & obseruatio. Hæc ergo signa cum meditati fuerimus, inueniemus sanè aut paucissimos esse prædestinatos, aut indicia illa inania esse prorsus, & fallacia: quorum hoc secundum dici non debet, nam illa aliaq; eius generis prædestinationis vestigia, ad fidelium solatium relicta nobis esse à Deo, dicunt sancti patres. Restat ergo primum esse dicendum, & consequenter minorem fidelium partem saluam fieri, cum minor

pars

A pars sit in quibus signa illa reluceant.

Tertiò concedimus quidem ex veris fidelibus multã partem suscipere in mortis articulo sacramenta, cum cõtritione suorum peccatorum, aut saltem cum attritione, quæ cum sacramento satis est ad salutem: At si omnes totius Christianitatis prouincias mente perambulemus, præsertimq; militum, nautarum, & aliorum eius generis perditissimorum hominum mortes consideremus, inueniemus planè quàm paucos eorum sacramenta in illo mortis cardine suscipere: aut si suscipiunt, cerè in iudicium, & condemnationem, quantum fas est suspicari de perditissima, & profligatissima gente, & ad postremam vitæ metam pœnitentiã prolatante, videatur D. Anto. 3. p. tit. 10. c. 2.

Quartò, adde hominum etiam fidelium maiorem partem, imò & maximam, dum viuunt sani, & incolumes, se citra timorem & scrupulum multis sceleribus, varijsq; peccatorum generibus inuoluere: ita vt paucissimi sint quorum si conscientias equo examine penes, non re perias semper, & pro quolibet temporis articulo, saltem vnus, aut alterius peccati mortalis labe coinquinatos: præterquam vno, aut altero die, cum tempore Paschali ad sacramenta se vtruncq; præparant: idq; in aulis Regijs, in tribunalijs, in mercatorum, & nummulariorũ mensis, in opificum domibus, in plateis vulgò. Quid in hospitum, ac viatorum diuersorijs? in lenonum, & meretricum latibulis? vbi omnes vndiq; velut signo dato ad fas, nefasq; miscendum cohorti sunt. Adi nundinas, militiam, foros iudicum, nautarum, & piscatorum commertia, & ibi puerorum, adolescentium, virorũ, senumq; corruptissimos mores intueere, periurias, inuidias, detractiones, fraudes, cõuicia, rixas, obscœnitates, corrupta desideria, superbiam,

auari-

Corruptissimi nostri sculi mores.

auaritiã, edacitatẽ, vinoletiam, &c. profectò mecum A  
senties, diceſq; Nemo Hercule nemo, aut vnus, & alter  
horum eſt, qui ſalutis ſuæ memor ad Deum aliquando  
reuertatur. Nam eccleſiaſticas curias, & cleri ſtatum to-  
tum, ita ſit, ſaluemus, & ſaluet Deus. Si inquam hæc om-  
nia mente perambulaueris, non poteris non dicere cum  
Dauidẽ vociferandum, *Quis dabit mihi pennas, ſicut  
columbæ? Cuius ratio ſequitur, Quoniam vidi iniquita-  
rem, & contradictionem in ciuitate: Die, ac nocte circum-  
dabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio  
eius, & iniuſtitia: & non defecit de plateis eius uſura, &  
dolus. Die, inquit, ac nocte non defecit de plateis pecca- B  
rum. Quota enim hora plateas adeas, qua non eas repe-  
rias peccatis, & peccantibus refertas? Circũdabit, inquit,  
eam, & ſuper muros eius iniquitas: ducta metaphora ab  
hoſtibus, cum oppida obſident, & occupant, & ſuper mu-  
ros vexilla in victoriæ ſignum erigunt. Super muros, in-  
quit, eius iniquitas, quaſi populi victrix, &c. Et labor in  
medio eius, & iniuſtitia. In medio inquit, quod Hebrai-  
ca Phraſi, plenitudinem ſignificat. Hanc peccantium ef-  
frenatam licentiam Ouidius. i. Metamorphoſeos ſic deſ-  
cribit.*

*Protinũs irrupit vena peioris in auum  
Omne nefas, fugere pudor, verumq; fideſq;  
In quorum ſubiẽre locum fraudeſque, dolique,  
Inſidieque, & vis, & amor ſcleratus habedi.*

Et Seneca, Epistol. 98. Ad deteriora faciles ſumus, quia  
neq; dux poteſt nec comes deſſe, & res etiam ipſa ſine  
comite, ſine duce procedit, non prouum iter eſt tantũ  
ad vitia, ſed præcepta. Et lib. 2. de ira. cap. 7. 8. & 9. Si irasci  
ſapiens

A ſapiens debet factis turpibus, & contriſtari ob ſcelera, ni-  
hil eſt ærumnoſius ſapiente: omnis illi per iracundiam,  
meroremq; vita tranſibit. Quod enim momentum erit,  
quo non improbanda videat? Quoties proceſſerit domo  
per ſcleratos illi auaroſq;, & prodigos, & impudentes  
incedendum erit. Nuſquam oculi eius ſteſcentur, vt nõ  
quod indignentur inueniãt, &c. Si ergo tam ſe in omne  
vitium omnes ferè homines, etiam illi qui Chriſti bap-  
tiſmo ſuſcepto, fidem habent veram, præcipites dedunt,  
quare credendum eſt tam facilẽ in mortis articulo Deũ  
eorum miſereri, & abundantiffima, & efficaciffima eis  
B auxilia conferre vt ſaluentur: cum ipſi quandiũ vixerũt,  
immemores Dei fuerint? Videatur Auguſtinus lib. de  
vera penitent.

Quintò, Accedit quòd huius tam magnæ, & excellen-  
tis Dei miſericordiæ pauciſſima nobis exempla propo-  
nuntur, hominum, qui in vita peccatores, & in morte iu-  
ſti effecti ſunt, nempe vnus latronis, vnus Magdalenz,  
vnus Zachæi, vnus Matthæi, vt nimirum ſanctus Spiri-  
tus in ſcripturis ſuis nos edoceat, omnibus quidem quan-  
tunus peccatoribus Deum auxilia ad ſalutem non de-  
negare, omnibuſq; ad gloriam patere aditum, paucos ta-  
men eorum, qui vitam perditẽ tranſegerũt, in hora mor-  
tis Dei miſericordiam conſequi.

HIS adijce ſcripturæ loca, Eccleſ. i. ſtultorum infini- X.  
tuſeſt numerus. Pſalm. 14. Non eſt qui faciat bonũ, *Locis ſcrip-  
non eſt uſq; ad vnum. Omnes declinauerunt, ſiue effe-  
tuerunt, vt habent Hebræa, ſimul inuſiles facti ſunt. Et  
rurſus (quaſi intercalari verſu interiecto.) Non eſt qui fa-  
ciat bonum, &c. Rurſus toto Pſalm. 11. hæc bonorum ra-  
ritas à Dauidẽ deploratur. Saluum me fac Deus, quoniã  
defecit ſanctus, quoniam diminutz ſunt veritates à filiis*

M homi-

*ture proba-  
tur concl. 4.  
Pſalm. 14.  
Pſal. 11.*

hominum. Veritates, phrasi Hebraica, omnes virtutes: sicut mendacia, omnia vitia significant. Et ultimo tandē, ipsoq; mirabili versu, In circuitu impij ambulant, id est, omnia impijs plena sunt: quoquo te vertas, circumdatum te impijs videas necessum est, circumquaq; licenter vagantibus. Vel sic (& ad nostrum etiam facit propositum) Cum virtus in medio centro sita sit, impij per circuitum obambulant, id est, per circumferentiam circuli. Sicut vero scopus, vel centrum difficilē attingitur, facilē verò erratur ab illo: est enim multiplex latitudo circuitus, simplex verò, & indiuisibile centrum: ita paucissimi virtutis scopum, & beatitudinis centrum actionibus suis rectis & ascendens asssequuntur, plurimi autem ab eis desciscunt.

Mich. 7.

Et Miche. 7. bonorum paucitas pulchro schemate depingitur, Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumnum racemos vindemiæ, & non est botrus ad comedendum. Consonat locus iste ei qui habetur apud Isai. Quomodo si pauca oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cū finita fuerit vindemia, &c. Quibus locis bonorum raritas, & inopia cum raris illis racemulis, cumq; oliuis, etiam raris, post plenam integramq; vindemiam vsui pauperum derelictis, comparatur. Contra verò iniquorum copia cum plenissima illa vuarum & oliuarum segete, quæ ad vinum, & oleum conficiendum, & exprimendum, & ad vsus etiam comedendi tempore vindemiæ, à proprijs dominis colligi solet, aptissimè comparatur.

Isai. 24.

Adde ex innumera filiorum Israel multitudine ex Ægyptiorum finibus profecta, & in terram promissam contendente, duos tantum ad illam peruenisse ex sex-

cen-

centis inquam hominum millibus, intellige ad arma capeffenda iam aptis: nam puerorum senum quoque, foeminarumque numerus recitetur: & horum non dubium quin permulti ad promissionis terram deuerint. Sicut ergo ex sexcentis millibus virorum armatis, ijsque fidelibus duo tantum assequuti sunt terram illam, ita perari sunt qui etiam ex fidelibus ad patriam perueniunt, comparatione eorum qui ab illa exules in deserto Tartarei vasta solitudine permanent. Tractatur ab Augustino sermone. 102. de tempore. Sed & illud Pauli huc spectat: Omnes quidem currunt, sed vnus

1. Corin. 6.

accipit brauium, ex currentibus inquam per veram fidem, quam qui non habent, non currentes, sed stantes, imò retrorsum euntes dici possunt.

SE D exquiramus causas huius bonorum inopiæ, & prauorum copiarum: nam naturales esse nobis virtutes, dicit Damascenus libro. 3. fid. orthod. capitul. 14. & Glossa, Matthæi. 4. in illa verba, circuibat Iesus. Quamobrem Diuus Thom. 1. 2. quæstione. 71. articul. 2. docet, vitia esse contra naturam hominis. Porro quæ secundum naturam sunt, in pluribus reperiuntur: quæ verò contra naturam, in paucioribus. Quod

XI.

Arguitur cō  
tra prædicta

prius dixerat. 1. parte, quæstione. 23. articulo. 7. in. 3. argum. & sanè in cæteris naturis malum reperitur in paucioribus, cur non sic in humana? Secundò, in scriptura copiosissimus sanctorum numerus passim exprimitur, Matthæi. 8. multi ab Oriente, & Occidente venient, &c. Et Apocalypsis. 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. Et, Redemisti nos Deus ex omni tribu, & lingua, & populo. Et Apocalyp. 14. Diabolus cauda traxit secum tertiam partem

Matth. 8.  
Apc. 7.

Apc. 14.

M 2 stella-

stellarum, id est, Angelorum: reliquæ verò duæ salutæ factæ sunt. Si ergo angelorum plures electi sunt, cur non idem de hominibus dicemus.

*Prima causa  
ob quã tam  
pauci saluan-  
tur.*

Ad horum primum optima est S. Thom. responsio, in illa. q. 23. 1. p. ar. 7. vbi dicit, finem hunc beatitudinis super naturalis non esse naturæ nostræ proportionatum, sed excellens eam, & ideò in paucioribus reperiri. Quod si esset naturæ proportionatum, in pluribus reperiretur. Ad-

*Secunda.*

dit S. Thom. secundam causam, nempe naturam nostrã esse gratia Dei destitutam per corruptionem peccati originalis, ac proinde pauci sunt qui ad virtutis cacumina conscendunt. Præterea, bona hæc sensibilia sunt magis

*Tertia.*

nora nobis, atq; adeò vehementius nos mouent, alliciunt, imo trahunt, ne dicam rapiunt, atq; præcipitant. Præsertim cum sensitiuæ simus naturæ, nihilq; ad intellectum deduci valeat nisi medijs sensibus. Retardamur ergo à sensibus, quorum est nobis familiarissimus vsus: bona autem sensus cum bono rationis plerunq; pugnant, siue suapte natura, siue per accidens. Et ideò bono rationis rariùs ducimur, bono autem sensibili frequētissimè. Quarto, bona hæc sensibilia secum afferunt suum præmium, videlicet voluptatem, & delicias: at verò bona honesta, & rationis in longa futura tempora mercedem pollicentur. Quæ erat ratio perditorum illorum apud Ezechielem. c. 12. Visio quam hic videt, in dies multos, & in longa tempora iste prophetat. Et Isai. 28. expecta, reexpecta, mada remanda, modicum ibi, &c. & 2. Petri. 3. Vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. Et præ alijs insignis est sensus, quem secundum Galatinum, lib. 4. c. 2. facit ille locus Deuteronomij. 5. Ego sum dominus, faciens misericordiam in multa millia diligentibus

*Ezech. 12.  
Isai. 28.  
2. Petr. 3.*

*Deut. 5.*

me.

A me. Id est, facio diligentibus me misericordiam post multa temporum, & annorum millia, Et hanc esse traditionem Hebræorum dicit Galatin. Quinto, deinde ratio Lactantij Firmiani ad idem est lib. 1. diuinarum institutionum. cap. 1. dicentis sic: Quia virtutibus amaritudo permixta est, vitia verò voluptate condita sunt, illa offensi, hac verò deliniti feruntur in præceps, ac bonorum specie falsi, mala pro bonis amplectuntur. Fallit enim vitium virtutis specie, vt ille dixit. Sexto, & est ratio Aristotelis, Voluptas carnis, & rerum sensibilibum vsus, & (quod miserabilis est) necessitas nobiscum alitur, nobiscum incipit, pro-

*Quinta.*

ficit, adolescit, senescit: non sic rationis opera, & vsus iudicij. Cum enim ratio, quasi à longo excitata somno, septimo, aut octauo ætatis anno expergiscitur, oculos aperit, caliginem excutit, & sui ipsius dominium vsuque exercere incipit, iam multis pars sensitiua præcurrit spatij, & temporibus. Iam homo assuefactus est bonis sensibus, quibus ab infantia solis affectus, & quibus cum conuersatus est. Atq; adeò non ita facile exturbatur, & deponitur sensilis iste affectus, vt ad rationis classem. trãfire possit homo. Vnde Aristo. 2. Ethic. c. 3. hunc in modum loquitur: Voluptas communis est animalibus, & omnia

*Sexta.*

quæ in expeditione cadunt, comitatur: quippe cum & honestum, & vtile videatur esse iocundum. Præterea, cunctis vnã cum hominibus ab ipsis incunabulis voluptas est enutrita: qua propter arduum est hunc affectum inferum vitæ extrudere. Hæc Arist. Septimo hostes infestissimi, callidissimi, atq; fortissimi quibuscum incessantem, neq; inducijs qui escentem pugnam, & bellum gerimus, teste Paulo, ad Ephes. 6. Non est nobis colluctatio, &c. Sed aduersus principes, & potestates, &c. Et illud, Aduersarius vester Diabolus tanquam leo pugiens, circuit.

*Septimo.  
Ephes. 6.  
1. Petr.*

M 3

&c. Hi



&c. Hi hostes nobiscum colluctantes indefinēter, faciūt A nos frequentissimè miserabiliter, & interdum irreparabiliter ruere. Quæ omnia qui expenderit non mirabitur tam multarum hominum ruinarum, sed harum mirari desinens, mirabitur planè quòd tam multi sint, qui his omnibus difficultatibus superatis, & obicibus gloriose ruptis, excellentissimum illum beatitudinis finem assequantur: idq; Dei misericordiae tribuendum, pariter & potentiae catholicè confitebitur.

Ad aliud admittimus lubentissimè multos, & quam plurimos, & ferè innumerabiles esse qui salui fiunt, at si cum numero eorum qui damnantur, conferantur, rari sunt. B Quin quod in argumento adducitur, Redemisti nos ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Et, Vidi turbam magnam ex omnibus gentibus, &c. Explicatur à Sanct. Thom. quàm optimè ibi, vt scilicet, illa præpositio, ex, cum dicitur, Ex omni tribu lingua, populo & natione: delectum quendam, & segregationem paucorum denotet ex multis. Non enim dicit, redemisse Christum omnem tribum, linguam, populum (intellige quantum ad efficaciam) sed ex omni tribu, lingua, populo, & natione aliquos quosdam ex Iudæis, quosdam ex Gentilibus: quosdam C ex Latinis, quosdam ex Græcis: quosdam ex masculis, quosdam ex foeminis: quosdam tandem ex Africa quosdam ex Asia, quosdam ex Europa: Insinuat planè multitudinem reproborum comparatione eorum qui seliguntur à Deo, esse innumerabilem. Quod verò Angelorum plures prædestinati sint quàm reprobat, admittimus, at de hominibus longè alia videtur esse ratio, propter difficultates, quæ sese illis obijciunt superandæ: quæ tamen ab eorum paucioribus superantur, vt in solutione præcedentis

A dentis argumenti videre licet. Quæ est doctrina luculenter à S. Tho. considerata. 1. p. q. 63. ar. 9. ad. 1. & 1. 2. q. 71. ar. 2. ad tertium.

Quod si quemquã moueat quòd Matth. c. 22. cum intraret Rex vt videret discumbētes, non inuenit nisi vnū tantum qui sordida esset veste indutus. Respondetur cum Hieron. ibidem, nomine vnus intelligi in illo loco totam impiorum hominum congregationem, qui in vnum coniuncti, quasi spinæ se inuicem complectuntur vt habet propheta. &c. Matth. 22.  
Nau. 1.

XII.  
Authores  
utriusque  
sententia  
per  
consentur.

B Iam videamus qui sint, quotque authores qui nostram tenent sententiam, qui verò oppositam Diuus Damascen. contra nos esse videtur: nam in sermone citato de defunctis, omnes ferè fideles saluos dicit. Tenent idem authores neoterici non ignobiles: Syluester in Rosa aurea tractat. 2. super Euangel. Domin. in Septuages. in quæst. quadam ad calcem posita, vbi in hunc modum quærit: Vtrum Christiani eligendi ad gloriam sint pauciores damnandis ad penam. Et respondet sic: Probabiliter dici potest quòd maior pars Christianorum habentium fidem rectam, & viuientium in obedientia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, saluantur. Rationes verò quæ ab ipso producuntur, iam à me supra commemoratæ sunt. Hoc idem tenet Franciscus de Christo, in. 1. sentent. distinctione. 40, & 41. quæstione vltim. de reprobatio. conclus. 3. Cuius ratio etiam adducta à me, & confutata est in probatione tertiæ, & quartæ conclusionis. Et nouissimè hoc ipsum tradit Franciscus de Carthagenâ, in suis de prædeitinatione discursibus, & quidam alij.

Nostram verò conclusionem, atq; sententiam tenent imprimis Sancti patres: D. Gregor. homil. 19. super euang.

euangelia, vbi ait: Ad fidem multi veniunt, sed ad cœleste regnum pauci perducuntur. Ecce vbi de fidelibus loquens, docet paucos eorum salutem assequi D. Chrysostom. homil. 65. super Matth. ad idem accommodat illum locum Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed accuratissimè, & expressissimè hom. 40. ad populum Antioche. cum populo fideli loquens, Quot, inquit, putatis esse in hac ciuitate nostra, qui salui fiant? (infestū est quod dicturus sum, dicam tamen.) Non possunt inueniri in tot millibus centum qui saluentur, quin & de his dubito. Quanta enim in iuuenibus malitia? quantus in senibus torpor? &c. D. August. hoc habet expressè in illo libro. 3. contra Cresconium. vbi comparat malos Christianos paleis, & bonos frumentis dicens: Longè plures esse malos Christianos quàm bonos sicut plures sunt paleæ quàm grana frumenti. Ad idem est. capit. 66. Præterea Caiet. super illud Matth. Quinq; autem ex eis erāt fatuæ, &c. ait, ex ipsismet Christianis, qui apparent boni, & habent aliqualem curam salutis medietas perditur. Et hætenus de mea sententia, quam sub sanctæ Ecclesiæ, & sapientium correctione tulerim.

QV AE C

A  QV AE S T I O

SECUNDA SCHOLA-

fica, de Contritione.

VTRVM VLTIMA DISPOSITIONE ad gratiam sit meritoria gratiæ, aut gloriæ, aut vtriusque augmenti.

B



OMINE vltimæ dispositionis in præsentī disputatione contritionem intelligo, aut actum delectationis. Deī super omnia, quo vltimo ad susceptionē gratiæ, & ad iustificatiōnē preparamur. Ex alijs porro Theologiæ materijs iā natura cōtritionis, & dilectionis Dei

cognita supponitur. Idcirco in præsentī id solū in quæstione vertimus, An per actū illū, quo vltimò ad gratiā disponimur, promereamur primam gloriā, an verò augmentum gratiæ, simul & gloriæ. Nam quòd primam gratiam non mereamur, quòd q; gloriā nostris mereamur operibus ex condigno, quoniam fides catholica docet, & cū hereticis modo manus conferere non est animus, nō est à me hodierna disputatione tractandum.

I.  
EST opinio quæ primo nobis sese offert loco, quæ affirmat vltimam dispositionem ad gratiam non esse meritoriam primæ gloriæ, atq; ad eò nullius gloriæ. Hæc sententiā asseritur ab Andrea Vega, huius Academiæ Magistro,

Prima opinio quòd prima gloria nō cadat sub merito.

giltro, & in Franciscanorum cœnobio Theologiæ profes-  
fore, opusc. de iustifi. q. 6. in solut. ad. 9. arg. quâque Mag.  
Cano, relect. de pœnit. p. 1. circa finem quæstionis. §. Ad  
secundam verò dicit, tenuisse se dum erat iuuenis. Et pro  
qua est Gabriel. 4. d. 14. q. 1. ar. 2. circa finem dicens: In in-  
stanti infusionis gratiæ nullum actum hominis esse me-  
ritorium de condigno: nam licet tunc temporis sint ali-  
qui actus boni, & gratia informati, quia tamen non eli-  
ciuntur à gratia, ideò non sunt meritorij. Idem habet  
Cosmas Philarchus tractatu de prædeterminatione. c. 12.  
Idem Ruardus Taper, Decanus Louanien. art. 9. diffini-  
tionum Louanien. Academiæ, vbi speciatim de his qui  
in vltimo vitæ suæ termino pœnitent (& adducit pro  
exemplo bonum latronem) docet non habere gloriam  
ex meritis: ac proinde illam contritionem, vel dispositio-  
nem, qua se ad gratiam disponunt non fuisse meritoriam  
primæ gloriæ. Consentit Vega, ex dictis duo deducens:  
primum est, contingere, quòd adultus aliquis in gloria  
existens, habeat ipsam gloriam sine proprio merito, & si-  
ne sacramento, sed gratis collatam cum prima gratia. Se-  
cundum, neminem sanctorum habere totam suam bea-  
titudinem ex proprijs meritis: nam eam beatitudinis  
partem, quæ primæ gratiæ correspondet, sine meritis C

Argumenta  
huius sent.

Probatur primò hæc sententia: Illa contritio, seu dispo-  
sicio vltima non procedit à gratia, aut charitate, sed an-  
tecedit eam, non ergo est meritoria. Consequutio argu-  
menti certior est, quàm vt probatione iudicetur: constat  
enim apud omnes nullum opus alicuius esse valoris, &  
meriti apud Deum, nisi à Dei gratia, & charitate pro-  
fectum, in Deum ipsum, finem super naturalem, specia-  
li relatione ordinetur, vt habet Durand. in. 2. dist. 40.  
quæst. 2.

- A quæst. 2. Scotus. dist. 41. quæst. 1. & omnes cum S. Thom.  
1. 2. q. 114. artic. 4. in corpore & ad. 3. vbi ait, Quòd nullus  
meretur apud Deum, nisi ex charitate operetur: neque  
ipsi actus habent vnde sint meritorij, nisi per hoc quod  
eliciuntur, vel imperantur à charitate. Fauet Concil.  
Trident. Sessi. 6. cap. 16. & can. 32. explicante Vega super  
Concili. & multis alijs. Antecedens verò non vnico,  
sed multiplici argumento probandum est à nobis infe-  
rius. Interim à doctoribus præallegatis breuem hanc pro-  
bationem mutuemur, quia per illam dispositionem, ad  
gratiam recipiendam præparamur: illa ergo dispositio  
B gratiam antecedit. Quòd si quis responderit, illam con-  
tritionem, licet non eliciatur à gratia, informati tamen  
gratia, idque sufficere vt sit meritoria, quod videtur di-  
cere Caietan. 1. 2. quæst. 21. artic. 3. & Sotus. 3. de natura &  
gratia. cap. 4. & ipse Sanct. Thom. in illa quæst. 21. articu-  
4. ad vltimum. vbi ait, omnem actum bonum esse me-  
ritorium apud Deum, si non sit peccati impedimentum:  
Quod ibi ad hoc propositum explicat Caietan. Contra  
objicitur, & confirmatur argu. quia iam sequeretur,  
etiam attritionem, quæ durat vsque ad instans, in quo  
per sacramentum infunditur gratia, esse meritoriam:  
C quandoquidem iam informatur gratia. Quod si con-  
cesseris, pergo objicere, & confirmo secundò. Etiam  
actiones bonæ naturales, & quotquot ex viribus na-  
turæ fiunt ab homine iusto, erunt etiam meritoria,  
quia omnes informantur gratia, idest, eliciuntur ab  
homine grato. Vt enim actus dicatur formatus gra-  
tia, fat est quòd illi gratia coassistat, non requiritur vt  
eliciat, vt rectè Sanct. Bonauent. 4. dist. 17. artic. 6.  
quem refert, & sequitur Gab. supra, hoc est, fat est vt ho-  
mo sit in gratia.

Secundò arguitur: Illa dispositio non est meritoria primæ gratiæ, ergo neq; primæ gloriæ. Antecedens fide catholica tenendum est, & idèd ratione à me probandù modò non est. Consequentia verò probatur, quia eò ipso quòd quis intelligitur habens primam gratiam, est acceptus ad primam gloriam: imò ipsa gratia, vel formaliter, vel causaliter nos acceptos ad gloriam facit. Confirmatur primo, quia testante Paulo ad Galat. 4. Omnis filius Dei est hæres beatitudinis, Quòd si filius, inquit, & hæres, per Deum. Vbi præpositio, per, iuxta aliquos vim habet iuramenti. Iurat ergo Paulus, per Deum, eò ipso quòd quis est filius, esse hæredem. Quo ergo titulo, & ratione nobis à Deo confertur hæc filiatio, eodem sanè confertur hæreditas: cum ex lege Dei inseparabiliter sint cò iunctæ, & indiuiduæ comites sint. Atq; adeò qui non meretur filiationem, id est, gratiam, qua efficimur filij, similiter hæreditatem, id est, ius ad gloriam non promerebitur: aut, si gloriam promeretur, etiam gratiam promeretur necessum est. Et Rom. 6. gratia Dei, hac ratione dicitur esse vita æterno. Et psalm. 102. Qui coronat te in misericordia, & in miserationibus. Confir. 2. quia licèt in quantum dispositio est noster actus, præcedat gratiam, at in quantum meritorius est informatur gratia, & idèd in genere causæ formalis eam præsupponit. Ex quo sic conficitur argumentum: Illi merito præintelligitur gratia, ergo & præintelligitur ius ad primam gloriam, ergo illo merito non meremur ius illud, quandoquidem nullus meretur id quod in seipso iam præhabet. Sed contendet sciolus aliquis hoc vnum effugium adinuenire quò ab huius argumenti se expediat angustijs, & dicet, non esse inconueniens quòd duplici titulo homo ius illud ad gloriam habeat, nam & Christo multiplici titulo multa colata

Gal. 4.  
Rom. 8.

Rom. 6.  
Psalm. 102.

- A** lata sunt. Tertiò, contra hoc assertum arguitur: quia sanè q̄ duplici titulo aliquid alicui cõferatur, per se loquẽdo nõ repugnat. At si tituli inter sese sint pugnãtes & mutuò se impediãt, iã fieri nequit vt in vno, & eodẽ opere coniungantur: sed titulus ex gratia maximè pugnat cum titulo ex iustitia, imò se inuicem destruunt: Nam si quis ex iustitia aliquod præmium promeruit, omninò repugnat, quòd gratis ei conferatur: & viceuersa, si gratis aliquid mihi collatum est, quì fieri potest, vt illud ex debito iustitiæ etiam, in meorum laborum mercedem conferatur? Cum ergo ex gratia, & misericordia Dei colatum sit vniciq; iusto ius ad primam gloriam, eò ipso quòd confertur ei prima gratia; nam gratia dat ius ad gloriam, Quòd si filij, & hæredes: certè non apparet quomodo per illam contritionem homo ex iustitia ius illud ad primam gloriam mereatur. Confirmatur: Si Rex ex amicitia, & beneuolentia mihi conferret officium, aut beneficium gratis, deinde verò in præmium alicuius ingentis obsequij, quod ei ego impendissem, idem officium, aut munus mihi contulisset, rem sanè fecisset satis indignam cum se, tùm verò me. Se quidem, quia datum videretur reuocare, si eo munere, quod semel mihi liberaliter dederat, denuò meos labores in eius gratiam impensos repperdit. Me verò, quoniam iniuria inferret mihi, si quod alio titulo meum erat, in operis mercedem denuò tribuat.
- B** latum sit vniciq; iusto ius ad primam gloriam, eò ipso quòd confertur ei prima gratia; nam gratia dat ius ad gloriam, Quòd si filij, & hæredes: certè non apparet quomodo per illam contritionem homo ex iustitia ius illud ad primam gloriam mereatur. Confirmatur: Si Rex ex amicitia, & beneuolentia mihi conferret officium, aut beneficium gratis, deinde verò in præmium alicuius ingentis obsequij, quod ei ego impendissem, idem officium, aut munus mihi contulisset, rem sanè fecisset satis indignam cum se, tùm verò me. Se quidem, quia datum videretur reuocare, si eo munere, quod semel mihi liberaliter dederat, denuò meos labores in eius gratiam impensos repperdit. Me verò, quoniam iniuria inferret mihi, si quod alio titulo meum erat, in operis mercedem denuò tribuat.
- C** Quartò, ad idem efficacius: Idcirco Theologi asserunt, Christum Dominum, sicut vnionem ipsam hypostaticam mereri non potuit, ita nec gratiam, & gloriam animæ mereri potuisse: quoniam hæ sequebatur ex vnione illa, & naturali quodam fluxu manabant: Sed ita intrinsecè ad primam gratiam consequitur ius ad primam gloriam,

Rom. 8.

gloriam, sicut gratia, & gloria ad vnionem, ergo sicut A  
Christus non meruit gratiam, & gloriam, ita neque nos  
ius ad primam gloriam. Quòd si opposueris ius ad glo-  
riam non sequi ex gratia, ex ipsa natura gratiæ, sed ex ac-  
ceptione, & ordinatione Dei: atq; adeò bene stat quòd  
quis primam habeat gratiam, & nondum sit acceptus ad  
gloriam, donec eliciat actum contritionis, aut dilectionis  
Dei. Contra obijcio, quia similiter in anima Christi do-  
mini non ex ipsa natura rei, sed ex Dei pacto, & ordinatio-  
ne sequuntur sunt ex vnione ad verbum gratia, & gloria: si  
quidem optimè poterant nō sequi, ergo sicut ex eo Chri-  
stus non meruit gratiam, & gloriam, quia sequebantur B  
ex vnione illa hypostatica, ita iusti non merentur primam  
gloriam, quia sequitur inseparabiliter ex illa gratia, quam  
non promerentur. Quòd si adhuc dixeris, ideò non me-  
ruisse Christum gratiam, & gloriam, quia à primo instan-  
ti vnionis hypostaticæ eas habebat: quæ videtur esse ra-  
tio S. Thom. 3. p. quæst. 19. artic. 3. dicentis: cum meritum  
non sit nisi eius quod nondum habetur, oporteret quòd  
Christus aliquando caruisset gratia & gloria, si eas pro-  
meruisset. In nostro autem casu nondum habet quis glo-  
riam, quantumuis habeat gratiam: & sic potest eam pro-  
mereri: nam hac etiam ratione Christus meruit glo-  
riam corporis, quia quando eam meruit, non habebat  
eam.

Contra quintò arguitur. Non repugnat quòd quis me-  
reatur id quod iam habet, vt liquidò constat in homine  
iusto eliciente actum charitatis intensiorem habitu: tūc  
enim, nemine Theologorum dissentiente, in ipso instan-  
ti quo elicit meritum, habet præmium: nam augetur sta-  
tum ille habitus propter meritum actus illius intensi, er-  
go quòd Christus Dominus non meruerit gratiam, &  
glo-

A gloriam, non inde prouenit quòd in illo instanti iam  
eas habebat, sed certè quia sibi alio titulo debebantur,  
& sequebantur ex vi vnionis hypostaticæ. Cum ergo  
iam gloria similiter debeat homini habenti iam gra-  
tiam, licet nihil operanti, & naturali sequela à prima gra-  
tia deriuetur, non apparet quomodo vir iustus eam pos-  
sit promereri.

A Ltera sententia docet illam vltimam dispositionem  
non quidem mereri primam gloriam, propter argu-  
menta facta, sed mereri augmentum gratiæ, & similiter  
augmentum gratiæ. Probat, primo quidem quia si in  
B puncto iustificationis homo eliciat actum misericordiæ,  
aut charitatis simul cum contritione (quod est valde  
possibile) per illos actus merebitur augmentum gratiæ,  
& gloriæ: dici enim non potest quòd actus illi merito-  
rij non sint, cum sint boni, & super naturales, & ab ami-  
co Dei exerciti: primam autem gratiam promereri non  
possunt, vt patet: sed neque primam gloriam, quia tota  
prima gloria est præmium adequatum contritionis: Re-  
stat ergo vt augmentum gratiæ, & gloriæ promereatur,  
ergo & illa contritio, vel vltima dispositio augmentum  
gratiæ, & gloriæ promerebitur. Non enim videtur esse  
C potior ratio de actibus misericordiæ, vel charitatis quàm  
de actu contritionis. Secundò, quia quanquam con-  
tritio illa, qua ratione antecedit gratiam, sit dispositio ad  
illam, & iuxta hanc rationem gratia ei commensure-  
tur: cæterum secundum quòd in eodem instanti confi-  
deratur vt procedens à gratia, & informatur illa, non  
videtur esse inconueniens, vt mereatur augmentum  
eiusdem gratiæ, vt scilicet, gratia, quæ danda erat vt  
quatuor propter contritionem quæ, vt erat dispositio,  
erat vt quatuor, nunc augetur vsque ad octo propter  
vum

II.

2. Opinio q  
ultima dispo  
sicio mereat  
tur augmen  
tum gratiæ.  
& gloriæ.

vim, & meritum eiusdem contritionis, quæ vt informatur gratia, & procedit à gratia promerita est alios quatuor gradus gratiæ. Neque verò est inconueniens quòd eadem gratia simul augeatur, & producat, vt iam ostendimus.

## III.

Vera sententia quòd vltima dispositio ad gratiã meretur primã gloriã.

1. Conclusio. Probatur primo.

**T**ertia tamen sententia, quæ sola à nobis amplectenda est, asseritur communiter à Theologis, videlicet à S. Thom. 1. 2. quæst. 112. art. 2. ad. 1. & q. 113. art. ad. 3. Caieta. ibidem, Soto in. 4. d. 14. q. 2. ar. 6. & lib. 2. de natura & gratia. c. 18. in fine, & lib. 3. c. 9. initio. & super Epist. ad Rom. c. 2. Cano, Relectione de pœnit. p. 1. circa finem, Francisco de Christo. in. 3. d. 26. de spe. q. 4. Docet ergo hæc sententia contritionem, quæ est vltima dispositio ad gratiã, esse meritoriam de condigno primæ gloriæ: & hæc sit prima meæ quæstionis propositio. Quæ hunc in modum probatur primò, ex sacro Concilio Trident. Sessio. 6. can. 32. vbi hæc definitio habetur: Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt nò sint etiam bona ipsius iustificati merita: aut ipsum iustificatum bonis operibus non verè mereri vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ consequutionem, atq; etiam gloriæ augmentum, anathema sit. Ecce vbi sacrum concilium distinguit vitam æternam ab eius augmento, & vtrunq; nos mereri dicit, videlicet, gloriã & augmentum gloriæ, hoc est, primam gloriã, & eius augmentum. Cum verò alius actus non sit per quem primam gloriã promereri possimus, nisi ille per quem nos ad gratiã disponimus (nã cæteri omnes actus post instans iustificationis eliciti, augmentum gratiæ, & gloriæ promerentur) videtur sanè multum consonare sacro Concilio, quòd ille actus contritionis, primæ gloriæ sit meritorius. Hoc ipsum confirmatur, quia consultò Concilium eodem canone asserens,

pro-

**A** promereri nos per bona opera augmentum gratiæ, cauit dicere mereri nos gratiã: quia sanè si diceret mereri nos gratiã, & augmentum gratiæ, dictum putarem, primam gratiã cadere sub merito. Cum ergo eodem verborum tenore diffinierit, nos vitam æternam, & eius augmentum promereri, diffinitum existimare debemus quòd prima gloria, seu prima vita æterna cadit sub nostro merito. Ac proinde sub merito primæ contritionis, vt probatum est. Non hinc in dubium vocamus quòd Lutherani negant, scilicet, an gloria cadat sub nostro merito, sed an cadat sub merito illius primi nostri actus, illa prima gloria, nam de primo satis contra Lutheranos disputatur à Vega, Castro, Soto, Decano, Roffensi, &c.

Secundò rationibus agendum est: & prima sit quam Vega sibi opposuit, loco superius commemorato, quia scilicet, illi actui dispositionis vltimæ nihil prorsus deesse videtur vt sit meritorius: est enim actus bonus, ab homine iusto elicitus: estq; propter Deum, vel est ipsa formalis delectio Dei: elicitur insuper à principio supernaturali, id est, ab habituali gratia, vel actuali, scilicet à Dei speciali auxilio, & ab Spiritus sancti motione, & impulsu speciali, à quo & refertur in supernaturalem finem. **Q**uid ergo in illo instanti desideratur in illo actu, ad hoc vt rationem habeat meriti: atq; adè vt primam gloriã mereatur? Dices, non elicitur à gratia habituali: Verum ad hoc facillè responderetur, non esse requisitum vt ab habitu gratiæ proficiatur, sed sufficit ab auxilio, vt multis tractabimus in solutione. 1. argu.

Tertiò pro conclusione arguitur argumento, quo vtitur Cano: Fingamus hominem post primam illam contritionem è vita discedere, vt ferè contigit bono latroni, & inquiramus ab aduersarijs, si illi dabitur gloria? sed

Rationibus probatur nostra conclusio.

quoniam dari minimè negabunt, pergamus inquire-  
re, An illam gloriam talis homo meruerit? Si meruit, ha-  
bemus intentum, scilicet, quod prima contritio sit meri-  
toria primæ gloriæ. Si verò non meruit, vt Decanus art.  
9. suprâ, & ferè Vega aiunt, iam sequitur quòd adulto da-  
tur gloria absq; proprijs meritis, extra sacramentum, re-  
clamante Paulo. Vnusquisq; propriam mercedem acci-  
piet secundùm suum laborem. Et Psal. Tu reddes vni-  
cuiq; iuxta opera sua: & Matth. Redde operarijs merce-  
dem suam. &c.

i. Corin. 4.  
Psal.  
Matt. 20.

**Obiectio.**

Sed obijcis, Qui iustificantur virtute sacramen-  
ti, contingit habere gloriam sine proprio merito, ergo pa-  
riter nõ est incõueniēs iustificatum virtute contritionis  
secluso sacramento, habere gloriã sine merito. Sed conse-  
quutio nulla est, nã qui sacramento, iustificationis gratiã  
adipiscitur, habebit gloriã meritis Christi in sacramento  
operãtibus, respõdentẽ: ac proinde licet habeat gloriã si-  
ne merito proprio, nõ tamen sine merito Christi, cuius vir-  
tutẽ in sacramento suscepit. At quãdo quis sine sacramen-  
to, per contritionẽ effectus est iustus, si dicamus gloriã per  
illam contritionem non meruisse, non ita facile dici po-  
test virtute cuius meriti habeat gloriã in alia vita. Di-  
ci etiam potest eum, qui iustificatur cum sacramento, me-  
reri gloriã, non solum per contritionem si eam habet,  
sed per attritionem etiam, quam necessum est habere, si  
duret vsq; ad instans in quo infunditur gratia sacra-  
menti, vt in solutione primi argumenti tractandum est.  
Imò & per primum actum fidei, licet ordine naturæ an-  
tecedat charitatem, & gratiam: si tamen sit vltima dispo-  
sitiõ ad gratiam, & informetur illa, meretur homo glo-  
riã, vt optimè deducit Franciscus de Christo. in. 3. dist.  
23. quæstione. 13. de actu fidei, in dilutione argumeto-  
rum

**Solutio.**

**Altera solutio.**

**A**rum, licet oppositum senserint quidam Theologi, scili-  
cè Marsil. in. 3. quæstione. 14. art. 1. dub. 3. conclusio. 6. ad  
quartum, & Almain. distinctione. 24. quæstione vnica.  
dub. 2. nec oppositum habet S. Tho. vt ibi ostendit Chri-  
stus.

Ex dictis porrò sequitur falsitas duorum assertorum  
quæ superius ex sua sententia intulit Vega; primum, pos-  
se aliquem in cœlo habere gloriam, quam in hac vita  
non promeruerit, neque per sacramentum acquisie-  
rit. Secundum beatos omnes non totam gloriam, quam  
habeant promeritos, sed partem gratis fuisse cõsequutos:

**B** quorum vtrumq; falsum esse, ex dicta tertia ratione satis  
liquet. Falsa etiam sunt duo alia, quæ à Decano Loua-  
nien. asseruntur, primum quod bonus latro absque vllis  
meritis ex sola diuina misericordia habet gloriam, secun-  
dum quod identidem qui in vltimo vitæ puncto pœni-  
tent, gloriam quam nunquam meruerunt, assequuntur.  
Hæc quidem falsitatis facilè cõuincuntur. Et quoad bo-  
num latronem attinet, vide D. Bonauent. in. 4. dist. 4. in  
expositione literæ. c. 4. & S. Thom. ibidem, cum Magi-  
stro, ex D. August. & Hieronym.

Quartò tandem arguitur, ex omnibus ferè Patribus,  
**C** & communi modo loquendi fidelium, præsertimque  
ex D. Augustin. libr. de vera, & falsa pœnitentia. capitul.  
17. & cap. vltimo. vbi non semel dicit, pœnitentiam suã  
in alia vita habere præmium: per pœnitentiam por-  
rò nihil aliud intelligunt nisi actum contritionis, quo ad  
gratiam disponimur vltimo, & per præmium, gloriam.  
Quod & habet Gratian. de pœnitent. dist. 1. cap. Conuer-  
timini: & multis alijs capitulis illius distinctionis ex Pa-  
trum libris desumptis id ipsum insinuat.

Q 3

Secun-

**IIII.** **S**ecunda propositio: Quòd illa vltima dispositio ad gratiam, scilicet, contritio, vel delectio Dei super omnia mereatur augmentum gratiæ, aut gloriæ, omninò est improbable, & falsissimum. Nihil retulerit si dicamus augmentum gratiæ, aut gloriæ: eadem enim est de vtroque ratio. Quandoquidem certo certius est neminè posse vnum mereri sine eo quòd & aliud mereatur, vt etià concedit Vega, & tractat optimè Capreolus. 4. d. 14. q. 2. art. 3. ad primum Sco. contra. 2. conclusionem, ex S. Tho. 1. 2. q. 114. art. 8. ad. 3. Valet ergo hæc argumentatio: Meretur quis augmentum gloriæ, ergo meretur augmentum gratiæ, & e conuerso. Non tamen inde illatum putes valere etiam hoc argumentum, Meretur quis primam gloriam, ergo meretur primam gratiam. Quod si obijcias: Cum gratia siue formaliter, siue causaliter sit acceptatio ad gloriam, impossibile videtur quòd quis mereatur acceptationem ad aliquem gradum gloriæ, & quòd non mereatur aliquem gradum gratiæ: atq; adeò si per vltimam illam dispositionem quispiam primam meretur gloriam, & sic meretur gloriam, consequens est quòd ipsam primam gratiam, aut aliquem gradum ipsius primæ gratiæ debeat promereri. Sed hoc argumentum, quod est præcipuum nostræ disputationis, dissoluendum nobis est in solutione secundi principalis.

**Probatio conclus.** **I**am ergo probatur conclusio: Ille actus contritionis secundum totam suam latitudinem, non est nisi dispositio, ergo gratia illi correspondens, non est nisi prima gratia secundum totam suam latitudinem, & similiter gloria secundum se totam non erit nisi prima gloria. Maior huius argumenti explicatur, quia sanè quauis multam habeat graduum latitudinem contritio illa, & intra limites dispositionis ad gratiam semper possit crescere, & augeri

**A** & augeri, tamen semper habet esse dispositio gratiam, & consequenter tota gratia, & gloria illi correspondens erit prima gratia, & prima gloria. Ex quo rursus fit quòd nulum augmentum, neq; gratiæ, neq; gloriæ poterit promereri. Poterit quidem ille met actus contritionis idem numero manens continuari per horam, verbi gratia, & tunc licèt principio sui fuerit dispositio ad gratiam, & meritorius primæ gloriæ, poterit deinde desinere esse dispositio, & sequi ex gratia, atq; adeò augmentum gratiæ, & gloriæ promereri. Cæterum quandiu manet intra limites dispositionis ad gratiam, semper gratia, & gloria ei correspondentes sunt prima gratia, & prima gloria, licèt sint multæ intensionis, & perfectionis iuxta valorem, & intensionem illius contritionis. Et si inquiras, an ille actus contritionis prius natura consideratus vt dispositio, licèt vt sic non sit meritorius augmenti, an inquam consideratus vt informatur gratia, & ab illa procedit, possit in eodem instanti temporis in quo est dispositio, mereri augmentum illud? Respondetur quod hæc percontatio continetur secundo argumento secundæ opinionis, cui propterea suo loco dicemus.

**C** Quòd si obieceris, Actus misericordiæ, vel temperantiæ, si in eodem instanti eliciantur & fiant, in quo elicitur vltima dispositio, erunt meritorij augmenti gloriæ, & gratiæ. Quare ergo vltima illa dispositio illud augmentum non promerebitur? Respondetur, tam bonum quidem tamque diuinum, & supernaturalem esse actum dispositionis quam sic actus misericordiæ, vel temperantiæ: atq; adeò ex hac parte tam meritorius esse poterit quam sint illi: cæterum discrimen in eo maximè fitum est, quòd actus illarum virtutum, cum non sint dispositiones ad gratiam, non intelliguntur vt antecedentes gratiam: ac



proinde prima gratia non proportionatur eis sicut proportionatur vltimæ dispositioni, scilicet, contritioni, vel dilectioni Dei super omnia. Certè S. Thom. 3. p. quæst. 85. art. 5. & 6. actus harum virtutum moralium, non tanquã dispositiones antecedentes, sed velut operationes consequentes actum pœnitentiæ, & charitatis constituit.

*Cur cõtritio  
& dilectio  
Dei sint dis-  
positio ad  
gratiã, ma-  
gis quã alij  
actus.*

*Prima.*

Quod si rursus roges: Vnde prouenit quod actus cõtritionis, vel dilectionis Dei super omnia potius sint dispositiones ad gratiam, quam actus misericordiæ, vel temperantiæ? Ratio sanè in promptu est, nam desumitur ex specie, & natura effectus, vel formæ ad quam disponunt: formæ autem, seu effectus qui in iustificatione impij per se, & primariò intenduntur à Deo, præcipuo nostræ iustificationis authore, sunt expulsio peccatorum, cõdonatio offensæ, infusio gratiæ, & reductio animæ in Deum: ad hæc autem certum est quod directè, & per se, & cum magna proportione, & cõnaturalitate disponitur homo per actum contritionis, quo detestatur peccata, & curat quantum ex parte sua est, illa destruere, & vindicare per actum charitatis, vel contritionis quo ad Deum directè reducitur, & quem placare contendit, vt in eius gratiam, & amicitiam reuocetur. Præterea, isti duo actus contritionis, & dilectionis Dei super omnia non possunt esse neq; intelligi de lege communi, sine gratia, & charitate: at actus aliarum virtutum secundũ suam naturam bene possunt. Vnde, vt optimè uidit S. Tho. 3. p. q. 85. ar. 2. ad 3. actus isti, præsertim contritio, habent efficientiam ad repellendũ, & destruedũ omne peccatũ mortale, quod tan- gere inferius debeo. Itaq; isti actus quandã præactibus ceterarum virtutum habent generalitatem: nam actus contritionis, & pœnitentiæ omnibus peccatis bellũ mouet, omnibus opponitur, proq; omnibus Deo reddere æqui-

*valens*

**A** valens conatur, & omnia expiare molitur. Actus iridem charitatis, cũ propinquius nos Deo cõiungat fini nostro, & rectitudinem totalem voluntatis efficiat in ordine ad Deum, & non partialem, & in certo genere, quã actus ceterarum virtutum faciunt, hinc est quod illi potissimum duò actus habet dici, & esse vltimæ dispositiones ad gratiam, quod tamen actui misericordiæ, vel temperantiæ, vel fidei, non ita propriè & intrinsecè competit.

**T**ertia propositio: Nullũ videtur inconueniens quod quis simul mereatur primam gloriam, & eius augmentum, & quod simul suscipiat primã gratiam, & eius augmentum: ac proinde fieri potest quod gratia simul creetur, & augeatur, & simul detur ex gratia, & augeatur ex iustitia. Primum omnium explicatur conclusio: si quis cum attritione per sacramentum iustificatur, inq; ipso iustificationis instanti eliciat actum cõtritionis, què elicere est admodum possibile: tunc hunc in modum dif-

**B**

**C**

*V.  
Quod pri-  
mã gloriã  
& eius aug-  
mentũ potest  
quis simul  
mereri.*

*Quod simul  
potest pro-  
duci. & au-  
geri gratia.*

con-

contritionem, præfertim si est intensior. Itaq; tunc tem-  
 A ris producit gratia, & simul augetur: augetur quidem  
 contritione, non vt dispositione, sed vt opere meritorio:  
 producit vero vi attritionis, & sacramenti. Atq; adeò  
 diuersis actibus nihil incõuenit simul primam gloriam,  
 & eius augmentum promereri, & simul suscipi primam  
 gratiam, & eius augmentum: & consequenter eandem  
 gratiam duplici titulo dari, videlicet gratis, & ex meritis:  
 gratis quidem quatenus est prima gratia attritioni, & sa-  
 cramento correspondens: ex iustitia vero, & ex meritis  
 in quantum simul augetur virtute operis meritorij, sci-  
 licet, contritionis.

VI.  
 Arguitur  
 primo quòd  
 nõ possit ea  
 dem gratia  
 simul dari  
 gratis, &  
 augeri ex iu-  
 stitia.

O Bijcio tamen tripliciter aduersus istam doctrinam,  
 primò quidem quia non videtur satis tutum, neq; sa-  
 tis conforme scripturis, & sanctorum doctrinæ, & com-  
 muni modo loquendi Theologorum, quod eademmet  
 gratia, quæ in primo iustificationis momento confertur  
 peccatori, & per quam peccata remittuntur, & condona-  
 tur offensa, & efficitur peccator diuinæ consors naturæ,  
 verè filius Dei per adoptionem: quod totum ex pura mi-  
 sericordia, & absq; vllò iustitiæ titulo ex parte hominis  
 fieri, clamant scripturæ, concilia, Patres, & tota Theolo-  
 gorum schola: non inquam satis fidei consonum videtur  
 asserere, quòd illamet gratia detur aliquo iustitiæ titulo,  
 & ex meritis ipsius peccatoris.

Secundo.

Secundò, quia contritio illa quam, non vt dispositio,  
 sed vt opus meritorium est, diximus promereri augmen-  
 tum illud primæ gratiæ, si consideretur vt antecedens  
 gratiam, & vt dispositio, sic quidem non est meritoria:  
 quandoquidem non consideratur in illo priori vt ab ho-  
 mine grato, & amico Dei profecta: si verò confidere-  
 tur vt à gratia profecta, sic quidem iam supponit illam  
 gra-

A gratiam in homine, non ego meretur illam, neque ali-  
 quos illius gradus. Confir. quia cum illa gratia qualitas  
 sit indiuisibilis, & indiuisibiliter detur, non videtur dicē-  
 dum quòd illamet gratia secundum partem sui remittat  
 peccata, & condonet offensas, & constituat hominem in  
 itatu filiorum Dei, atq; adeò sit prima grima gratia, &  
 detur gratis: secundum verò aliam partem sui cadat sub  
 merito, deturq; ex iustitia.

Tertiò quoq; obijcio doctrinam suprà positam, quam  
 verissimam esse inferius in solutione tertij videbimus.  
 Repugnat aliquod munus simul ex gratia, & iustitia cõ-  
 B ferri, cum ergo gratia illa iustificationis ex pura Dei  
 misericordia, & gratia conferatur, fieri nequit quòd ea-  
 dem titulo iustitiæ, & meriti tribuatur. Hæc argumenta  
 labefactare videntur conclusionem.

Vt utamen ad primum horum responderetur, quòd si  
 illa gratia quantumuis sit natura sua indiuisibilis, non ha-  
 beret plurimos intensiõnis, & perfectionis gradus, con-  
 uincerent obiectiones istæ nos falsitatis: at cum diuersos  
 habeat gradus, asserimus non esse primam gratiam secū-  
 dum omnem sui partem, sed solum secundum aliquos.  
 Et idcirco secundum illos datur purè gratis, & secundum  
 C alios ex iustitia. Quòd si instes: Quotiens datur homini  
 prima gratia, datur in aliqua intensiõne, & cum gradibus  
 latitudinis, vt de se patet: & tunc inquiras, an rota illa se-  
 cundum omnem intensiõnem quam habet, & secundum  
 omnes gradus latitudinis quos habet, sit prima: an verò  
 solum secundum primum gradum? Cum enim per vnū  
 gradum gratiæ, ipsumq; minimum (si minimum gratiæ  
 dabile est) fiat remissio omnium peccatorum, & iustifi-  
 catio impij, videtur quòd ille solus gradus dicatur pri-  
 ma gratia: cæteri verò ad augmentum gratiæ pertineant.

Resp. ad.

Replicat.

P Et

Et consequenter apparet quod nunquam detur impio sola prima gratia, & insuper quod semper detur ei gratia aliqua ex merito contritionis, nempe tota illa intensio gratiae, & omnes illi gradus qui simul adiuncti cum primo illo gradu gratiae faciunt eam intensam. Sed ad hanc respondetur, non dici primam gratiam solum illum primum, & minimum gradum gratiae, qui in ipsa gratia est considerabilis: sed neque per aliud extremum, semper dici primam, totam illam quae datur in puncto iustificationis, sed omnem, & solam illam dici primam, quae commensuratur dispositioni, scilicet, attritioni cum sacramento, vel contritioni ut dispositio est, & secundum eos omnes, & solos gradus dicitur prima. Nam secundum illos habet efficere illos omnes mirabiles effectus, qui in prima obiectione commemorantur. Sicque ex hac parte, & pro ut est prima gratia, datur omnino gratis, & ex pura misericordia Dei, nulla ex parte hominis interueniente ratione iustitiae. At verò quatenus est gratia aucta: est autem aucta secundum alios gradus, qui videlicet respondent actibus meritorijs, qui in eodem puncto haberi possunt ab illo homine, non est inconueniens ex iustitia, & ex meritis dari.

Vnde ut haec firmitus procedant, ad secundam respondetur obiectionem, quod si illa contritio re vera fit ad gratiam dispositio, antecedit quidem gratiam, & sic nihil ipsius promeretur: at verò si non est dispositio, sed opus meritorium à gratia profectum, non est cur gratia quae illi correspondet, sit prima gratia, sed potius augmentum gratiae. Et cum obijcitur, Vt est opus meritorium, & à gratia proficiscitur, iam praesupponit gratiam illorum diuinorum effectuum productricem, ergo nihil illius gratiae promeretur. Respondetur, quod id quod praesupponit non promeretur: ceterum non praesupponit gratiam secundum

Notanda so-  
lutio.

**A** cundum omnem sui gradum, & partem, sed solum secundum eos gradus qui correspondent contritioni, ut dispositio est. Atque ad id solum praesupponit eam secundum quod est prima gratia illorum effectuum productiua: & ut sic eam non promeretur: At verò secundum quod est gratia aucta, non inconuenit quod eam promeretur: nam ut sic, id est, ut aucta non est prima gratia, nec illorum effectuum causa: & sic optimè sub merito cadere potest. Itaque, ut vno verbo dicam, gratia ut aucta praesupponit se ipsam ut productam, & ut primam & inter duo haec mediat illud opus meritorium contritionis, nam elicitur

**B** à gratia producta, & antecedit auctam. Ad confirmationem ex his patet quid dicendum sit, videlicet illam gratiam gradus habere, & partes intensiōis, quemadmodum, & aliae qualitates tertiae speciei. Et proinde nihil inconuenit quod secundum quosdam sui gradus sit prima, & illorum effectuum causatiua, secundum verò alios cadat sub merito.

Ad tertiā obiectionē respondetur, repugnare quidem idem munus, aut eandem rem secundum omnem sui partem dari titulo iustitiae, & simul titulo gratiae: de quo infra. §. 10. Ceterum secundum diuersam partem non repugnat. Quid obsecro inconuenit (ut ex moralibus petamus exemplum) quod

Titulo gratiae & titulo iustitiae una res dari non potest.

**C** Petro mihi debete. 50. aureos, & totidem volente mihi ex amicitia, & liberalitate conferre, tunc vnica simul elargitione centum mihi Petrus aureos conferat. 50. gratis, & alios. 50. ex debito iustitiae? Nam secundum eandem partem repugnat plane duplicem tam diuersum titulum reperiri. Sic ergo illam gratiam secundum diuersos sui gradus gratis, & ex iustitia simul à Deo effici nihil impedit: & consequenter simul eam creari & augeri: creari quidem ex gratia, augeri autem ex iustitia. Sed quo penitus ista examinentur, accipe aliam conclusionem praecedentis declaratiuam.

VIII.  
tractatur  
litissime an  
eandem forma  
simul possit  
produci, &  
augeri.

Idem agens  
non potest si  
mul rem pro  
ducere &  
augere.

**Q**uarta propositio præcedentis appendix: Neq; in naturalibus neq; in supernaturalibus est impossibile, vnam & eandem qualitatem simul produci, & intendi: fieri, & augeri. Licet Vega supra hoc neget. Et præter morale præallegatum exemplum, accipe rei huius aliud naturale. Creet, verbi gratia, Deus corpus luminosum habens lucem vt quatuor, & in eodem creationis instanti constituat lucem illam, aut corpus illud coram sole, sanè in vno, & eodem instanti, & omnimoda temporis similitate, lux illa producitur, & augetur. Est veruntamen apud primè intelligendum, id non vnica, sed duplici actione, & insuper nõ ab vno eodemq; agenti, sed à duobus fieri. Vnum enim, & idem agens duas actiones eiusdem speciei, siue trãseuntes, siue immanentes producere nõ potest simul: duas, scilicet, calefactiones, duas illuminationes. Cũ ergo duplex actio eiusdẽ speciei necessaria sit ad producendã, & augendã qualitatem, duplex etiam agens est necessarium, si simul & in eodem temporis instanti produci debeat, & augetur. Nã quòd alicui videri poterat, nempe tunc non simul produci, & augeri illam qualitatem à duobus agentibus totalibus, sed potiùs à duobus partialibus, & per actiones partiales simul produci, aliquando verum erit. Per hoc tamen non tollitur quòd vnum agens priùs natura quàm aliud agat, producat totaliter, & per actionem totalem illam qualitatem: & posteriùs natura, simul tamen tempore, aliud agens per aliã actionem totalem augmentatiuam, eandem augeat qualitatem. Quòd verò vnum agens simul produci, & augere qualitatem non possit euidenter est. alioqui enim sol, verbi gratia, quando illuminat aerem, duas, imò tres, & centum, & mille actiones simul exerceret. Semper enim lumen producitur in aliqua intensiõne: imò cum infinitorum

**A**torum graduum intensiõne, & latitudine: atque adeò si vnum & idem agens simul produceret, & augeter qualitatem, & simul etiam duas actiones produceret, vnam productiuam, alteram intensiuam: sanè eadem ratione produceret multas, & infinitas actiones iuxta multitudinem graduum, qui sunt in qualitate producta. Dicendum est ergo, vnica tantum solem exercere actionem illuminationis, qua producit lumen. Et licet lumen producatur intensum (nulla enim qualitas intensibilis intelligi potest quantumuis remissa, quæ non habeat gradus intensiõnis) non ex eo fit solem, duplicem circa illud actionem exercere, vnam quæ fit illuminatio, & aliam quæ fit intensiõ. Sed vnam, & eandem, qua simpliciter, & per modum vnus actionis producitur lumen. Licet autem producatnr in aliqua intensiõne, hoc per accidens contingit, propter naturam illius qualitatis quæ nisi intensa, esse, aut produci non potest. Cæterum quando præter solem lumen illud producentem, aliud agens, verbi gratia, ignis extrinsecus adhibetur, in eodem instanti temporis, & applicatur luminoso: aut quãdo ipse met sol alia actione circa idem, n. luminosum deinde operatur, tunc quidem opri-  
**B**mè intenditur actione intensiua, diuersa à productione, lumen illud. At in eodem instanti idem agens duas actiones exercere circa eandem qualitatem, aut vnica actione simul eã producere, & augere omnino est impossibile. Sed enascitur ex hac doctrina difficultas quæ labefactare, & destruere videtur quòd à nobis supra assertum est. Quia si ab eodem agenti simul augeri, & produci vna qualitas non potest, sed ad eam augendam, vel intendendam adhiberi debet aliud agens, aut expectari altera illius primi agentis operatio intensiua, tempore distans: iam sequitur non posse gratiam simul à Deo produci

Argum. contra prædicta.

& intendi, creati & augeti, & simul produci gratis, & augeti ex iustitia: quandoquidē non est nisi vnicum agens, & vna actio illius gratiæ productiua. Non enim est dicendum, quod duas tunc intelligamus esse actiones, vñā quæ gratia creatur, & alteram qua augetur à Deo: neq; verò dicendum est duos esse agentes illius gratiæ collatores, quorum alter eam producat, alter verò augeat.

*Quod Deus simul creat & auget gratiam.*

Respondetur dupliciter. Primò quidem de Deo aliter loquendū esse, quā de cæteris agentibus naturalibus. Cū enim Deus propter suam magnam perfectionē, & immensam infinitatē, omnes modos cauſandi, & operandi omnium etiā diuersissimorum agentium in se ipso præhabeat, atq; cōtineat simplicissimè & perfectissimè, non est incōueniēs quod in quantū est agēs per misericordiā, illam gratiā creet gratis, iuxta proportionē attritionis, vel cōtritionis, vt dispositio est. Et in quantū agens per iustitiā, eandē augeat, & intēdat gratiā ratione alterius actus meritorij, qui in illo iustificationis instāti interuenire potest in homine penitēte. Profectò si in momēto iustificationis homo eliciat actū misericordiæ, vel iustitiæ sequutū ex gratia, & charitate (quod cōtingere posse est satis certū imo de facto euenire est satis vſitatū) tunc planè merito illius actus, Deus in ipsomet instanti, quo producit primā gratiā quantitati dispositionis correspondētē, auget, & intendit eā, iuxta valorē, & quantitatē illius actus misericordiæ, & iustitiæ. Et est exēplum desumptū ex materia de penitētia. Quando homo resurgit per cōtritionē ad gratiā, certè iuxta probabilissimā multorum opinionē, præter eos gradus gratiæ qui presenti cōtritioni, vt dispositio est, correspondēt gratis à Deo collati, qui oēs sunt gradus primæ gratiæ: restituitur alijs gradus gratiæ ex iustitia, correspondētes ei gratiæ & illis meritis, quæ ante lapsum habebat

**A** bebat homo ille, & à quibus cecidit, & ad quæ modo resurgit. Atq; adeò illius gratiæ, quæ nūc in pūcto reuiuiscētiæ datur, aliqui gradus datur gratis, correspondētes præſenti dispositioni: alij vero ex iustitia, quia correspondēt ijs meritis, quæ ante lapsum fuerat operatus. Quod ad vñguem nunc examinari, neq; vacat, neq; debet.

Responderi etiā secūdo, & explicari possunt hæc omnia, dicēdo, hoc nō esse pducere simul, & augere gratiā. Et sic nō esse duas actiones, quarū vna sit creatio græ, altera augmētatio: sed esse vnicā, & simplicē eiusedē græ, pductionē, duplici titulo à Deo factā, secūdū diuersos gradus ipsius gratiæ: eo q̄ quidā eius datur gratis, quidā ex merito. Nā peto, Quidna obstat, quominus vnica collatione, & elargitione mihi aliquis cētū aureos tribuat, quorū tamē. 50. donet gratis, & alios ex iustitia soluat? Sic ergo simul tota illius gratiæ latitudo vnica actione cōferatur, duplici tamē titulo, ad modū dictū: quoniam videlicet homo duplicē actū exerceat, vnū dispositiuū, alterū meritorium, duplicem offert Deo materiam conferendi gratiam, vnica tamē, & simplici actione, licet virtualiter duplici. At si vnum tantū exerceat, scilicet, contritionē, seu vltimam dispositionē, de qua in præſenti quæſtione est sermo, fieri nequit vt per illam augmentum aut gratiæ, aut gloriæ promereatur, sed solum primam gloriā, vt in secunda propositione assertum, & explicatum à nobis fuit. Et de propositionibus hætenus.

**R**eliquum est vt argumētis initio pro prima opinione tactis, respōdeamus: q̄ non minimā quæſtionis partē esse certum est. Primum argumentū expollulat grauē, & difficilem disputationem de contritione, an verum sit quod vulgò tam docti quàm indocti dicitur, scilicet, cōtritionē, seu vltimam dispositionē in genere cauſæ materialis

VIII.  
Argumētis  
initio factis  
fit satis.

rialis priorem esse gratia posteriorē verò in genere cau-  
 sæ efficientis. Quod, quoniam prolixam exigit tractatio-  
 nem, inferius disputabo, ne tam longa parenthesi, quæstio-  
 nis ordo turberetur, & confundatur. Breuiter ergo respon-  
 detur argumento, quòd si contritio illa re vera procedit  
 à gratia in genere causæ efficientis, sic quidem faciliè in-  
 telligitur quòd sit meritoria. Si vero, (quod ego probabi-  
 lius, imò verissimū esse existimo) solum eliciatur ab au-  
 xilio supernaturali, & in omni genere causæ antecedit  
 gratiam, sic quidem quanuis nō sit tam facile intellectu,  
 diffinitio tamē eam esse meritoriam. Satis enim ad hoc vt  
 actus aliquis sit meritorius apud Deum, est quòd sit bo-  
 nus, & supernaturalis, & à principio supernaturali elicia-  
 tur, id est ab auxilio Dei speciali, & ab illo reducatur in fi-  
 nem charitatis, & procedat ab homine grato, & iusto.  
 Quod totum quia reperitur in illo actu contritionis, &  
 ex alia parte homo est in gratia pro illo instanti temporis,  
 estq; iustus, & amicus Dei, nihil illi actui desideratur  
 quominus meritorius esse possit: nam quòd à gratia habi-  
 tuali eliciatur, non est necessarium, licet sit necessarium  
 quòd pro illo instanti homo habeat gratiā habitualem,  
 quæ in iustitia, & Dei amicitia ipsum constituat, & quæ  
 informet actum ipsum contritionis, non eliciendo, & ef-  
 ficiendo ipsum, sed coassistendo ei, vt verissimè dixit D.  
 Bonauent. in. 4. dist. 17. quæst. 1. art. 6. quem in hac parte  
 sequitur Gab. 4. dist. 14. q. 1. ar. 2. circa finem. Sot. 3. de Nat.  
 c. 4. Caiet. 12. q. 21. art. 3. & 4. Neq; verò S. Tho. oppositū  
 docuit nam licet. 1. 2. q. 114. art. 4. in corp. & ad. 3. & 1. p. q.  
 62. art. 4. ad. 2. & communiter Theologi requirant ad me-  
 ritum quòd sit à gratia, & charitate, tamen per hoc non  
 intelligunt quòd debeat procedere ab ipsis habitibus gra-  
 tiæ, & charitatis. Sed sat fuerit quòd sit à motione grati-  
 tate, &

Non est ne-  
 cessarium q  
 actus merito-  
 rius proce-  
 dat ab gra-  
 tia, & chari-  
 tate.

A ta, & auxilio speciali Dei, & ab his referatur in finem ip-  
 sum charitatis, & gratiæ: & ex alia parte ipse homo iam  
 sit constitutus in gratia, & charitate. Certè quanuis con-  
 tritio, & dilectio Dei, quibus quis vltimò se disponit ad  
 gratiam, non fiunt ab habitibus poenitentia, & charita-  
 tis, vt ego existimo, & infra probabimus: tamen commu-  
 niter, dicuntur, & appellantur actus poenitentia, & chari-  
 tatis, suntq; eiusdem speciei cum ijs actibus, qui deinde  
 eliciuntur ab ipsis virtutibus poenitentia, & charitatis,  
 vt ibi videbimus. Sic ergo illæ dispositiones sunt merito-  
 riæ, & possunt dici esse à charitate, eò quòd sunt eiusdem  
 B speciei cum alijs actibus, qui à charitate deinde ordinan-  
 tur in ipsummet finem, sub eadem ratione formali. Præ-  
 terea, satis est ad hoc vt dicatur esse à charitate, quòd in-  
 formentur in illo instanti, in quo sunt meritoria, ab ipsa  
 charitate, & gratia, & ex alia parte dirigantur ab auxilio  
 Dei speciali in finem ipsum charitatis. Atq; adeò nihil  
 omnino eis deest, quominus sint meritorij actus illi.

Ad confirmationem responderetur, actum attritionis, *Attritio ca-*  
 quæ vsq; ad instans iustificationis cum sacramento du- *tiā merito-*  
 rat, eadem ratione esse meritorium, quia est bonus, & ab *ria est pri-*  
 auxilio speciali profectus, & ex alia parte informatur gra *ma glorie.*  
 tia coassistente. Iam enim in illo instanti homo est in gra-  
 C tia, & amicitia Dei. Quod vt rectius intelligas patere me-  
 lector optime, tantisper expatiari ac diuagari ad venan-  
 dum valorem attritionis.

Est ergo iciendum, attritionem quæ cum sacramen-  
 to sufficit ad gratiam suscipiendā, debere necessariò pro-  
 cedere ex auxilio supernaturali, & diuino: alioqui si natu-  
 ræ viribus tantum fiat, & concursu generali Dei, suffi-  
 ciens ad sacramentum dispositio non est. Enim vero S.  
 Thom. 3. p. q. 84. ar. 1. ad. 2. apertè dicit, actus poenitentis,

Quòd attri-  
 tionē potest  
 haberi viri-  
 bus natura.

Q qui

qui sunt illius sacramenti materia sufficiens, & necessaria, elici, ex speciali inspiratione, & auxilio Dei. Idque sacrum Concil. Trident. satis insinuat, sess. 6. can. 3. dicens, Neminem poenitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, sine præuenienti Spiritus sancti inspiratione, & auxilio. Et concil. Mileui. & Arausi. iam olim aduersus Pelagianos, iisdem penè verbis definierant. Cum ergo attritio actus sit sufficiens, ut gratia iustificationis per sacramentum peccatori conferatur, necessario dicendum est, haberi non posse sine speciali Spiritus sancti adiutorio. Quod si contendas concilia intelligenda esse extra sacramentum, scilicet, Neminem iustificationem posse consequi extra sacramentum, sine præuenienti Dei auxilio, cum sacramento verò non requiritur speciale Dei auxilium: Atque adeò attritionem, quæ cum sacramento ad iustificationem sufficit, sine Dei auxilio speciali haberi posse. Contra hoc obijcitur, quia in ipso met Arausi. concilio diffinitur, ipsum credulitatis affectum quo ad baptismum volumus accedere, ex Dei speciali gratia prouenire. Et in Trident. Sessio. 6. cap. 6. asseritur, excitari peccatores diuina gratia ad detestandum peccata, per illam poenitentiam, quam ante baptismum agi oportet. Si ergo ad eam attritionem, quæ cum baptismo sufficit ad gratiam, excitantur speciali Dei auxilio peccatores, cur non ad eam attritionem, quæ ad sacramenti poenitentiae gratiam est necessaria? Tandem Sessio. 14. c. 4. eiusdem Concilij, apertissime dicitur, attritionem donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsus. Habet ergo illa attritio, quæ ad sacramentum est necessaria, hoc in primis quòd à Dei gratuito auxilio proficitur, & præterea si vsq; ad instans iustificationis durer, habet iam hominem in gratia constitutum, & amicum Dei, nihil ergo

**A** ergo obstat quominus primæ gloriæ meritoria esse possit. Quòd ut melius adhuc intelligi valeat, qua scilicet, ratione sine eo quòd specialiter à gratia, & charitate actus procedat, possit esse meritorius, attende doctrinam sequentis solutionis.

Ad secundam confirmationem responderetur, actiones quidem bonas naturales dupliciter posse considerari, primo quidem quatenus naturæ viribus, & concursu generali Dei fiunt: & quidem hoc modo quantumuis bonæ, & perfectæ sint, & à virtutibus naturalibus moralibus proficiantur, ut sunt comedere, bibere, etiam temperate, mi-

*Quomodo  
actiones bonæ  
naturales possint  
etiã esse meritorie.*

**B** seratio erga pauperes, ius suum vniciuiq; reddere, &c. quoniam intra ordinem actuum naturalium continentur, non sunt meritorie apud Deum alicuius gloriæ, aut gratiæ: idq; etiam si homo talium actionum author, sit in Dei gratia, & amicitia. Ratio est quoniam licet tales actiones gratia quodammodo informentur, propterea quòd ab homine habente gratiam eliciuntur, at non eliciuntur ab aliquo principio gratuito, id est, neq; ab ipsa gratia, neque ab auxilio aliquo speciali Dei. Et consequenter neq; diriguntur, aut ordinantur in finem supernaturalem, relatione aliqua virtuali, aut actuali, atq; adeò meritorie esse non possunt. Ceterum eedem actiones, quantumuis ex parte sua sint naturales, & extra ordinem gratiæ, & meriti sint, si tamen ab extrinseco, à gratia, & charitate, aut ab auxilio speciali actualiter, aut virtualiter referantur in finem supernaturalem, id est, fiant propter Deum ut finis est supernaturalis, iam certè meritorie sunt, & Deo æquæ gratiæ, ac si intrinsecè, & natura sua essent diuini, & supernaturalis ordinis. Quando enim dixit Paulus, Siue comedatis, siue bibatis, siue quidquid aliud faciatis, omnia in gloria Christi facite, bene vidit Apostolus, actiones naturales

*1. Corin. 10.*

*Q. per*

per actum comedendi, & bibendi significatas, esse posse a meritorias, si in Dei gloriam à charitate referantur.

Veruntamen ijs adijciendum est, hoc distare inter operationes istas bonas moraliter, & ordinis naturalis, à virtutibus acquisitis elicatas, ex vna parte, & inter opera supernaturalia virtutum infusarum, ex alia: quòd illæ non censentur procedere à gratia Dei, nec esse ordinis diuini, & supernaturalis, ex eò quòd fiant ab homine grato, nisi ex speciali gratiæ influxu, & charitatis imperio referantur in finem supernaturalem. At verò opera virtutum infusarum, licèt non imperentur à gratia, & charitate, suapte natura sunt ordinis diuini, & supernaturalis. Ex quo fit quòd illæ non possunt esse meritoria, scilicèt, comedere temperate, misereri pauperibus, ius suum vnicuique reddere, quatenus à virtutibus acquisitis, & naturæ viribus factæ sunt, etiam si homo sit in gratia, nisi à gratia imperentur, & referantur in finem charitatis. Ceterùm actiones secundi generis, scilicèt, virtutum infusarum, vel quæ natura sua procedunt à principio supernaturali, licèt non imperentur à charitate, neq; ex speciali influxu gratiæ procedunt, meritoria sunt, dummodò homo sit in gratia, vt actus iustitiæ, misericordiæ, temperantiæ, quod tradit Franciscus de Christo in. 3. dist. 23. de actu fidei. q. 13. vbi pro comperto habet huiusmodi actus bonos, si gratia informetur, esse meritorios licèt ab ea non eliciantur. Et ratio est, quia isti actus ex eo quòd sunt virtutum procedentium à gratia, & supernaturalium, iam suapte natura tendunt in finem supernaturalem, suntq; apti, idonei, & proportionati gloriæ, & cuiuscunq; præmio. Cum ergo ex alia parte homo in gratia, & amicitia Dei sit constitutus, nihil illis actibus deficit, quominus sint meritorij. His adde, quòd isti actus à virtutibus infusis pro-

Nota.

- A procedentes, non solum quo ad modum, & ex accidenti, sed secundum suam substantiam, & entitatem sunt super naturales, & ordinis diuini: atq; adeò secundum se, & absque aliquo extrinseco adminiculo, non possunt non esse meritorij apud Deum. Hoc dixerim propter quosdam graues alios, & doctos viros, qui actus istos, imò non tantum istos, sed actum etiam dilectionis Dei super omnia, actum contritionis, actum fidei, dicunt esse naturales secundum substantiam, & supernaturales quoad modum tantum. Ita habent, Scotus, Dur. in. 2. dist. 28. & in. 3. d. 23. Gab. Capreolus, & Caieta. 12. quæst. 109. art. 4. Sotus lib. 1. de Natu. & gra. cap. 22. prope finem, & videtur habere, S. Thom. 2. 2. q. 171. art. 2. ad. 3. Verum iam cõmunis Theologorum omnium sententia habet oppositum. Sed de hoc aliàs. Igitur si actus illos naturales idcirco dicebamus esse meritorios, quia saltem virtualiter, & ab extrinseco à charitate referuntur in diuinum finem, potiori iure idem dicendum est de actibus virtutum infusarum, licèt à charitate, & gratia non referantur. Nam maiorem supernaturalitatem maioremq; proportionem cum fine supernaturali, habent isti actus virtutum infusarum, ex eo solum quòd sint à virtutibus infusis, quàm illi alij ex eo quòd extrinsece à gratia in finem supernaturalem reducantur. Hanc ergo ob causam dixerim sæpius, actum contritionis in omni genere causæ antecedentem gratiam, in super actum attritionis, qui vsq; ad iustificacionem durat, licèt à gratia non eliciatur, aut dirigatur, esse meritorios: quandoquidem ex vna parte iam suapte natura ordinantur in finem supernaturalem à principio supernaturali, id est, ab auxilio Dei quo intrinsece, & per se eliciuntur (quæ supernaturalitas maior est quàm si ab extrinseco à charitate, & gratia referrentur in illum finem)

Actus virtutum infusarum sunt secundum se totos supernaturales.



& ex alia parte homo est in gratia Dei, & ob id inquam esse meritorios. Et hæc tenens de primo argumento.

**IX.**  
*Cur prima gratia datur gratis, & tantum acceptatio ad primam gloriam non fit gratis, sed ex merito.*

**A**d secundum libenter concedo, illam ultimam dispositionem, id est, contritionem non esse meritoriam primæ gratiæ. Sed cum procedis, ergo nec primæ gloriæ, negatur consequentia. Quin esse consequentiam Lutherianorum, dicit Sotus. 3. de Natura, & gratia. c. 9. initio. Negatur ergo consequentia, primo cum Mag. Cano relect. cita. p. 1. circa finem. Cum ergo obijcis, Gratia est acceptatio ad gloriam, Cano negat, sed est, inquit, forma per quam aliquis est amicus Dei, & per quam homini grato, & admisso in naturæ diuinæ consortium, facultas datur ad gloriam per opera bona promerenda. Adducit Cano exemplum de anima, quam quoniam est actus primus dans esse, & viuere, consequuntur potestates naturales, intellectus scilicet, & voluntas: per quas operatur ad sui finis consequutionem. Sic gratia forma est dans esse, & viuere animæ nostræ supernaturale: hanc charitas, & cæteræ virtutes consequuntur, quarum operationibus homo finem suum consequatur, id est gloriam promeretur. Hæc Cano. Ad idem ferè est Sot. in. 4. distinct. 14. quæstione. 2. artic. 6. gratia, inquit, duo facit, scilicet, constituere hominem in esse supernaturali filij Dei, & hac ratione antecedit actum contritionis, scilicet, in esse meriti, & facit illum esse meritorium. Sed habet secundò ut sit acceptatio ad gloriam, & hac ratione actus est prior illa, ipsaque sequitur post actum. Itaque docere videtur, illam gratiam, ut præintellectam contritioni non facere nos acceptos ad vitam æternam, nisi deinde media contritione, quæ etiam est mens Magistri Cano. Libro autem. 3. de Natura, & gratia. cap. 9. remissius Lutheranis respondit. Idcirco præstat quod cum scholasticis agens, dixit

**A** dixit in. 4. Sentent. Veruntamen instari adhuc potest, quia pro illo eodem instanti naturæ, quo homo habet gratiam, intelligitur etiã ut acceptus ad vitam æternam, siue id faciat gratia primariò, siue secundariò, & ab extrinseco, & ex lege Dei. Iam ergo cum pro instanti quo contritio est meritoria, præsupponatur homo gratus, præsupponitur etiam ad primam gloriam acceptus: atque adeò primam gloriam per illum actum promereri non potest si quidem iam prima illa gloria ut debita præsupponitur. His ergo respondere reliquum est.

Concilium Tridentinum Sessione. 6. c. 16. dicit. Vitam æternam conferri iustis, & tanquam gratiam filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissam, & tanquam mercedem ex Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis debitam. Ex qua doctrina difficilius redditur nostrum secundum argumentum, quia ex ea iam sequitur, prius quam homo opus eliciat meritorium, iam sibi deberi gloriam secundum proportionem, quæ est filij ad hæreditatem, licet non secundum eam, quæ est operis ad mercedem. Cũ ergo prius natura quam homo faciat actum meritorium intelligatur ut filius Dei, certè iam intelligitur collatum sibi esse ius ad hæreditatem, id est, ad gloriam: licet suis operibus adhuc non debeatur, quia non nondum intelligitur fuisse operatus.

Iam ergo respondetur ad argumentum, quòd licet gratia in illo priori, antequam contritio sit meritoria, sit ius ad gloriam per modum cuiusdam proportionis, & conaturalitatis: idoneus enim est, & satis proportionatus homo ille, ex eo quòd consideratur ut habens gratiam, ut etiam gloriam habeat. Sed tamen absolute in illo priori, in adultis, & extra sacramentum, illa gratia ius non dat ad gloriam, neque facit acceptum ad

*Gloria datur iustis ut præmiũ operum, & ut hæreditas filiorum.*

*Vera solutio 2. Argumèti*

ad gloriam, quo ad vsq; homo actu proprio illam prome-  
 reatur. Fundatur namq; nostrum meritum in ordinatione,  
 & statuto Dei, vt habet S. Thom. 1. 2. q. 114. art. 1. ad 3.  
 & art. 4. Statuit autem, & ordinauit Deus, legemq; tulit,  
 vt in illo qui per propriam dispositionem iustificatur ex  
 tra sacramentum, gratia non sit ius ad gloriam, nisi me-  
 diante tali actu, & dispositione, quæ sit meritoria gloriæ.  
 Idcirco quo ad vsq; illam dispositionem homo intelliga-  
 tur habere quantumuis habeat gratiam extra sacramen-  
 tum, nondum habet plenum & absolutum ius ad gloriã.  
 Vt autem non tumultuario sed ex magno consilio ostē-  
 damus hæc à nobis asseri, certè legem hanc tum alibi sc  
 pè, tum verò maximè tulisse videtur Deus, ex eò quòd  
 Paulus Rom. 8. cum dixisset. Quod si filij, & hæredes: hæ-  
 redes quidē Dei, coheredes autem Christi. Quibus ver-  
 bis ostenderat eo ipso quòd quis efficitur Dei filius (effi-  
 citur autem per gratiam) statim esse hæredem per modū  
 cuiusdam condignitatis, & connaturalitatis: & sic prius  
 quàm contritio sit meritoria iam hominem habere quo-  
 dammodò ius ad gloriam. Vt tamen explicaret nobis  
 possessionem huius hæreditatis, ac proinde perfectum  
 ius ad illam nobis non conferri quo ad vsq; operemur, &  
 illud promereamur, siue per contritionem, siue per qua-  
 lem cunq; aliam actionem, vel etiam passionem propter  
 Deum, qua perfectum ius ad illam gloriam acquiramus,  
 subiecit. Si tamen compatimur, vt & conglorificemur,  
 quod præclare consideratum est à Francisco de Christo  
 in. 3. d. 26. q. 4. de spe, in solutione ad. 4. 5. & vltimum. Insi-  
 nuauit explicatissimè Paulus, ad hoc vt quispiam glori-  
 ficetur, necessarium esse illi meritum aliquod, ratione  
 cuius ips habeat ad mercedem, & ad gloriam, sicut ra-  
 tionē gratiæ habet filiationem, & consequenter propor-  
 tionem,

Rom. 8.

A tionem, & idoneitatem cum eadem gloria.

Dicet quis: Etiam statuit, legemq; tulit Deus, vt nisi  
 media eadem contritione quis iustificetur: iam ergo con-  
 tritio illa iustificationem promerebitur. Consequentia  
 patet, nam ea ratione dictum est dispositionem illam esse  
 meritoriam gloriæ, quoniam Deus statuit nisi ea me-  
 diante, alicui conferre ius ad gloriam. Rursus, si tota hæc  
 meriti ratio reducitur ad statuta, & ordinationem Dei, iã  
 sequitur quòd equè per actum naturalem, verbi gratia,  
 per albedinem, per comestionem mereremur vitã æter-  
 nam, sicut per actiones bonas supernaturales, si Deus sta-  
 tuisset nemini dare gloriam nisi habenti albedinem, aut  
 comedenti.

Arguitur cõ-  
tra solutio-  
nem.

Secundo.

Sed his duobus satisfacere non est arduum, nam ad  
 hoc posterius breuiter dico, quòd actiones nostræ super-  
 naturales, non solum habent extrinsecam ordinationem  
 illam Dei, sed & habent intrinsecè valorem, & condigni-  
 tatem quandam, seu proportionem ad gloriam: non sic  
 actiones naturales vt satis constat.

Solutio secũ-  
di.

Ad illud vero prius responderetur, primò quòd illa con-  
 tritio cum intelligitur esse meritoria gloriæ iam præ-  
 supponit gratiã, & antecedit gloriam, vt vidimus, & sic  
 potest esse gloriæ meritoria. Hoc enim requisitum est ad  
 hoc vt actus sit meritorius: primum quidem quòd sit à  
 gratia, secundum verò quòd antecedit præmium. Ho-  
 rum autem aut alterum, aut certè vtrunq; deficit illi con-  
 tritioni in ordine ad primam gratiam promerendam. Nã  
 si consideretur vt præcedens gratiam sic non est à gra-  
 tia, neq; informatur gratia, & idèò meritoria esse non po-  
 test. Si verò consideretur vt procedens à gratia (nam pro-  
 cedit ab illa in esse meriti) sic quidem meritoria esse po-  
 test, cæterum non illius primæ gratiæ, quæ iam præsup-  
 ponitur

Primi.

R

ponitur

ponitur: non enim debet præmium merito præsupponi. Respondetur secundo, non eodem modo promississe Deum gloriam operantibus, sicut promissit iustificationem, & gratiam disponentibus se per pœnitentiam: nam illis promissit gloriam tanquàm mercedem operum, & tanquàm stipendium pro labore: atq; adeò ex iustitia. At verò alijs, idest, habentibus contritionem, & facientibus pœnitentiam, non promissit iustificationem, & gratiam tanquàm mercedem, & ex iustitia, sed tanquàm donum quoddam gratuitū, ex pura misericordia sua. Vtrunq; patet ex scriptura.

X.  
Titulo gratiæ, & titulo iustitiæ non potest aliquid dari.

**A**D tertium respondetur, proculdubio concedendum esse, non posse aliquid duplici illo titulo, scilicet, ex gratia, & ex iustitia conferri: vicissim enim se destruunt, & excludunt, vt argumentum probat, & explicatum est supra. §. 6. At, vt ex præcedenti solutione patet, nos minime asserimus ius ad gloriam duplici titulo dari illi, qui per propriam dispositionem iustificatur, sed vnico dumtaxat, & simplici titulo, ipsoq; ex meritis, & iustitia. Iam enim satis superq; explicatum est. §. 9. qua ratione gratia illa, pro vt in ratione meriti antecedit actum dispositionis, vel cōtritionis non dat simpliciter, & absolutè ius ad gloriã, neq; facit ad illã acceptū, nisi tantū per modū cuiusdam proportionis, quo ad vsq; propriam dispositione intelligatur homo exercuisse, per quam simpliciter, & absolutè gloriam promereatur. Idq; ex pacto, & lege Dei, ad sensum explicatum.

XI.  
Cur Christus non meruit gratiam, & gloriã animæ, bene tamē gloriã corporis.

**A**D quartum respondetur, simul & ad quintum, rationem ob quam Christus non meruit gratiam, & gloriã animæ, vtramq; esse. Videlicet, quia naturaliter sequebantur, & debebantur ei, supposita vnione hypostatica. Et secundo, quia iam eas habebat à principio suæ in-

car;

**A** carnationis. Vtraq; autem ratio hæc examinanda à nobis est vt eius vires experiamur. Arguitur ergo contra primam, quia si idcirco non meruit gratiam, & gloriã, quia sequebantur, & debebantur, &c. planè eadem ratione, neque Christus gloriam corporis mereri debuisset, quod est argumentum Scoti, & ponderat Almain. in 3. dist. 18. quæst. vnic. in. 4. conclusione, cuiq; non facit satis. Sed neq; nos mereri deberemus primam gloriã. Primum quidem, quia gloria corporis iam debebatur Christo alijs titulis, & sequebatur naturaliter ex gloria animæ quam iã habebat sine merito: secundum verò quia similiter prima gloria, sequitur, & debetur nobis, ex eo quòd habemus primam gratiam.

**R**espondetur tamē, nullã aliã huius diuersitatis ratione quæ satis argumēto faciat, assignari à nobis posse, nisi eã quã supra tetigimus, scilicet quòd præcipua ratio meriti fundatur in ordinatione & pacto Dei, p vt, habet S. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 1. ad. 3. & ar. 4. & adducit Capr. in. 3. d. 21. q. vni. ar. 3. in fin. ad. 4. Aureoli, & ex sacra licet scriptura colligere. Colligimus autē ex scriptura statutū & conuentū fuisse à Deo cū Christo Dño, vt gloria corporis ei nō conferretur, nisi passionis, & mortis suæ merito. Patet psal. 109.

**C** De torrēte in via bibet, propterea exaltabit caput. Luc. 2. oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriã suam. Phil. 2. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem, propter quod, &c. Et Heb. 2. videmus Iesum per passionē gloria & honore coronatum. Vnde dicendum non est, quòd duplici titulo gloria corporis collata Christo fuerit, neq; quòd ex gloria animæ, aut ex vi vnionis hypostaticæ sequeretur (certissimum enim reputo id quòd datur ex meritis alio titulo dari non posse de quo supra, numer. 6. & 10.) Quamuis enim ex vnione, & gloriã

R. 2. anti-

animæ alioqui sequi potuisset & debuisset corporis gloria, ut quantum ad hoc rectè dicit Almainus supra, iam tamen ordinatum à Deo fuit, ut nisi merito suæ mortis non sequeretur: atq; adeò de facto hoc solo titulo sequuta est. Rursus statutum, & ordinatum à Deo est, ne cuiuspiam adulto extra sacramentum iustificato gloria conferatur, nisi merito suæ dispositionis, & operationis, ut supra dictum est: ac proinde quantumvis alioqui ex natura gratiæ, & ex eius vi sequi potuisset gloria, tamen de facto sequi non debet, nisi merito dispositionis, atq; adeò hoc solo titulo meritorum, & iustitiæ sequi debet, non multis titulis.

**Meritū.** Ad secundam rationem deuenientes arguitur contra illam, ut in quinto argumento initio posito, probatum est, quia scilicet, optimè potest quis promereri id quod iam habet: nam in instanti quo quis elicit actum charitatis intensiorem, habet auctam charitatem, & tamen meretur per actum illum illud augmentum. Non ergo est incommodum, ad hoc ut aliquid cadat sub merito, quòd simul sit, & simul conferatur cum ipso merito. Respondetur, quòd quando illud quod cadere debet sub merito, & habere rationem præmij, non solum est in illo instanti in quo est meritum, sed etiam præsupponitur ut principium meriti, non potest cadere sub illo merito. In Christo autem omnia eius merita, etiam primus actus liberi arbitrij, quo se in utero materno disposuit ad gratiam, iste inquam etiam actus in quantum meritorius erat, præsupponebat gratiam, & gloriam, non solum in eodem instanti iam existentes, sed etiam ut principia omnium meritorum: Et ideo gratia, & gloria sub nullo eius merito cadere poterant. At vero actus intensior charitatis non præsupponit charitatem intensam, ut principium illius actus:

**Actus intensus charitatis quomodo potest esse ab habitu remisso.**

**A** actus: licet enim in eodem instanti, in quo actus intensus elicitur, intendatur etiam charitas, at charitas ut intensa, non est principium, sed terminus illius actus: & ideo potest optimè esse illius præmium.

Quod si vrgeas, charitatem intensam debere esse principium illius actus intensi, quia remissa vim non habet ad actum perfectiorem, & intensiorem se, & consequenter illam charitatem intensam non posse esse præmium illius actus, siquidem est eius principium: Respondetur, quòd ut intensa non est eius principium, sed ut remissa. Si verò dicas, remissam non posse esse principium

**B** actus intensi. Negatur: tum primò, quia licet sit remissa adiuuatur tamè auxilio Dei, quo redditur fortior ad actum intensum eliciendum: tum secundò quia habitus supernaturales quantumvis remissi habent virtutem in actum cuiuscunq; intensiōis: sunt enim causæ æquiuocæ suorum actuum: atq; adeò sunt maioris perfectionis quoniã sunt omnino supernaturales, à solo Deo producti, quod actibus minime conuenit: nam iuxta plurimorum Theologorum sententiam omnes actus nostri etiam dilectio Dei super omnia, & visio ipsa beatifica sunt secundum substantiam naturales, ut vidimus supra in solutione ad

**C** 1. argum. in fin. §. 8. saltem ex ea parte qua à libero arbitrio exercentur, quodammodò sunt naturales, neq; secundum se totos à solo Deo habent produci. Præterea optima est illa doctrina S. Thom. 1. 2. q. 114. art. 8. ad. 2. ubi sic ait: Augmentum gratiæ non est supra virtutem præexistentis gratiæ, licet sit supra quantitatem ipsius: sicut arbor, & si sit supra quantitatem seminis, non tamen est supra virtutem ipsius. Et huc spectat exemplum de pullo equi qui statim natus, minor quidè est quam asinus, iam adultus, secundum actualem quantitatem: at secundum

*Obijciatur.*

*Soluitur.  
Replica.*

*Solutio.  
Prima.*

*Secunda.*

virtutem longè maior est. Et est exemplum S. Tho. de A  
 verit. q. 9. ar. 1. ad. 14. sic ergo habitus remissus potens est  
 generare, & elicere actū intensum. Dicit etiā potest quod  
 licet physicè charitas aucta in casu posito præcedat actū  
 intēsum, quoniā est eius causa physica, at moraliter prior  
 est actus quoniā est meritum, & charitas aucta præmiū.  
 Et sic in esse meriti prior est actus, ac proinde potest præ  
 mium illud promereri.

*Tertia.*

**XII.**

*Argumentis  
 secundæ opi  
 nionis fit sa  
 tis.*

**A**rgumenta secundæ opinionis soluenda restant: quo  
 rum quidē prius tam est facile quā secundum diffici  
 le, & prolixū: sed utrumq; dissoluendū nobis est. Ad pri  
 mum ergo breuiter ex dictis respondetur, actum miseri  
 cordiæ in puncto iustificationis elicatum, augere gratiā, B  
 & gloriam: non sic contritio. Huius diuersitatis ratio, &  
 explicatio tradita est in secunda propositione. §. 4.

*Prima cōtri  
 tio non pro  
 meretur au  
 gmentū gra  
 tiæ, aut glo  
 riæ.*

**A**d secundum argumentum ut respondeamus, ostē  
 dere oportet quomodo contritio illa, quæ est dispositio  
 ad gratiam, non possit, etiam pro ut informatur gratia,  
 & ab illa sequitur in esse meriti, non inquam possit esse  
 meritoria alicuius augmenti gratiæ. Dico ergo, quod to  
 ta illa gratia, quæ in illo puncto virtute contritionis con  
 fertur, secundum omnem sui latitudinem est prima gra  
 tia: atq; adeo secundum nullum gradum cadit sub meri  
 to. Et quod sit prima gratia, probatur, quia tota illa est pri  
 ma gratia quæ correspondet dispositioni secundum to  
 tam suæ latitudinem intensiōis: ita ut si contritio fuit  
 ut quatuor, prima gratia erit ut quatuor. Non est enim  
 dicendum, quod existente dispositione ut quatuor, de  
 tur gratia ut octo (secundum modo alios actus meri  
 torios, qui in illo instanti interuenire possunt, & ratione  
 quorum potest usque ad octo augeri illa gratia: & solum  
 sequimur quando non est alius actus, neque alia ratio au  
 gen-

**A**ugendi gratiam, nisi illa contritio) tunc ergo existentē  
 contritione ut quatuor, esse non potest gratia ut octo,  
 sed solum ut quatuor. Si ergo iuxta latitudinem illius  
 contritionis datur gratia: & contritio pro ut dispositio  
 est, non potest esse meritoria alicuius gradus gratiæ, quia  
 ut sic omnino antecedit gratiam, iam sequitur quod to  
 ta gratia, & nullus gradus eius detur sub merito. Ac  
 proinde illa dispositio nihil gratiæ promeretur, scilicet,  
 augmentum gratiæ, quæ est doctrina nostræ conclu  
 sionis.

Sed contra hoc statim obijcitur, quia, ut petit secun  
 dum argumentum principale secundæ opinionis, licet il  
 la dispositio ut sic omnino antecedit gratiam, & nō me  
 reatur illam, sed tota gratia ei correspondens sit secundū  
 se totam prima gratia: at secundum quod in eodem in  
 stanti informatur gratia, & ab ea sequitur, videtur incom  
 modum quod gradum aliquem auctioris gratiæ nō pro  
 mereatur in eodem momento conferendæ. Respondetur  
 tamen, impossibile esse quod illa contritio pro illo instā  
 ti temporis mereatur aliquem gradum gratiæ, etiam pro  
 ut informatur gratia. Si enim ex eo quod informatur pri  
 ma gratia (quæ fuit, verbi gratia, ut quatuor) ideò mere  
 tur quatuor alios gradus gratiæ, iā dabitur gratia ut octo  
 in illo primo instāti. Et tūc similiter ex eo quod informa  
 tur ipsemet actus contritionis gratia illa augmētata usq;  
 ad octo (si quidē in ipsemet instanti augetur, ut dicunt  
 aduersarij) iam acquireret nouum valorem, & merere  
 tur aliquem gradum gratiæ in eodem instanti confe  
 rendum. Et rursus, idemmet actus hac eademmet gratia  
 augmentata informatus, cresceret in valore, & augetet  
 eam amplius: & rursus hac informatus augetet eam  
 amplius, & sic in infinitum abiremus. Ne ergo ab

*Arguitur.*

*Respond.*

abeamus, sistamus in principio, & dicamus, quòd ille actus contritionis cum non sit nisi vt quatuor, non disponat nisi ad gratiam vt quatuor: vt verò informatur hac eadem gratia, non meretur gratiam, meretur tamen gloriam, gloriam inquam primam: quia, vt diximus, ex lege, & ordinatione Dei non est homo ille acceptatus in illo priori ad aliquam gloriam, etiam primam, quo ad vsq; eliciat actum contritionis. Atq; adeò augmentum glorie non promeretur, neq; gratiæ: sed primam gloriam, & nullo modo gratiam, vt explanatum est in secunda conclusione.

## Dubium, an dispositio ad gratiam in aliquo genere causæ procedat ab ipsa gratia.

XIII.  
Tractatur  
tissimè hæc  
questio.



**P**RAECEDENTIS longissimæ quæstionis primum argumentum explicare reliquum est: explicare autem minimè possumus, nisi in forma etiam scholastica disputemus, an vltima dispositio ad gratiam in genere causæ efficientis, ab ipsa procedat gratia.

Thomistæ affirmant, scilicet Caiet. 1. 2. q. 113. art. 8. Ferrara. 3. contra gentes. c. 153. Sot. 4. d. 14. q. 2. art. 6. & lib. 2. de Natura, & gratia. cap. 18. propositione. 3. Cano Relect. de poenit. p. 1. ad fin. Sylt. est in Rosa aurea super euangel. Dominica 24. q. 69. & idem videtur tenere Franciscus de Christo. q. 13. citata in. 3. d. 23. de actu fidei, & alij Thomistæ recentiores. Fauer S. Thom. in illa. q. 113. art. 8. ad. 2. sed & est alius qui Thomistas, & ipsum Thomistarum auctorem.

**A** thorem, & antesignanum præcessit, scilicet, Alexand. Alen. qui huic parti vehementer annuit. 3. part. quæst. 70. memb. 7.

Et quidem quod hæc sententia, quæ asserit contritionem elici à gratia, & charitate, sit vera, probatur primo, quia si contritio omnibus modis antecedit gratiam, iam remissio peccatorum antecederet gratiam: confessio quens est falsum, ergo. Probo sequelam: nam contritio causat expulsionem peccati, etiam effectiue, vt expressè habet S. Tho. 3. p. q. 85. art. 2. ad. 3. nec apparet quòd in aliquo signo intelligere possimus illum actum, quin in eodem intelligamus remissa peccata. Si ergo prius omnibus modis est contritio quam gratia, iam remittuntur, & expelluntur peccata ante introductionem gratiæ: quod est absurdum dictu, cum gratiæ effectus formalis, & proprius sit peccata remittere. Confirmatur, quia non est dicendum quòd contritio procedat ab homine peccatore, procedit ergo ab homine grato, & sic à principio supernaturali, id est, à gratia: hæc enim sola est quæ facit hominem gratum de lege.

Argumentor secundo: Ille actus est dilectio Dei super omnia, vel formaliter, vel virtualiter, & est meritorius vitæ æternæ, vt longa quæstione precedenti abundè probauimus: quin & est eiusdem speciei cum cæteris actibus siue charitatis, siue poenitentiae: procedit ergo à gratia in genere causæ efficientis, & formalis. Confirmatur, hoc argumentum, licet confirmatione non egeat, nam se ipso corroboratissimum est. Confirmatur tamen, quia nisi potentia, vel causa sit constituta in actu primo, elicere actum secundum minimè potest. Quæ ergo ratione elicere homo actum contritionis, & dilectionis Dei super omnia poterit, nisi in actu primo supernaturali sit

S

confi-

Arguitur  
primò quòd  
contritio pro  
cedat à gra-

cōstitutus, scilicet, in gratia Dei? atq; adeo gratia quæ est actus primus, ordine nature præcedet omnem actum secundum meritorium, & supernaturalem, qualis est actus contritionis, vel dilectionis. Confirmatur secundò ex Gregorio homil. 30. in euangel. initio: Qui mente (inquit) integrum Deum desiderat, profectò iam habet quem amat: quia non posset Deum diligere, si eum quem diligit non haberet. Quid clarius? Vnde S. Tho. 1. 2. q. 110. art. 10. ad implendum mandatum diligendi Deum, prærequiri dicit charitatem infusam. Et Augustinus optimè tractatu. 74. in Ioann. in initio: Quomodo diligimus, ut Spiritum sanctum accipiamus, quem nisi habeamus, diligere non valemus? ergo negari non potest, quòd actus dilectionis, & contritionis, & alij huiusmodi, quantumvis sint dispositio ad gratiam, & charitatem, præsupponunt ordine rationis, & nature ipsam gratiam, & charitatem in homine.

Tertiò arguitur: quia ut Soto, & Thomistæ contendunt, in naturalibus vulgò nobis exempla suppetunt, quibus dispositiones disponentes ad aliquam formam efficiuntur ab ipsa forma, verbi gratia, apertio fenestree disponit ad ingressum aeris, & ex hac parte prior est aere ingrediente, in genere cause materialis: at efficitur apertio eadem in genere cause efficientis ab ipso aere ingrediente ut patet. Itè creatura in genere cause materialis prior est quàm actio transiens creandi, nam est eius subiectum: at in genere cause efficientis prior est creatio illa, nam efficit creaturam. Rursus negari non debet, imò nec in dubium verum quòd ultima dispositio ad formam ignis, quæ sit, verbi gratia, calor ut octo, prior est in genere cause materialis, quàm ignis ad quem disponit: at in genere cause efficientis, & formalis, prior est forma ignis, quàm

A teria prima, quàm sit ille calor ut octo: quandoquidem nullum accidens in materia præintelligitur formæ substantiali, sed forma præintelligitur omnibus accidentibus. Sic ergo contritione in genere cause materialis, & quæ dispositio est, præcedente gratiâ fieri potest: quòd gratia in genere cause efficientis, & formalis præcedat eam.

Vnica propositione respõdetur, quæ talis est. Nec potest esse, nec intelligi quòd cõtritio vel quæcũq; alia vltima dispositio ad aliquam formam, sequatur ex illa tantum ex causa efficiente. Ac proinde cõtritio efficitur à gratia, sed à potentia creata, idest, à voluntate cū auxilio Dei supernaturali, licet in eodè instanti sit gratia gratum faciens in subiecto. Hæc planè est sententia S. Tho. Aegidij, Dur. Palu. Sco. Capr. Ricar. Gab. Veg. & cõmunis. Principio S. Tho. 1. p. q. 62. ar. 2. ad. 3. sic loquitur: Triplex est conuersio in Deum, vna quidem per dilectionem perfectam, quæ est creature iam Deo fruente: & ad hanc conuersionem requiritur gratia consummata. Alia conuersio est quæ est meritum beatitudinis, & ad hanc requiritur gratia habitualis, quæ est merendi principium. Tertia conuersio est per quam aliquis præparat se ad gratiam habendam, & ad hanc non exigitur aliqua habitualis gratia, sed operatio Dei ad se animam cõuertentis. Certè si in nostra S. Thomas, verba iurasset, & ex proposito nostram vellet diffinire sententiam, ego non video quibus clarioribus verbis uti potuisset, quàm illis, scilicet, Cõuersio, per quam aliquis se præparat ad gratiam habendam, non prærequirit gratiam habitualem, sed operationem Dei, idest, auxilium Dei. Quod ut maius robur ostendamus habere, cõsideremus si placet cui nam argumẽto illam assignabat solutionem. Certè inquirebat; An Angelus indiguerit gratia, ad hoc ut se ad gratiam præpararet. Ecce dicit quòd

XIIII.  
Quòd vltima dispositio ad gratiam non procedit ab ipsa gratia.

Locus notanda S. Thom.

Primus locus.

ad ultimam illam dispositionem, qua se Angelus disposuit (de ultima enim loquitur, nam in Angelis cum in gratia creati fuerint, alia dispositio antecedens nulla fuit) non præsupponebatur gratia habitualis, sed auxilium. Sed ecce aliud testimonium. 3. par. quæst. 89. art. 1. ad. 2. vbi dicit: Actus primus pœnitentis se habet ut ultima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet, contritio: alij verò sequentes actus pœnitentis procedunt iam ex gratia, & virtutibus. Distinguit S. Tho. inter primam contritionem & ceteros subsequentes actus pœnitentis, & dicit quod isti iam procedunt ex gratia, insinuat apertè illum primum, scilicet, contritionem ex gratia non procedere. Verum est aliud apertius, meo iudicio, testimonium eiusdem S. Thom. 1. 2. q. 109. art. 6. in corpore, vbi sic loquitur: Duplex est preparatio voluntatis humanæ ad bonum (nota sunt verba D. Thomæ), una quidem qua preparatur ad bonum operandum, & ad Deo fruendum, & talis preparatio voluntatis non potest fieri sine habitualis gratiæ dono, quod sit principium operis meritorij, ut dictum est. Alio modo potest intelligi preparatio voluntatis humanæ ad consequendum ipsum gratiæ habitualis donum: ad hoc autem ut præparet se homo ad susceptionem huius doni, non oportet præsupponere aliquod aliud donum habituale in anima. Hæc ille. Quia tamen posset quis dicere mentem S. Thom. esse quod non quidem requiritur aliud donum, sed quod ipsum mer donum gratiæ habitualis sufficit ad hoc ut homo se præparet: & sic ipsa gratia habitualis præcederet præparationem, id est, actum contritionis: subdit S. Thom. sed oportet præsupponi aliquod auxilium gratuitum Dei interius animam mouentis, sive inspirantis bonum propositum, id est, actum dispositionis. Hæc vbi apud S. Thom. constat.

Alter locus  
S. Thom.

Tertius.

Atissimum est ad contritionem non prærequiri gratiam habitualem, sed auxilium. Et sic contritionem non esse effectiue ab habitu gratiæ, sed ab auxilio. Vnde cum. 1. 2. q. 113. art. 8. in corp. & ad. 2. dicit gratiæ infusionem esse primam in iustificatione, dici debet per gratiæ infusionem non intelligi à S. Thom. productionem habitus, sed motionem per auxilium: alioqui S. Thom. pugnaret secum. Licet aliter hunc locum S. Thomæ intellexerit Sor. 2. de natura & gratia. c. 8. paulò antè finem: cuius intelligentiam permulti sequuntur. Præter allegata loca est etiam alius eiusdem S. Tho. 2. 2. q. 24. ar. 3. ad. 1. qui huic parti fauet si attente legatur.

AEgidius in. 2. d. 28. q. 1. art. 3. eam expressissimè tenet. Nam sic loquitur: Non possumus nos sufficienter præparare ad gratiam, quæ est quoddam bonum habituale, sine gratia præcedente, quæ est diuina motio, vel diuina vocatio. Et paulò ante: Ergo ad infusionem, inquit gratiæ primò præcedit diuina vocatio, postea sequitur liberi arbitrij ad Deum conuersio, & postea à gratiæ infusio. Et infra: Gratia quæ est diuina motio præuenit liberum arbitrium, & sequitur gratia, quæ est doni habitualis infusio. Hæc AEgidius. Ad idem sunt pleraque alia eiusdem verba lib. 2. d. 5. q. 2. ar. 2. vbi differens, An Angeli indiguerint gratia, se ut in Deum conuerterent non semel aut bis, terve, sed centies, & millies repetit, talem conuersionem dispositiuam, qua se ad gratiam vltimò disposuerunt, à gratia auxiliij, seu à diuina motione processisse, & omnino fuisse priorem gratia habituali. Duran. in. 4. dist. 17. q. 1. num. 8. idem intendit, nam sæpè dicit, contritionem ordine naturæ antecedere gratiam, & nunquam dicit ex ea sequi. Et q. 2. num. 7. ad. 1. arguit idem rursus insinuat. Capreolus in. 4. d. 14. q. 2. ar. 3. ad. 1. Henrici quodlib. 5. q. 23. di-

Quartus.

Alij auctores pro hac sententia.



cit sic: Non oportet quòd dispositio positiua ad gratiam, **A**  
 scilicet, detestatio peccati, & appetitus iustitiæ procedat  
 à gratia gratum faciente, sed à motione auxiliij. Et ad idè  
 refert S. Thomam multis in locis, & Bernardum de Gan  
 naco in impugnatione prædicti quodlibeti Herici. Idem  
 tenet Gab. in. 4. d. 14. q. 1. art. 2. sed & Scotus in. 4. eadem  
 distinctione. q. 2. ar. 1. & 2. Ricar. Palude & omnes antiqui  
 idem asserunt. Et ex modernis Vega lib. 6. super. 6. Sessio.  
 Concil. Trid. c. 28. ex mente Scoti. Et. c. 29. idem repetit,  
 & apertius. c. 35. dicens: Fatemur dilectionem Dei super  
 omnia non esse sine charitate, sed charitatem infusam  
 præcedere hanc dilectionem (loquitur de dilectione que **B**  
 est vltima dispositio) hoc negamus. Et mox: Scio hoc vl  
 timum nobiles authores de cõtritione defendisse (quod  
 scilicet, ab habitu gratiæ & charitatis eliciatur.) Mihi ta  
 men, vt cum venia eorum dixerim, inintelligibile appa  
 ret dari à Deo charitatem propter dilectionem, & conti  
 tionem, & tamen charitatem esse dilectionis causam, &  
 ex consequenti ipsi priorem. Et opusc. de iustifi. de hoc  
 latius. Et de doctoribus satis vt ex ultimo dictum est.

**XV.** **P**robatur nunc à me paucis, (licet multis probare ef  
 fet facile.) Primò quidem, quia satis est conformis **C**  
 modo loquendi Concilij Trident. Sessio. 6. cap. 5. & can.  
 3. & 4. asserentis, per internam Spiritus sancti illumina  
 tionem, per gratiam præuenientem, per inspirationem  
 præuenientem Spiritus sancti, & eius adiutorium per ex  
 citationem, & motionem Dei se hominem præparare,  
 atq; disponere ad iustificationem. Illis autem verbis pla  
 nè Concilium significare non solet donum gratiæ ha  
 bitualis, aut habitum charitatis, sed solum auxilium. Eo  
 ergo auxilio se homo vltimo præparat, atque disponit:  
 Vtque habet idem Concil. cap. 7. hanc dispositionem, seu  
 præpa-

**A** præparationem iustificatio ipsa consequitur, &c. Fit ita  
 que quòd iustificatio nulla ratione antecedit dispositio  
 nem, & sic neque gratia præcedit contritionem qua dis  
 ponimur.

Secundò: Commodum satis est illud Zachariæ: Con **Zach. 21**  
 uertimini ad me, & ego conuertar ad vos: Prior ergo est  
 conuersio nostri ad Deum per contritionem, & dilectio  
 nem, quàm Dei ad nos per gratiam, & iustificationem.  
 Ex quo sic deducitur argumētū: Ridiculum esset quòd  
 Deus diceret alicui, Si tu videris, ego dabo tibi potentiã  
 visiuam, si ambulaueris, dabo tibi pedes, quibus, scilicet,  
**B** videas, & ambules. Sed sanè eãdem risus materiam obij  
 cit qui dicit, quòd Deus exigit à nobis contritionem, vt  
 det gratiam, si contritio elici nõ potest nisi à gratia. Dici  
 ergo debet, contritionem non elici ab ipsa gratia habitua  
 li, sed eam præcedere: ac proinde Deum meritò, & iusta  
 de causa præexigere à nobis contritionem, & dilectionem  
 ad hoc vt det ipsam gratiam, & remittat peccata: iuxta il  
 lud conuertimini ad me. &c. Et, Dimissa sunt ei peccata **Luc. 7.**  
 multa quoniam dilexit multum. Et, Si quis diligit me di  
 ligetur à patre meo, & ego diligam eum. Et, Si quis dili **Ioan. 14.**  
 git me, pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & **Ioan.**

**C** mansionem apud eum faciemus. Quasi aperte diceret,  
 gratiam habitualement minimè daturum se nobis (per  
 hanc enim solam dicitur tota Trinitas ad nos venire, &  
 mansionem apud nos facere) nisi prius nos ipsum dile  
 xerimus. Vnde cum de præsentis bis dixisset, Si quis  
 diligit me, de futuro subiicit, Diligetur à patre meo, &  
 ego diligam eum, & Pater meus diliget eum, & ad eum  
 veniemus, &c. Vt his futuri temporis verbis insinuaret,  
 prius nos ipsam debere diligere, scilicet, per dilectionem,  
 & contritionem, qua nos ad gratiã disponimus, quã ipse de  
 ligat

ligat nos, conferendo scilicet gratiam gratum facientem, A  
cæterosq; diuinos habitus.

Obicitur.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 4.

Psal. 58.

Proh. 8.

Sap. 6.

Respondetur

Quomodo  
nos prius dili-  
gamus Deū,  
quam Deus  
nos, & econ-  
uerſo.

Ratio effi-  
cax pro no-  
stra conclu-  
sione.

Quod si iam diu sese tibi offert illud S. Ioann. Non  
quod nos prius dilexerimus eum, sed quia ipse prior dile-  
xit nos. Et illud Bernar. Epist. 107. Libenter amor Dei no-  
strum, quem præuenit, sequitur. Et illud quod canit Ec-  
clesia, Tua nos domine gratia semper præueniat, & se-  
quatur. Et Psalm. Misericordia eius præueniet me. Et qui  
mane vigilauerint ad me inuenient me. Et, In foribus as-  
sidentem inueniet, &c. quibus asseritur Deum nos prius  
diligere Deiq; gratiam præuenire nos. Accipe facillimā  
solutionem (nam te vsq; ad aliorum argumentorum so-  
lutiones suspensum, & anxium deinere nolo.) Dico er-  
go priorem esse gratiam Dei, quam nostri illi actus: non  
tamen gratiam habitualem, sed auxilium, vel gratiam  
præuenientem, & excitantem, qua Deus priusquam in-  
fundat habitum, vel iustificet, mouet nos ad actus illos.  
Atq; adeò nullo ordine neq; temporis, neq; naturæ, sed  
neq; rationis, gratia gratum faciens antecedere potest no-  
stros illos actus dispositionis. Hanc explicationem iam  
olim adduxerat Aegidius in 2. d. 27. quæst. 1. ar. 4. dub. 1.  
lateralis, & d. 5. q. 2. ar. 2. §. Tenebimus ergo, & alij antiqui  
& ex modernis Vega, lib. 6. c. 29. & 35. in solut. ad. 7. obie-  
ctionem.

Tertio probatur conclusio: Impossibile est formam in-  
telligi aliquid operari, quo ad vsq; præintelligatur recep-  
ta in subiecto: esse enim supponitur ad operari: habet au-  
tem esse vnaquæq; forma, præsertim si sit accidentalis,  
qualis est gratia, per hoc quod producit in subiecto, er-  
go implicat formam efficere dispositionem necessariam  
ad suum introductionem: alioqui prius natura efficeret  
quam introduceretur: & consequenter prius natura effi-  
ceret

A ceret quam esset. Vnde aut dicendum est quod gratia  
non efficit contritionem, aut quod contritio, vel dilectio  
Dei non sunt dispositiones ad introductionem gratiæ.  
Horum secundum dici sine periculo erroris non potest,  
propter Concilium Tridentin. Sessio. 6. sæpè contritio-  
nem, & dilectionem dicens esse dispositiones ad iustifica-  
tionem, quod bene explicat Vega, lib. 6. c. 28. dici ergo de-  
bet primum. Confirmatur, nam & si gratis daremus, vl-  
timam dispositionem ad aliquam formam, verbi gratia,  
calorem vt octo, præcedere formam ignis in ratione cau-  
sæ materialis, consequi verò ab illa in genere causæ effi-  
cientis: at quando vltima dispositio est actio, id omninò  
fieri repugnat. Quomodo enim actio, quæ procedit à  
forma, verbi gratia, visio à potentia visiuā, poterit in ali-  
quo genere causæ præcedere ipsam formam? cum ergo  
contritio, & dilectio Dei actiones quædam sint, impossi-  
bile omnino est quod si ex gratia procedunt, disponant  
ad ipsam gratiam, sintq; ea priores. Confirmatur secun-  
dò, Quod lux, cum recipitur in aere in primo sui esse illu-  
minet parietes, tectum, & pauimentum, hoc quidem op-  
timè intelligitur, quoniam verissimum est. Cæterum  
quod ipsa illuminatio, quæ ab illa luce efficitur, sit dispo-  
sitio ad receptionem ipsius lucis in aere, hoc quidem ab-  
surdissimum dictum est, & penitus inintelligibile, & incre-  
dibile, neq; ego, omnes licet Thomistæ vno ore asserer-  
ent quin tametsi omnes philosophi in vniuersum dice-  
rent, existimarem quidquam habere probabilitatis, & mul-  
tò minus veritatis.

Quartò: Non apparet quomodò gratia habitualis  
sit nobis libera, & voluntaria, si prius nobis infunditur  
quam nos habeamus motum liberi arbitrij, quo ad eam  
præparemur. Ea quippe ratione quædam alia gratiæ præ-

T uenien-

uenientes, & excitantes, vt vocatio, illuminatio, &c. non A  
 censentur esse nobis voluntariæ, quia nimirum prius no-  
 bis Deus eas exhibet quàm eis nos consensum præbea-  
 mus, aut quouis modo nos ad illas præparemus. Ergo vt  
 gratiam habitualement dicamur nos sponte, & vltro susci-  
 pere, necessum est vt omninò prius nos ad eam præpare-  
 mus, eo scilicet, præparationis genere, quod ab ipsamet  
 gratia habituali minimè proficiscatur, sed ab auxilio spe-  
 ciali. Nam si præparatio procedit ab ea gratia, iam gratia  
 absq; consensu nostro nobis infusa præintelligitur. Porro  
 qui vim harum argumentationum nò videt, accuset tar-  
 ditatem suam, vel potius cæcitatem, qua ignorantissime B  
 laborat. Nam vniuersa scriptura, atq; concilia, & Doctores  
 ecclesiæ consensum nostrum, & cooperationem nostram  
 liberam exigunt à nobis, quibus idonei efficiamur gratiæ  
 suscipiendæ. Et quanuis talis noster consensus, ac libera  
 cooperatio sine diuina gratia haberi non possit, nempe  
 sine gratia auxilij præuenientis, & excitantis: at cum illi  
 consensum præexigat Deus, ad hoc vt conferat gratiam  
 habitualement, dici debet quod talis consensus ab ipsa habi-  
 tuali gratia minimè proficiscatur.

*In naturalibus  
 ultima  
 dispositio nō  
 est à forma.*

Quintò tandem de naturalibus tantisper Philosopho-  
 mur: In his sanè vltima dispositio ad formam producit C  
 effectiue formam tanquam instrumentum generantis,  
 (imò sunt qui dicant, etiam contritionem effectiue attingere  
 gratiam) ergo non potest dispositio effectiue esse à  
 forma: alioqui in eodem genere causæ efficientis, sibi al-  
 ternis essent causæ, quod implicatorium est. Confirmatur  
 fortissimè: quia toto tempore quo est vltima dispositio  
 ad formam ignis, non est forma ignis, in via Thomistarum:  
 asserunt enim resolutionem omnium accidentium fieri in  
 generatione rei vsque ad materiam primam.

Rur-

A Rursus cum primò est forma ignis, non est vltima illa  
 dispositio, sed fuit toto tempore præcedenti. Qua ergo ra-  
 tione hæc dispositio fiet ab ipsa forma, cum forma tunc *Fuga aduerso-  
 riorum.*  
 non fit? Sed dicunt, calorem, qui est vltima dispositio ad  
 ignem, non esse illum qui præcedit, sed alium, qui simul  
 tempore cum forma ignis aduenit: & hic, inquit, sequi-  
 tur ex forma ignis in genere causæ efficientis, præcedit  
 verò eam in genere causæ materialis. Hoc mihi vt & alijs  
 aridebat olim. Verùm re maturius considerata, non vi-  
 deo, quomodo calor, qui simul cum forma ignis produci-  
 tur, quicquid est eius proprietatis & affectio fluens ex princi-  
 pijs essentialibus ignis, & ex vi vnionis formæ cum mate-  
 ria, disponat ad ipsam vnionem, & præcedat eam in ali-  
 quo genere causæ. Est quidem calor iste dispositio conco-  
 mitans formam ignis, necessariusq; ad eius in materia cō-  
 seruationem, non verò ad introductionem, magis quàm  
 anima requirit potentias animales ad sui vnionem cum  
 materia, quanuis ad cōseruationem requirat. Dicunt & *Refutantur.*  
 quidem subtiliter ex D. Tho. 1. p. q. 76. ar. 6. ad. 1. & de Spi-  
 ri. creat. ar. 3. ad. 20. & q. de Anim. ar. 9. formam substantia-  
 lem. v. g. formam hominis præhabere in se diuersos gra-  
 dus, scilicet, entis, corporei, vegetatiui, sensitiui, &c. quos *Alia fuga  
 subtilior.*  
 C communicat materię in eodem instanti temporis, quo  
 ei vnitur. Et quidem ad formam secundum. 1. aut. 2. gra-  
 dum, non opus est dispositione ex parte materię: nam  
 materia seipsa satis est disposita ad illos gradus: & sic di-  
 xit S. Thom. 1. p. q. 76. ar. 6. formam immediatè vniri ma-  
 terię. A verò ad vltiores & perfectiores gradus requi-  
 runtur dispositiones, & istæ procedunt à forma secun-  
 dum priores eius gradus, in genere causæ efficientis & for-  
 malis: & præcedunt eam secundum alios, in genere cau-  
 sæ materialis: vt verè dixerit D. Thom. 2. contra gent. c.  
 71. omnem formam vniri materię dispositæ.

Cæterum hæc licet subtiliter dicta sint, adhuc impossi-  
 bile est

*Refutatur  
hæc philoso-  
phis duplici-  
ter.*

bile est quòd in genere causæ materialis præcedat res sua  
causam efficientem: nam licet dispositio præcedat formã  
secundũ vltiorem gradum in genere causæ materialis,  
quia ad illam disponit: at non sequitur ex illa secundum  
illum gradum tanquã ex causa efficienti, sed secundũ  
aliũ priorem. Rursus licet sequatur ex illo priori gradu  
in genere causæ efficientis, at non præcedit illum in ge-  
nere causæ materialis, sed aliũ: quia illum primum iam  
præsupponit vnitum materiæ, & sic ad eius vñionem nõ  
disponit. Sed prescius adhuc philosophemur. Certè for-  
ma ignis. v.g. non habet vt sit principiũ caloris secundũ  
priores & superiores illos gradus essendi & corporei, sed  
secundum gradũ ignis: ac proinde talis calor nõ solũ præ-  
supponit formã vnitam materiæ secundũ illos gradus, sed  
etiam secundum gradũ ignis: & consequenter sicut non  
disponit ad illos priores, ita nec ad gradum ignis: & sic ne-  
quit fieri, quòd aliqua res disponat ad productionem suæ  
causæ efficientis. De quo leg. Arist. 12. met. 16. & Aug. lib.  
de Immort. ani. c. 3.

*Quis calor  
dicatur ul-  
t. disp. ad ignẽ.*

Quòd si percõteris, Quis calor disponit ad introductio-  
nem formæ ignis in materia? Dico calorem alterum, qui  
tempore præcessit formam ignis. Dices: Si calor iste non  
est in illo instanti temporis, quomodò est vltima disposi-  
tio ad ignem? Dico, fat est, quòd fuerit toto tempore præ-  
cedenti, ita vt primum esse ignis sit primum non esse  
illius caloris: & huius suppetunt vulgò exempla in natu-  
ralibus. Sed adhuc contendis, dispositionem illã non esse  
vltimam, eò quòd non est calor vt octo, vel in summo,  
siquidẽ tantus calor non datur nisi vbi est ignis, ignis au-  
tem tunc nondũ est. Dico, adhuc ille calor est vltima dis-  
positio ad ignẽ: nã licet non sit summus, tamen citra sum-  
mum est maximus, ac proinde est tantus, vt non possit  
dari maior quin sit ignis.

XVI.

*Argu. resp.*

¶ Argumentis initio factis respondemus. Primæ obiectio-  
ni,

**A** ni, qua tangitur punctum longè difficillimum, quidam  
dicunt verum esse quòd contritio expellit effectiue pec-  
catum: verum id facit in quantum ipsa procedit à gratia,  
atq; adeò non sequitur quòd antecedenter ad gratiã sint  
remissa peccata, vt Caiet. 3. par. q. 86. ar. 6. Soto in. 4. d. 14.  
q. 3. ar. 6. Ledesma. 4. p. q. 27. ar. 1. & 6. & alij. Itaque dicunt  
quòd contritio expellit peccatum in quantum ipsa pro-  
cedit à gratia: à gratia inquã, non habituali, vt perpe-  
ram intellexit Soto, sed à gratia auxiliij specialis. Et qui-  
dem quòd contritio vt procedens à gratia habituali, nõ  
possit effectiue remittere peccata, patet, quia omnis for-  
ma prius communicat suum effectum formalem subie-  
cto, quã aliquid efficiat, vt videre licet in calore, qui  
prius informat aquam, quã in illa calefaciat rem aliam,  
& lux prius recipitur in aere, & facit illum lucidum, quã  
illuminet domum. Ergo similiter gratia habitualis prius  
dat suum effectum formalem, qui est remittere peccatũ,  
& facere subiectum iustum, bonum, & gratum Deo,  
quã efficienter aliquid agat vt verissimè dixit AEgi-  
dus in. 2. d. 26. q. 1. art. 3. in solutione ad. 4. Atq; adeò si gra-  
tia agit effectiue contritionem, iam præintelligitur ordi-  
ne rationis expulsum peccatum, quia ille est suus effe-  
ctus formalis: & consequenter ipsa contritio non poterit  
illud efficienter expellere, quandoquidem in instanti na-  
turæ, quo ipsa contritio intelligitur esse, iam intelligitur  
expulsum peccatum. Ex quo fit quòd si contritio debet  
effectiue pellere peccatum, vt vult S. Tho. id debet effi-  
cere in quantum procedit à gratia auxiliij specialis, & an-  
tecedit gratiam habituaalem.

Sed tunc stat, curritq; adhuc primum argumẽtum:  
nam si antecedenter ad gratiam habituaalem contritio re-  
mittit peccatum, iam ergo antecedenter ad gratiam ha-

*Contritio an  
effectiue re-  
mittat pecca-  
ta.*

*Obijcitur  
adhuc.*

T 3

bitua-

bitualem remittuntur peccata, & sic non erit remissio peccati effectus illius gratiæ. Propter hoc argumentum omnino dicendum est, quod contritio non expellit effectiue peccata, sed neq; formaliter, vt videtur concedere Sot. 2. de Nat. & grat. c. 18. prope finem: sed solum dispositiue, & in genere causæ materialis, eo modo quo causat ipsam gratiam. Itaq; causat gratiam, & remissionem peccati disponendo ad vtramq;, & ideo vtriq; præsupponitur: quæ est nostra sententia. Quod verò obijcitur ex S. Thom. 3. p. q. 85. ar. 2. ad. 3. vbi ait, contritionem effectiue expellere peccata, alibi explicandū est, nam varias habet explicationes. Pro nunc verò, facilius ea est, vt intelligatur de efficientia morali, quæ ad genus causæ efficientis referri potest. Idque facit disponendo ad gratiam, qua formaliter expelluntur peccata. Ac proinde non sequitur quod ante infusionē gratiæ præintelligantur remissa peccata per contritionem.

Sed explicatius adhuc nodum hunc dissoluamus, ipsum prius hac obiectione prescius firmantes, & implicantes. Nam obijcitur: Cōtritio inuoluit dilectionem Dei su per omnia, imo præsupponit eam, eò quod ab illa causatur, vt habet D. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 2. ad. 2. & ar. 8. latius & 3. p. q. 85. ar. 5. & 6. ergo supponuntur peccata remissa, & homo constitutus in gratia, alioqui (vt dicitur in confirmatione) dilectio, & contritio procederent ab homine peccatore. Respondetur quod secundum rem non procedunt nisi ab homine iusto, quando quidem in illo instanti temporis iam habet homo gratiam: cæterum ordine naturæ, & rationis non est incommodum quod intelligantur actus illi dilectionis, & contritionis procedere ab homine peccatore, quia cū rectitudo illorū actū in illo priori sit facile transiens, & per modū actus secūdi, obliquitas

autem

A aut peccati sit per modū habitus, & per modū actus primi in voluntate, non opponuntur istæ duæ formæ, atq; idè in illo priori intelligitur ille homo vt in peccato, & vt inimicus Dei per modū actus primi, & simpliciter: at verò per modū actus secundi, & imperfectè amicus Dei, & iustus. Ad hoc etiam propositum plurimum facit sequentis argumenti solutio.

A D secundum ergo responderetur: admitto illum actū esse dilectionis Dei super omnia & quod homo ille Deum diligit. Et cum obijcis, ergo & diligit eum Deus, ergo & in illo priori habet gratiam quæ faciat eum obiectum diuinæ dilectionis, Responderetur quod in illo priori illum hominem diligit similiter Deus, scilicet, per modū actus secundi, & secundum quid, id est, diligit illum actū, non verò hominem, quoniam adhuc homo intelligitur sub peccato per modum actus primi: & idè non oportet quod in illo priori intelligatur, vt habēs gratiam. Sed

B instas: Ille est actus charitatis, atq; eiusdem speciei cum cæteris charitatis actibus, est ergo actus amicitiae mutue. Non ergo stat intelligere illum hominē, vt diligentem Deum, sine eo quod etiam Deus illum diligit. Responde tur, concedo quod Deus illum diligit eo modo quo ipse

C Deum. Ipse autem non diligit Deum in illo priori perfectè, nec intelligitur adhuc vt perfectus eius amicus, nisi tantum secundum quid, id est, in actu secundo, remanente inimicitia per modum actus primi. Sic ergo Deus diligit illum per modum actus secundi, id est, diligit illum actum, & odio habet hominem. Ad id vero quod amplius petebatur in argumento, dico, actum quidem illum meritorium esse gloriæ, non tamè idè quia elicitur à gratia, aut charitate: sed quia elicitur ab auxilio Dei, & informatur gratia in esse meriti, vt ex Francisc.

de

XVII.

Quomodo  
Deus diligit  
eum qui ha-  
bet cōtritio-  
nem. 3

Replica.

Solutio.

de Christ. d. 23. q. 13. vidimus supra. Cum enim, ut sæpè di-  
ctum est, pro illo instanti temporis iam sit homo ille in  
gratia: & ex alia parte actus ille eliciatur à principio su-  
pernaturali, scilicet ab auxilio non est negandum quòd  
sit meritorius, quod negant quidam ut supra. §. 1. Neque  
verò oportet, ut omnis actus meritorius à gratia, & cha-  
ritate procedat, quod Canum fefellit de pœnit. p. 1. ut su-  
pra. Neque tandem quatuor illos modos referendi ali-  
quem actum meritorium sequi oportet, quos posuit Vi-  
guerus, Institut. Theolog. cap. 9. §. 3. versic. 4. Quòd si S.  
Thom. 1. p. q. 62. ar. 4. ad. 2. & 12. q. 114. ar. 4. & 2. 2. q. 2. ar. 9.  
& in. 2. Sentent. d. 28. & 40. & ubique locorum exigit ad  
actum meritorium, quòd sit à gratia & charitate, hoc ià  
explanatum relinquatur supra. §. 8.

*Prima dile-  
ctio, & con-  
tritio sunt  
eiusdem spe-  
ciei cum alijs  
quæ deinde  
eliciuntur.*

Petebatur etiam in secundo argumento, an ille actus  
sit eiusdem speciei cum reliquis, qui deinde ab habi-  
tibus proficiscuntur. Respondetur affirmatiuè, quia in idè  
obiectum formale, & sub eadem ratione formali tendunt.  
Quod verò isti ab habitu, & ille à potentia cum auxilio  
eliciantur, speciem non mutat: nã similiter in habitibus  
acquisitis actus elicitus ab habitu temperantiæ eiusdem  
speciei est cum eo, quem sola potentia in principio ac-  
quisitionis habitus, elicit. Si enim eiusdem speciei non  
ellet, certè ex illo, alijsq; eiusmodi, habitus vnus speciei  
generari non posset: licet negari non debeat actum ab ha-  
bitu simul cum potentia profectum, perfectiorem esse.  
Et sic actus dilectionis, qui deinde à charitate elicitur,  
perfectior est actu illo dilectionis, qui est dispositio, & à  
solo auxilio producitur, & non à charitate.

Ad confirmationem primam respondetur, iam præ-  
intelligi potentiam, ut constitutam in actu primo, cum  
elicit illum actum, scilicet, per modum transeuntis. Et ad  
hanc

A hanc constitutionem satis est auxilium. Ita multi.

V Eruntamen prætereūda nobis non est difficultas ista  
Thomistæ, Capreol. 4. d. 49. ad finem, Soto, ibi. q. 2.  
ar. 4. Ferrar. 3. cont. Gent. c. 54. Caie. 1. p. q. 12. ar. 5. quibus ip-  
se D. Tho. patrocinari videtur. 12. q. 65. ar. 2. & 22. q. 75. ar. 3.  
ad. 2. & de verit. q. 2. ar. 2. censent, ad hoc ut homo eliciat  
actum dilectionis, vel visionis beatificæ, vel fidei, &c.  
adeò esse necessarium ut potentia sit constituta in actu  
primo per habitum, ut oppositum de potentia Dei abso-  
luta fieri nequeat. Probatur. 1. Respectu illarum operatio-  
num habet se voluntas vel intellectus ut causa principa-

XVIII.  
*An voluntas  
sine habitu  
possit elice-  
re actum su-  
pernaturalis =  
lem, &c.*

B lis, ergo necesse est ut operetur per virtutem intrinsecã,  
per quam sit constituta in actu primo. Sed ad id, auxiliũ,  
cum non inhæreat, non sufficit. Patet, quia illud auxiliũ  
& motionem etiam habent instrumenta, & tamen per  
hoc non sunt causæ principales. Rursus. Actus eiusdem  
speciei non potest elici nisi à causa, quæ vel formaliter,  
vel eminenter sit eiusdem speciei, id est, contineat in se to-  
tam illam perfectionem specificam, quam debet trãsfun-  
dere in effectum. Sed voluntas, secluso habitu charitatis,  
non habet in se aut formaliter aut virtualiter illam entita-  
tem vel perfectionem supernaturalem, quã debet trans-  
fundere in actum dilectionis Dei super omnia: ergo talè  
actum non poterit elicere voluntas, si præscinditur habi-  
tus. Nam dicere quòd auxilium dat voluntati ut conti-  
neat in se supernaturalitatem illius actus, penitus est fal-  
sum. Tum quia ipsi auxilio debet præintelligi causa, si  
verè causa est: & consequenter ante auxilium debet præ-  
habere in se perfectionem sui actus, vel effectus, tum  
quia illud auxilium cum non inhæreat, non potest dare  
voluntati ut sit causa, si ipsa aliàs non sit causa. Breuiter  
respondeamus.

*Arg. 1. quòd  
nò possit.*

*2. arg. 2*

V Sunt

**Primus modus dicendi in hoc dubio. Refutatur.** Sunt qui dicant, Voluntatem ipsam suapte natura esse constitutam in actu primo respectu illius dilectionis: & ab auxilio non recipere nisi complementum quoddam ad exercitium operationis. Iste tamen modus refutatur, quia, ut dixi, causa præhabere debet in se totam perfectionem, quam debet transfundere in effectum: at voluntas de se non continet perfectionem actus supernaturalis, cum ipsa sit de genere naturalium, atque adeo inferioris ordinis, ergo. Alij dicant, Voluntatem constitui in actu primo per modum quendam se habendi ipsius voluntatis, quæ acquirit ex vi & efficacia diuini auxiliij. Veruntamen, vel iste modus est naturalis, & tunc non erit potens dare voluntati facultatē ad actum supernaturale: Vel est supernaturalis, & tunc erit realitas aliqua distincta à voluntate, & superaddita, quod ipsi negant, & meritò, ut iam probò. Vnde. 3. dicunt alij, hoc quod superadditur voluntati esse qualitatem & realitatem supernaturalem, distinctam à voluntate, quæ tamen non habet rationem habitus, sed dispositionis transeuntis. At facile & hoc refutatur, nam postquam ista est verè qualitas recepta in voluntate, intelligibile est quòd nō sit charitas, cum inclinet in idem obiectum formale, & sit principium actus charitatis eiusdem speciei. Sicut calor ignis & aquæ, & lumen Solis & stellarum, sunt eiusdem speciei. Alij. 4. dicunt, hoc quod superadditur voluntati non esse qualitatem, sed motionem quandam, seu vsum passiuum, quo voluntas mouetur à Deo ad illum actum. Reijcitur hoc, nam per motionē istam nunquam dicitur agens constitui in actu primo: nam instrumenta similem motionem passiuam habent, qua mouentur à principali agenti, & tamen per hoc non constituuntur in esse causæ.

XIX.

Refolutio

¶ Est conclusio: Potest volūtas creata producere actū dile-

**A** dilectionis Dei super omnia sine habitu charitatis. Patet, quòd potest quia de facto ante instans iustificationis elicit actum attritionis, timoris seruilis, & alios, qui re vera sunt supernaturales: & tamen non elicit eos mediante habitu supernaturali, sed solo auxilio, ut de se patet. Rursus de facto voluntas habens charitatem remissam, elicit sæpenuerò dilectionem intensam: alioqui nunquam charitas augeretur in hac vita, in via S. Tho. At ille excelsus non videtur, quòd ab habitu proueniat, sed à potentia cum auxilio: iam ergo voluntas nostra potens est in aliquid, respectu cuius non est constituta in actu primo per habitū. Tertiò: quia **B** si tota causalitas & actiuitas prouenit ab habitu, iam volūtas sic se haberet ad diligendum Deū, sicut se habet aqua ad calefaciendum, suscepto calore, quod falsum est: nam voluntas intrinsecè est potentia volitiua & productiua amoris & dilectionis. Tameñ autem aliquando propter excellentiam obiecti ipsa de se non sit satis proportionata ad eliciendum actum perfectum, nō ideo tollitur quin sit causa: & si iuuetur speciali Dei auxilio, possit sine aliquo superaddito perfectè ferri in bonum illud. Vnde per auxilium non constituitur voluntas in actu primo: nam ipsa de se habet actum primum in ordine ad omne diligibile, sicut intellectus ad omne intelligibile, & visus ad omne visibile. Per hoc tamen quòd aliquod sit visibile aut intelligibile tam excellens, ut illud potentia attingere perfectè nō valeat, non tollitur quin potentie verè sint causæ respectu omnis visibilis & intelligibilis, & omnis visionis & intellectionis. Quartò: Deus nō potest producere istum actum dilectionis, nisi per voluntatem nostram: signum ergo est quòd voluntas propria virtute concurrat ad talem effectum tanquam causa. Alioqui ita posset mediante aqua vel lapide produci dilectio, si vo-

quòd potest voluntas sine habitu.

¶ 6.

Nota hanc rationem.

Voluntas ante habitum, uel auxilium est vere causa actuum supernatur. in ceter non proportionata.

Alia ratio efficax ad idem.

V 2

lun-

luntas non habet aliquem concursum ex proprijs, quem non habet aqua.

Argumentis  
resp.

Ad primum ergo dico, antecedenter ad habitum, vel auxilium iam voluntatem esse causam constitutam in actu primo, vt explicauit. Ad. 2. dico, continere voluntatem totam illam perfectionem, quam debet in supernaturalem actum transfundere: at non continet eam perfectè, sed radicaliter & inchoatiuè: in quantum est radix & principium diligendi, vt patet. Ideò enim aqua non est de se causa caloris, quia neq; radicaliter, neq; imperfectè eum continet, &c.

XX.  
Exemplum  
de aere in-  
grediente,  
& apertio-  
ne fenestree  
refutatur.

**A**D. 3. argum. initio positum, dico, apertio fenestree ab aere quidem procedit in genere causæ efficientis, tamen non præcedit ipsum in genere causæ materialis, siquidem, vt patet, non disponit ad ipsum. At ad ipsum aeris ingressum, qui habet se veluti forma producta per actionem aeris, sic apertio quidem disponit præceditque ipsum in genere causæ materialis, cæterum non efficitur ab ipso ingressu, id est, non procedit ab eo in genere causæ efficientis, sed formalis. In genere verò causæ formalis & materialis nihil inconuenit vnã rem esse priorem & posteriorem alia. Quod exemplis probant Aegid. 2. d. 2. 8. q. 2. art. 1. ad. 3. Alexan. 3. p. q. 70. memb. 6. Itaque hoc exemplum de aere, inane est, & leue, non secus ac ipse aer. Licet magnum pondus habere, dicat Sot. 4. d. 14. q. 2. ar. 6. & lib. 2. de nat. & gra. c. 18. prop. 3. Aliud exemplum nihilo deseruit, siquidem actio non est causa efficiens rei. Vltimum uerò satis explicatum arbitror in superioribus.

QV AE:

**A** **Q V A E S T I O**

**SECUNDA POSITIVA,**

de literali illorum versuum intelligentia ex Psal. 67.

*Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa:*

*Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia:*

*Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsii eius in pallore auri.*



**V**NA est trium horum versuum intelligentia, & vniuscuiusq; sensus, atq; constructio ab alterius sensu vicissim pender. Atq; hac de causa simul eos oportuit proponere, simul exponere, si vnius eorum inuestiganda erat interpretatio.

**C**OPportunum autem mihi videtur, ne dicam necessarium, animaduertere id quod à plerisq; nostra tempestate malè intellectum, ad sanctarum scripturarum expositionem præcludit viam. Sunt enim qui in veteris testamenti voluminibus, præsertim in psalmis, nullas audent interpretationes adducere, neq; ab alijs adductas approbare, si nouum aliquid quod à sanctis patribus acceptum non fuerit, præferre videantur. Ego verò cum Caietano, præfatione in Pentat. veneratus in primis & sanctos patres, & eorū studia, & sanctissimas expositiones,

I.  
Quòd sc̄sus  
literals plu-  
rima est ha-  
benda ratio.

V 3 mini-



Minimè formidabo præsentia Davidis carmina, noua aliâ qua adhibita interpretatione, declarare.

Animaduertendum autem est in scholis potissimè, in quibus nunc agimus, & in quibus de fide, & religione disputationes instituuntur, perquam necessarium esse omnè studium, & omnem diligentiam impendere in sensu historico, siue literali tradendo. Si enim à simplici & abvsi tata verborum interpretatione, & ab sensu historico, què primò voces faciunt, sermo ad arcanas illas mysticasq; sententias traducatur, nulla ferè vis reliqua est sacre scripturæ ad veritates fidei deducendas, aut ad refutandos errores, vel ad alias scholasticas disputationes pertractandas. Hæc planè est sententia D. Dionysij, dicentis, Theologiam Symbolicam non esse argumentatiuam. Et August. in epist. ad Vincentium Donatistam, quæ est. 48. Et Hieron. Matth. 13. Parabolæ, & dubia ænigmatum intelligentia non possunt ad auctoritatem dogmatum proficere. Quod ex scholasticis tractat Castro lib. 1. de heresib. cap. 3. & tangit Durand. in. 2. d. 6. quæst. 1. num. 4. Alia est etiam ratio ob quam de historico sensu multùm curandum est, quia iste sensus fundamentum est planè totius spiritualis ædificij. Gregor. homil. 40. in Euangel. In verbis, inquit, scripturæ prius est seruanda veritas historiz, & post requirenda spiritualis intelligentia. & August. lib. 8. super Genes. ad lite. cap. 7. tom. 3. de quatuor illis paradisi fluminibus loquens. Et lib. 17. de ciuitate. c. 3. tom. 5. & Hierony. lib. 5. super Isai. cap. 13. ibi. Et erit Babylon. Spirituualis interpretatio, inquit, sequi debet ordinem historiz, quod plerique ignorantes lymphatico in scripturis versantur errore. Et idem fatetur cum esset iuuenis, & historiam non intelligeret in Abdia, allegoricè scripsisse,

A fuisse, affirmatque puduisse sæpius facti, ita dicit in præmio super Abdiam, ad Pammachium. Quamobrem hodierna disputatione sensum tantùm tractabimus literalem trium illorum versuum, quoniam in scholis agimus, in quibus Dei beneficio ab inueterato Iudæorum errore parum nobis timendum est, asserentium solam literam sequendam esse in veteri testamento, nullumque sub ea latere spiritum. Nos tamen catholicè confitentes spiritum latere sub litera, securo pede ad literam deueniamus.

B **O**ccurrit tamen hoc loco triplex dubitatio. Prima quidem, quia explicare præsentem Davidis psalmum ad literam de Dauide ipso, de gestis eius, de synagoga, de bellis populi Israelitici, & nõ de rebus altioribus: est sanè Dauidem cum Virgilio, aut Homero comparare, quires ducum carminibus celebrant. Atq; aded ascensum illum Dei in curribus, de quo in hoc psalmo tam sæpè fit mentio: Iuenculas tympanistras coniunctas psallentibus: foeminas illas magna fortitudine nuntiantes victoriam: Insuper illud de cleris, seu tripodibus nigris, de columba de argentata, &c. intelligere velle historicè, & literaliter, per absurdum videtur. Præstat ergo vt in altiori, & mystico tantùm sensu interpretètur, vt sensum Spiritu sancto dignum reddant.

Altera quia multi huius psalmi versus à Diuo Paulo adducuntur de Christo, & de eius gestis, Ephes. 4. Totus ergo psalmus de Christo solo, de que eius gestis interpretandus est. Quis enim alium sensum ab eo quem Paulus in illis verbis adinuenit, depromere suo Marte audeat? quam obiectionem sibi etiam opposuit Caiet. in titulo præsentis psalmi. 67.

Ter-

II.  
Triplex argumentum quo impetitur sensus literalis.

I. Iudæi

Ephes. 4.

Tertia dubitatio est quia hæzere literæ Rabbiorum A  
est, & Iudæorum non Christianorum. Et planè qui psal-  
mum hunc de Dauide, & Israelitis, & Synagoga fuerit  
interpretatus, dissidet omninò à communi Patrum intel-  
ligentia. Habemus autem decretum sacri concilij Tridè-  
tini Sessio. 4. de vsu & editione sacrorum librorum, quo  
præcipitur, vt nemo sua prudentiæ innixus, sacram scri-  
pturam ad suos sensus contorqueat, aut contra eum sen-  
sum, quæ tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, aut etiã  
contra vnanimem consensum patrum, eam interpretari  
audeat. Et in concilio Lateranen. sub Leone X. Sessio. 11.  
præcipitur, vt sanctam scripturam, iuxta interpretatione B  
doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approba-  
uit, explanent, & eis semper insistant, quæ à præfatorum  
doctorum interpretationibus non discordent. Ita ibi ad  
verbum. & D. Dionysius. cap. 1. de cælesti Hierar. & Cle-  
mens Romanus, lib. 10. Recognitionum & Clemens Ale-  
xand. lib. 7. Stromatum & Ambr. Hiero. & omnes patres  
idem eisdem ferè verbis suadent. Et fauet D. Paul. Gala.  
c. 1. Si Angelus de cælo euangelizauerit præter id quod  
euangelizatum est, anathema sit. Cum ergo vnanimi cõ-  
sensione Patres de Christo, deq; Ecclesiæ mysterijs hunc  
psalmum, & alios qui, In finem, habent pro titulo, expli-  
cauerint: tantaque sit eorum autoritas, & tantum pon-  
deris in Ecclesia semper habuerint, sanè temerarium est,  
præter id quod ab ipsis dictum est, aliquid velle dicere.

Galat. 1.  
Ad primam  
obedienciam.

Mihi tamen qui ad hæc respondere possim, statim oc-  
currit. Scilicet id quod consideratissimè à D. Hilario sur-  
per psalmum. 63. Assertum relictum est: Esse plures (in-  
quit) memini, qui omnia quæ in libris psalmorum scrip-  
ta sunt, ad personam Domini vnigeniti filij Dei existimat  
esse referenda. Quæ eorum opinio argui non potest: om-  
nis

A nis enim ex affectu religiosæ mentis hic sensus est, &c.  
Et inferius: Quamquam enim id ipsum interdum imperi-  
tè fiat, tamen per id quod ad eum cuncta referuntur, ne-  
cessè est vt ea quæ ei sunt propria, verè ac fideliter præ-  
dicentur. Cauendum autem est ne, dum omnia in eum  
conuenire æqualiter opinamur, plurimum & diuinitati  
suæ, & corporationis sacramento, & operationum pote-  
stati, & passionis virtuti, & resurrectionis gloriæ detraha-  
tur. Tenendus igitur modus est. Hæc ille. Itaq; interdum  
imperitè tribuuntur Christo loci aliqui psal morum, &  
auferuntur ab eis de quibus scripti sunt. Quin D. August.  
maiozem nobis copiam facit historicum sensum perse-  
quendi, lib. 3. de Gene. contra Manich. c. 2. tom. 1. dicens:  
Quod si quis voluerit omnia secundum literam accipe-  
re, id est, non aliter intelligere quàm litera sonat, & potue-  
rit euitare blasphemias, & omnia congruentia catholicæ  
fidei prædicare: non solum ei non est inuidendum, sed  
præcipuus, multumque laudabilis intellectus habendus  
est, &c. vsq; ad illud. Non præiudicantes meliori, diligen-  
tioriq; tractatui, siue per nos, siue per alios, quibus domi-  
nus reuelare dignatur. Quo circa si quis hunc psalmum.  
67. de Dauidis, & Iudæorum gestis interpretetur, cum  
sic omnes euitare possit blasphemias, & congruentia fi-  
dei catholicæ dicere, hic quidem non est reiiciendus, sed  
laudandus. Imo mea sententia, si velimus hunc psalmum,  
& plures alios ad literam de Christo sermonem habere  
nec historiam tractare vllam, est in multis locis scriptu-  
ram nimium coarctare, vt illum sensum tantum habeat.  
At explicando ad literam de populi Israel gestis, quando  
psalmus id optimè ferre potest, & scripturam reddimus  
angustiore, & non angustam, & illi tribuimus id quod  
nulla alia scriptura habet. Aperiunt enim in illa viam

ad altiores sensus quærendos, & inueniendos, in quo ab Homero, & Virgilio maximè differt, quorum libri non multorum sensuum diuites & fœcundi, sed vnus tantum præstant materiam. Et ex his patet ad primam dubitationem.

*Ad secundam.*

Ad secundam, ex Iansenio in Epistola, quã vice proce mij libro psalmodum præfixit, respondendum est, nam Ioannes Driedo lib. 3. de Regulis, & dogmatibus scripturæ tractatu. 3. cap. 2. fol. 154. contra Hebræos, & Iudæos satis piè asserere videtur multos psalmos, quorum aliqui versus citantur in nouo testamento, totos esse ad literam de nouo ipso intelligendos. Vt Psalm. 18. psalm. 21. B psalm. 108. psalm. 77. Quod tamen ego minimè mihi persuadere potero: sed dicendum potius videtur cum Iansenio in illa epistola breuiter (nam de hoc in Relectione, ad finem huius operis dicemus plura) & Caietano in explicatione tituli huius psalmi, eos quidem versus, qui in nouo testamento citantur ex veteri, ita omni proculdubio esse intelligendos iuxta propositum ad quod adducuntur (non disputo an literaliter, an mysticè) non tamè inde fit totum psalmum ad idem propositum pertinere. Sed de hoc alibi.

*Ad tertiam.  
Rabbini nõ  
semper desipiunt.*

Ad tertiam dubitationem dicendum, Rabbinos Hebræorum non in omnibus esse deliros (licet in multis deuiant à veritate) sed quãdoq; verissimum literæ sensum nobis explicare. Veritas autè à quocunq; dicatur, ab Spiritu sancto est. Neq; verò per hoc maiorem deferimus auctoritatem Iudæis quàm patribus, cū nullum illi in hac parte auctoritatis pondus obtineant, qui tam frequenter desipiunt & infaniunt. Sed eorum interpretationes amplectimur interdum, quia veræ sunt, non quia ab illis traditæ sunt: contra verò expositiones sanctorum patrum, & quia

A & quia veræ sunt, & quia ab illis traditæ sunt. Tradidit autem nobis Augustinus mirabilem regulam. lib. 2. de doctrina Christiana. cap. 40. tom. 3. ab his perfidis, & induratis Ecclesiæ hostibus, tanquã ab iniustis, & iniquis possessoribus, si quid bene dictum est, auferendum esse, & in nostros vsus transferendum.

Quod si diuinum illud Hieron. ad Lætam, testimonium nobis quis obijciat: Nemo ad lupanar mittit virgines suas, quanuis quædam ibi reperiri possint de turpi corruptione lugentes: nemo hæredem suum latronum turbæ committit, vt discat audaciam: nemo in perforatâ intrat cymbam, vt discat vitare naufragium: & ad planum prostibulum, & hæresibus plenum volumen animam tuam dirigit adhuc innocentem mali, immunem doli, vt ibi discat catholicam veritatem? Quod præclarissimum & elegantissimum dictum intercludere videtur nobis viam adeundi Rabbinos. Solos ergo sanctos patres in scripturæ intelligentia debemus consulere. Verum ad hæc & ea quæ ex Concilio Lateran. Trident. & ex Paulo dicta sunt, responderetur, sensus contrarios interpretationibus patrum non licere nobis adducere. Et concilia & sancti id præcipiunt ne faciamus. At cum ex patrum sanctorum sententia, vnus & idem locus sensum habeat multiplicem, etiam literalem, non est incommodum nouam aliquam interpretationem adducere: neque hoc Ecclesiæ, aut patribus aliquo modo derogat. Nemo (inquit, S. Thom. de potentia. quæst. 4. art. 1.) ita scripturam ad vnum sensum cogere velit, quod alios sensus qui in se veritatem continent, & possunt salua circumstantia literæ, scripturæ aptari, penitus excludantur. Vide ibi alia perquam necessaria ad nostrum institutum.

*Præclara  
uerba D.  
Hieron.*

Quid sit euā-  
gelizare  
præter id  
quod euāge-  
lizatum est.

Prou. 22.  
Hier. 6.

Rurfus noua dogmata, nouam doctrinam in scriptu-  
ra reperire velle præter id quod à sanctis patribus, & ab  
Ecclesia accepimus, hoc quidem minimè licet. Vnde  
Theophila. ad Rom. cap. 14. in illa verba, Vnusquisq; in  
sensu suo abundet, sic ait: Quando sermo est de dogmati-  
bus, vel doctrina non oportet nos proprio sensu abundare,  
sed quæ accepimus firmiter tueri, etiam si Angelus de  
cælo aliud prædicauerit. Huc pertinet illud, Ne transgre-  
diaris terminos quos posuerunt tibi patres tui. Et, State su-  
per vias bonas, interrogate de semitis antiquis. At in his  
quæ nec ad fidei dogmata, nec ad doctrinæ nouitatem  
spectant, aliquid nouum bene licet antiquis adijcere. Ea  
enim est cælestis huius agri vastitas, & sæcunditas, vt par-  
illi frumentorum numerus nullus esse possit. Vincētius  
certè Lirinen. aduersus profanas nouationes, luculenter  
de hoc loquitur, ab illis verbis: Si te, doctor, diuinum mu-  
nus idoneum fecerit, &c. Quæ ad integrum nõ adduco,  
quoniam multa sunt, & ad versusum à me propositorum  
explanationem festino. Illud verò quod ex Hiero. ad Le-  
tam obiectum est, significat, ijs quibus periculum lapsus  
est minimè licere scrinia Hebræorum euoluere. Hac  
enim ratione librorum hæreticorum lectionem Eccle-  
sia & nunc, & olim omnibus interdixit. At hominibus  
& eruditis, & cordatis nullum imminet periculũ si Rab-  
binorum scripta, Ecclesia permittente, perlegerint, vt quæ  
dam ibi quæ ridicula reperient irrideant, & confutent:  
quædam verò verè dicta in nostros vsus conuertant.

III.  
Argumentũ  
& materia  
totius psal.  
67.

**H**IS hunc in modum statutis, vt nostrorum versuũ  
intelligentiam comparemus, sciendum, cum in hoc  
psalmo multi multa tractari dicant, in hoc tamen om-  
nes conueniunt, scilicet, psalmum hunc continere victo-  
rias, quas Dei populus de suis hostibus reportat. Quæ au-

tem

- A** autem sint iste victorie, qui hostes, qui populus, non vno  
modo explicatur. Sunt qui putent totum psalmum my-  
sticum esse, & Christi victorias de diabolo solum conti-  
nere. Alij esse historicum de victorijs, quas Israel ante tẽ-  
pora Dauidis tulerat de AEgyptijs. Alij esse propheti-  
cum, & continere vaticinium de victoria, quam Iudæi  
sperant se de Romanis inimicis suis habituros. Alij tan-  
dem esse etiam propheticum, sed victoriam quam præ-  
dicat esse quam Iudæi consequuti sunt, tempore Ezechie  
Regis, de Sennacheribo Rege Assyriorum, de qua Isa. 37.  
& 4. Reg. 19. Ego tamen, vt ingenue fatear, existimo de
- B** omnibus istis à Dauide in presenti carmine decantari, de-  
que multis alijs, quæ nostræ cogitationis angustia nequa-  
quam possunt exhaustiri. Sequor in hoc Cornelium Ian-  
senium literalissimum, nec minus pium, & catholicum  
psalmorum interpretem, qui in argumento huius psalmi,  
existimat cantari quidem hinc à Dauide secundum histo-  
riam, exitum Israel de AEgypto, deductionem mirabi-  
lem per desertum, inductionem gloriosam in montem  
pinguem terræ promissionis, victorias deinde omnes,  
quas dedit daturusq; erat eis Deus de hostibus. Vnde pre-  
catur vt cœptam in populum suum benignitatem, Deus  
prosequatur. Et tandem ex perspecta Dei bonitate, polli-  
cetur populo Israel Dei virtutem ad futuram contra suos  
inimicos. Inter multas vero victorias quas precatur, &  
pollicetur, meminit etiam eius, quam contra Assyrios fa-  
mosissimam Deus contulit: deq; hac præsentibus versu-  
bus loquitur, nam ibi de columba de argentata dicit, quæ  
erat Assyriorum insigne, vt iam dicemus. Occasio autè,  
qua Dauid permotus hunc psalmum cecinit, his verbis  
asseritur à Iacobo de Valentia, in commentario huius  
psalmi, cui & fauet Caiet. super eundem psalmum. Post

Isai. 37.  
4. Reg. 19.

X 3

quam

quam Moyses susceperat legem, & fabricauerat tabernaculum cum arca, & erexerat ipsum, & columna nobis simul cum tabernaculo cœpit moueri, tunc Moyses cum Leuitis cantarunt primum versum huius psalmi, scilicet, Exurgat Deus. Et quâdocunq; arca Domini mouebatur de aliqua mansione, semper repetebant hunc versum, & omnes inimici fugiebant à facie eorum, vsquequo arca introducta fuit in terram promissam, & collocata in sylo, vt patet per totum librum Numerorum, & Iosua.

**IIII.** **I**gitur, Dominus dabit verbum euangelizantibus. Vox euangelizantibus, cum Latinè sit communis generis, accipi potest masculinè, & foemininè. Et quidem Grecis est masculina, sicq; vertunt. 70. viri, & Chaldeus etiam paraphrastes masculinè vertit, sic: Dominus dedit verba legis populo suo, mediantibus Moyse, & Aaron, qui annunciauerunt verbum Dei exercitui magno Israelis: Hebraicè tamè foemininè habetur propter vocè Haijnoth, quæ foemininam, vt patet, habet terminationem. Vnde D. Hiero. ex Hebræo vertit: Dominus dabit verbum annuntiatricibus. Flam. Dominus dedit sermonè laudatricibus. Campen. Felix, Pagnin. Vatab. & Caiet. & Isidorus Clar. in scholio & quotquot ex Hebræo hunc vertunt psalmum, in super & vniuersi Rabbini eode legunt genere foemineo. Et proculdubio ita legendum est. Quod si nobis obijcias primò vulgatam translationem cæteris, ex decreto concilij Tridentini, esse præferendam, quæ foemininam terminationè non habet. Secundò, quod Chaldaicus paraphrastes, & ipsi. 70. viri, quorū Hebraicè erat maior intelligètiaquā Hieronymi, & omniū nostri tēporis doctorū, verterut masculinè. Tertio, quod vniuersi patres masculinè positā illā vocè existimarūt, dicere autē foeminine esse interpretandā est planè contra eorū mētem sentire.

Vox euangelizantibus hic est foemina. Obijcitur.

**A** sentire. Quarto quod cum de bellis hinc, & victorijs sermonem faciat Dauid, non apparet cur mulierum meminerit, sed virorum tantum, qui tantum bellis gerendis apti sunt, atq; idonei.

Ad horum quidem primū respondetur, quod nos vulgatam quidem approbare, & defendere tenemur: nō prout in. 70. interpretibus continetur, sed prout latinè reddita circumfertur: at Latinè, vox euangelizantibus, non magis est masculina quā foeminina, & ideò cōtra vulgatae versionis auctoritatem non est vocè illam accipere foemininè. Ad secundū respondetur, Chaldaicum quidē

Respond.

**B** & 70. viros potiores fuisse Hebraicæ linguæ quàm cæteros, at illi existimarunt planè vocem Hebraicam foemininam pro masculina positam, & vsurpatam à Dauid fuisse, more Hebræorum qui vnum genus pro alio interdum ponunt. Sic Salomō dicitur apud eos Coheleth, quæ vox concionatricem significat, & est foeminina, cū tamen Salomoni masculinè tribuatur. Suppetunt exempla apud Olearum in procemio super Penta. can. 12. & super Exodum. c. 1. In illa verba, AEdificauit eis domos. Et sanè Gen. 3. quod dicitur, Ipsa conteret caput tuum, Hebraicè habetur, Ipsum conteret caput tuū. Positū est

Exod. 1.  
Genes. 3.

**C** ergo masculinū pro foeminino, & sic in nostro carmine fieri potuit vt poneretur Hebraicè foemininum pro masculino: & hunc in modum saluare ab ignorantia possumus Chaldaem, & 70. Ad tertium quod vniuersi patres masculinè legerint, non arguit non posse etiam legi foemininè: nam, vt ad secundum dicebamus, interdum vnum genus pro alio sumitur, & vtrumq; fieri potest vt ab Spiritu sancto intentum fuerit. Et licet Patres vnum sequuti sint, non aduersatur eis quod alterum nos sequamur. Sed & ex patribus vnus D. Hieron. foemininè transtulit,

stulit, atq; adeò non est præter omnium patrum sententiam nostra lectio. Ad quartum respondetur, & est notanda solutio, nam hinc incipit nostrorum iam versuum explanatio.

Mulieres canebant uiro- rum uictorias.

Exod. 14. c. 15.

1. Reg. 18.

Psal. 67.

V.

Quid significet uirtute multis.

Est ergo sciendum, quòd apud Hebræos, licet foeminae ineptæ essent ad bellum, sicut & ad regnum, & sacerdotium, quemadmodum apud nos: Veruntamen erat Hebræis ipsis familiare, ut uictorias de hostibus à uiris la-  
 tas committerent mulieribus decantandas. Sic illustrem uictoriam quam Deus Israelitis aduersus Aegyptios contulit, Maria Soror Moyse, & aliarum mulieres rhythmis, & cantilenis, tympanis etiam, & fistulis celebrarunt, Exod. 15. B  
 Egressæq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris cantantes, Cantemus Domino gloriose, &c. Et. 1. Reg. 18. cum Dauid reuerteretur uictor de certamine inuito cum Goliath, egressæ sunt mulieres cantantes, & ducentes choros, & præcinebant dicentes, Saul percussit mille, & Dauid decem millia, &c. Quin & in hoc etiã eodem carmine, Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuencularum tympanistiarum, scilicet dicentes: In ecclesijs benedicite Deo domino de fontibus Israel. Vel, per apostrophem, Vos qui estis de fontibus, idest, de sanguine, & genere Israel, ut uult Caie. Vel sic dispungentes (& est præclara interpretatio.) In ecclesijs benedicite Deo domino de fontibus Israel, idest, Domino Christo oriundo, & futuro de genere Israel, de sanguine Iudæorum. Dominus ergo dabit uerba, sermonesque cantatricibus, ut uictorias uirorum decantent.

Quod sequitur, uirtute multa, quantum ex uoce Hebraica Tfabā, uel Zaba, cui Latina illa correspondet, conijcio, non tam vim & robur quam exercitum significat. Ac proinde loco illius particulæ, Virtute multa, omnes

A omnes ex Hebræo uertunt, Exercitus multi, ut infra dicitur, uel exercitus magni: quidquid. 70. uiri intenderint Græcè ponentes uocabulum quod vim, roburq; significat. Ergo uox quæ ibi ponitur, exercitum significat, Tfabā. Unde genitiuus pluralis, Tfabaoth, uel Zabaaoth, exercitus foemininè significat: foemininè inquam, quod est plurimum considerandum. Nam existimo hoc loco per foemineos hōse exercitus significari mulieres, mulieres, inquam, quasdam, quæ instar militum uigilabant in castris, idest excubabant in ostio tabernaculi, de quo etiã Caie. infra. Quemadmodum enim nostra, & maiorum nostrorum ætate, foeminarum monialium conuentus uide-

B rum ætate, foeminarum monialium conuentus uide-  
 mus, quibus foemine sanctè, & religiosè Deo militant, & Dei cultus specialem curam gerunt: sic in ueteri testamento mulierum quoddam erat quasi monasterium, quæ ex uoto, ieiunijs, & orationibus vacantes, & à mundialibus curis expeditæ in templo Salomonis, & ante tempora Salomonis circa ostium tabernaculi in loco ad id deputato existentes, Deo inseruiebant. Hoc dicit Origenes tractatu. 26. in Matth. Cyril. lib. aduersus Antropomorphos. c. 27. & Georgius Cedrenus, in compendio historiarum Gregor. Nissenus, & Theophi. Matth. 27. & alij permul-

C ti quos refert Petrus Caninius nostri temporis pius, & diligens scriptor lib. 1. de Maria. c. 12. Sed ex ipsis sacræ scripturæ locis apertissimè colligitur, Exod. 38. Fecit Moyse labrum æneum cum basi sua, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Excubare propriū est militū uerbum. Verum hanc metaphoram plano sensu explicuit Chaldæus, docens quæ essent illæ excubæ. Nam uertit, Quæ orabant. 70. quæ ieiunabant. Et. 2. Machab. 3. Sed & uirgines quæ conclusæ erant, ad Oniam sacerdotem procurebant, &c. Et in hoc cœnobium existi-

Quod foeminarum monasteria erant in ueteri testam.

Exod. 38.

2. Mach. 3.

Indic. 13.

De presentatione B. Mariæ. Luc. 1.

1. Reg. 2.

māt Lyrā, & Vat. Ieptereclusisse filiam suam, quam māt  
 ctare, & occidere vouerat. Licet communis patrum intel  
 ligentia dicat verè eam occidisse, & ita dicendum sit, de  
 quo infra. q. 4. positiua. Et sane, vt obiter admonuerim, cū  
 festum præsentationis Virginis celebramus, & eū Lucæ.  
 1. habetur de vidua illa sancta Anna, quod ieiunijs, & ora  
 tionibus in templo vacabat Deo, nihil aliud significatur  
 nisi celebris ille, & sanctus mos ab Hebræis tunc tempo  
 ris visitatus, quo fœmine, aut spōte propria, si adultæ erāt,  
 aut iussu parentum, si parux, in illo monasterio reclude  
 bantur in Dei cultum, & obsequium. De his etiam fœ mi  
 nis locus alter habetur. 1. Reg. 1. vbi inter peccata grauif  
 sima, quæ filij Heli sacerdotis patrabant, illud enumera  
 tur, quod & refert Iosephus lib. 5. antiquitatum. c. 11. & ha  
 betur ibi. 1. Reg. hæc in verba: Dormiebant cum mulieri  
 bus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. In cu  
 ius tamen explicatione historia schol. 1. Reg. capit. 4. sic  
 ait: Quidam volunt quod non admiscebantur mulieri  
 bus, sed corrupti pecunia dabant mulieribus licentiam  
 commiscendi viris suis intra dies purificationum, &c.  
 Porro quod dicit obseruabant ad ostium dicit Caiet. ibi.  
 1. Reg. 2. esse Hebraicè verbum deductum ab exercitu,  
 ita quod significantur mulieres per modum exercitus  
 conuenientes ad ostium tabernaculi. Quod multum fa  
 uer instituto nostro.

Vt ergo ad nostrum versum hæc omnia accommode  
 mus, sanè ex Hebræo ferè omnes, Pagni. Vatab. Flami.  
 Caiet. Campen. vbi nos legimus, Virtute multa, legunt,  
 exercitus magni, sic: Dominus dabit verbū, vel canticū  
 laudatricibus exercitus magni, scilicet, mulieribus illis glo  
 riosi & religiosissimi exercitus, quæ in ostio tabernaculi  
 instar militu excubabant in Dei cultū. Quod, vt cū vul  
 gata

**A** gata versione quadret, sic explicari debet. Dominus da  
 bit verbū euangelizatibus virtute multa, idest, ex illa vir  
 tute multa, idest, mulieribus quæ ex illo diuino exercitu  
 sunt, vt scilicet populi Dei victorias canant, nuntient, &  
 celebrent, vtq; alia exerceant munera, de quibus infra.

**R** Ex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuide  
 re spolia. Prior huius versus pars facile habet intelli  
 gentiā, iuxta id quod habet vulgata versio: nā explanat  
 qui nam sit dominus ille, qui daturus esset verbum euan  
 gelizantibus, & dicit istum esse Deum, qui est rex virtutū  
 dilecti dilecti, idest, populi sui dilectissimi. Nam illa repe

**B** titio, dilecti dilecti, per epizeuxim, vehementiam signifi  
 cat dilectionis, vt etiam dicit Titelmanus hoc loco. Sic  
 aliàs sæpè apud Hebræos, consolamini cōsolamini, idest,  
 vehementer consolamini. Et psal. 132. Barbā barbā Aarō,  
 idest, barbā prolixā. Vel, vt placuit Ruffino Aquileiē. ve

tustissimo scriptori, vox dilecti secundo loco ponitur vi  
 ce relatiui, sui, vbi & adducit locū Exod. Et fecit Moyse  
 sicut præceperat dñs Moyfi, idest, fecit Moyse sicut præ  
 ceperat dñs ei. Sic ergo, Rex virtutū dilecti dilecti, idest  
 Rex virtutū dilecti sui. Et speciei domus diuidere spolia,

**C** idest, Dabit populo suo, quæ speciosum appellat, seu fa  
 miliā, vel domū speciosam, vt diuidat spolia ex hostibus  
 accepta. Dabit ergo domui speciose synagogæ, populo Is  
 rael, diuidere spolia quæ rapuerit ab hostibus. Sed vt poste  
 rior hæc particula rectius intelligatur, videamus ex He  
 braicis fontibus, quem totus versus sensum habeat.

D. Hieronymus sic vertit: Reges potētissimi fēderabū  
 tur fēderabūtur. Pagn. Campē. Reges exercitū fugient  
 fugient. Flaminus, fugerunt fugerunt: & ita ferè omnes  
 ex Hebræo. Et tunc sensus erit iste: Tam lætè, & foelici  
 ter cantatrices illæ mulieres canent victoriam, vt reges

Y 2 inimi-

V I.

Quid sit di  
 lecti dilecti.Isai. 40.  
 Psal. 132.

Exod.

Et specido  
 mus. &c.

Alter sensus.

inimici, & hostiles, qui iam victi deficere cœperant, nunc  
 fugiant fugiant attoniti, & obstupefacti. Non enim ad vi-  
 ctoriam parum refert, quòd victores ipsi etiam ante par-  
 tam victoriam se victores clamitent, & rumor iste per  
 inimicorum castra spargatur. Sic ergo fœminæ illæ, quæ  
 præliorum euentum circa castra, & locum pugnæ specta-  
 re, & expectare solent, & debebant, tam confidenter, &  
 eleuata voce victoriam appellitabunt, vt reges potentif-  
 simi aduersarij id ferre non valentes, & victos se esse arbi-  
 trantes, terga ignominiosè vertant, & fugiant. Aut cum  
 D. Hieron. fœderabuntur, fœderabuntur, id est, femineces,  
 & prostrati misericordiam implorabunt, & pacis, fœde-  
 risq; pacta nobiscum inire contendent, magna quidem  
 & iniqua tributa soluturi, vt vel sic vitam suam ab vlti-  
 mo supplicio redimant, quod eis imminet.

*Species do-  
 mus quod  
 sint mulieres  
 hoc loco.*

Alterum autem hemitichium, Et speciei domus diui-  
 dere spolia, optimè præcedentibus nunc cohæret. Nam  
 sciendum est datiuum illum, speciei, Hebræis esse posse  
 nominatiuum. Vnde D. Hieron. Pag. Fœlix Praten. Ca-  
 ieta. Campen. Vara. Flam. & tandem omnes ex Hebræo  
 per nominatiuū vertunt: Et regimen domus, vt Synma-  
 chus apud Theodoretū, hic. Vel familia domus, vt Fla-  
 mi. Et habitatio domus, vel habitaculū domus, vt Pagn.  
 Et pulchritudo domus, vt Hieron. & c. Sed præ alijs mihi  
 maximè probatur lectio illa qua Caietanus, & Foler gius  
 Monachus Casinas attulere, Et habitatrix domus diui-  
 det spolia, vel quā adduxit. Clarius in scholij huius ver-  
 sus, Quæ sedet domi diuisit prædam. Nam tunc, quæ se-  
 det domi, vel habitatrix domus, seu species domus, aut  
 pulchritudo domus, nisi mulieres significare aliquid  
 non potest, ad litteram, quam solam hic sequimur. Quòd  
 si quisquam dubitet: Quare, quæ sedet domi, & habita-

trix

**A** trix domus, id est mulier, species domus hæc à Dauide ap-  
 pellatur? Solutio sanè dubitationis in promptu est: nam  
 apud Hebræos mulier hæc appellatione interdum gau-  
 det, scilicet, species domus, eò quòd ad ipsam pertinet co-  
 lendæ, mundandæ, & speciosæ reddendæ domus curam  
 ta illud Eccles. 26. Mulieris bonæ species in ornamentū  
 domus suæ. Dicitur, species mulieris bonæ, id est, species  
 quæ est mulier bona. Nūc ergo erit sensus, tam plenam,  
 tamq; integram futuram victoriam, vt reges inimici, &  
 omnes milites aduersarij castra debeant deferere, & ten-  
 toria derelinquere, & præ magno metu in gloriâ fugere:  
**B** & tunc securo, & audaci animo mulieres ipsæ ( animal  
 alioqui timidissimum, & quod ad minimum armorum  
 crepitum solet exanime consternari ) illæ inquam quæ  
 iam victoriam celebrare cœperant, nunc in castra inimi-  
 corum grauatæ, multam eorum supellectilem rapere,  
 & diuidere inter se possunt. Sed quo plausibilior hæc ap-  
 pareat intelligentia, ostendamus eam à vulgata versione  
 non dissidere, imò & cum ea conciliari posse, hunc in mo-  
 dum. Rex ille virtutum populi sui dilectissimi, de quo di-  
 ctum est quòd dabit virtutem cantatricibus, dabit etiam  
 speciei domus, id est, mulieribus quæ sunt species domus,  
**C** diuidere, id est, vt diuidant spolia, quæ ex inimicorum ten-  
 torijs diripuerint securissimæ.

**S** I dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ de ar-  
 gentaræ, & posteriora dorfi eius in pallore auri. Versus  
 iste est de quo tanquam de cruce pependērunt omnium  
 ingenia. Hic quot capita, tot sunt sententiæ. Sunt autem  
 innumera capita, nam vnusquisq; cum in huius versus  
 expositione incidit, alios sequi de dignatus, suam ab alijs  
 dissidentem sententiam profert. Ego allegoriar, & mysti-  
 corum sensus, vt initio pollicitus sum, aliò remittens, sensum

*Beate 12670*

*Beate 12670*

*Beate 12670*

*Beate 12670*

*Beate 12670*

*Beate 12670*

VII.  
*versus obs-  
 curissimus  
 explicatur*

*Beate 12670*

*Beate 12670*

Y 3

tan-



tantum literæ sequar. Est autem multiplex literæ sensus in hoc versu. Communior intelligentia est, vt per cleros intelligamus chitropodas, vel tripodas, & ollas, lebetes, caldaria, & cætera vasa coquinarum. Pagninus, si dormiatis inter medios tripodas, Campensis in paraphrasi, Inter fuligine obductas ollas, & atrum tanquam carbō. Et demum ferè omnes ex Hebræo eodem vertunt modò. Felix inter chitropodas. Flaminius, inter ollas. Isidorus, Inter nigras ollas. Et tunc iste est sensus, vt adducitur ex Rab. David in Cóm. à Sancte Pagni. in Thesauo, verb. Saphat. Si ambulastis adhuc nigris induti vestibus ob inimicorum afflictionem, adhuc eritis albi sicut alæ columbarum, quæ tecta est argento. Et sic ferè omnes ex Hebræo.

Clavis sunt  
sa coquinae.

Per albū &  
nigrū. prof=  
perū & ad=  
ner sum.

Pro quo in memoriam reuocare vos debetis id quod apud omnes in confesso est, videlicet, tam apud sacros, quam apud prophanos auctores, per album, candentem ve colorem significari quidquid faustum erat, lætum, & bonum. Contrà verò per nigrorem, & colorè atrum supremam significari miseriam, & calamitarem. Sciedum quòd ficus alba (verba sunt Macrobi. lib. 3. saturna. c. 20.) ex foelicibus sit arboribus, contrà nigra ex infœlicibus. Docent nos vtrumq; pontifices. Per me (dixit Persius) sint omnia protinus alba, id est, faultè & foeliciter eueniant. Et idem:

*Et potis est nigrum vitio præfigere theta.*

Per literam, theta, olim significabatur mors, vel poena mortis, vt apud Mart. lib. 2.

*Nosti mortiferum quaestoris, Castrice, signum.*

*Est operæ pretium discere theta nouum.*

Et Aufon. in prædagogum liguritorem:

Tuumq;

Theta litera  
infausta.

**A** *Tuumq; nomen theta scētilis notet.*

Cuius ratio ea erat, quia scilicet, nomen mortis, quæ Græcè dicitur, Thanatos, per theta inciperet. Hoc ergo theta, quod erat mortale, & infœlicissimum signum, nigrum dicitur à Poeta vt summam miseriam significaret. vide Coua. c. alma mater. de sent. excóm. lib. 6. 1. p. relectio. §. 8.

Albus color  
Dijis sacer.  
Matth. 17.  
Matth. 28.  
Act. 1.  
Apoc. 4.  
et 7.

**B** ne apparuerunt, eodè apud Apoc. sepe. Vnde & apud antiquissimos tabellis albis, nigrisq; vtebantur in iudicijs, quod in multis nunc cõmunitatibus est in vsu, præcipuè in nostra Augustiniana, vt scilicet albis cū suffragantur, approbent, cum verò nigris reproben. Quòd pertinet id quod Didymus, super lib. 16. Odyss. Homeri, ait: Cum Mercurius apud Deos accusaretur aliquando, & ad iudiciū corā eis deferretur, Dij post examen causę tabellas albas, & nigras ad eū absoluendū, vel condēnandū habebāt. Surrexeruntq; & ad pedes Mercurij (honoris gratia) nec approbantes, nec condēnantes tabellas proiecerunt.

**C** Hoc factū cū mortales hoc in mundo iatellexissent, Mercuriū in triuijs stantē, lapidū ad ipsius pedes proiectione honorare constituerūt. Sicq; intelligetur quod habetur Prouer. 26. Sicut qui proicit lapidē in acerū Mercurij, sic qui dat honorē insipienti (parcet, scio, lector parèthesi breuissimæ): Nā sicut ille honorat Mercuriū, ita iste insipientē. Quā ob causā nūc inter Chriianos, cruces lignear in triuijs posite, lapidū proiectione honorant à viatoribus vulgò, Hocq; ceremonię signū inde cepisse existimare debe-

Prou. 26.  
Cruces lig-  
neæ in tri-  
uijs unde ce-  
perint.

debemus, quod piè fideles honorem quem olim Mercurio impiè dabant, cruci Christi cœperunt deferre. Ergo albus color læticiam, gloriam: niger verò miseriam, & tristitiam significat. Vnde Threnorum. 4. Candidiores Nazaraei eius niue, &c. denigrata est super carbones facies eorum. Id est, Qui erant gloriosi & fœlices, quomodo effecti sunt lugentes, miseri, atq; de peccati. Sic ergo pulchrâ antithesim habet nolter versus: Si dormiatis inter medios clericos pennæ columbæ deargentatæ, &c. id est. Quâuis præ magno hostium timore, & belli periculo sitis nigri, anxij, & calamitosi, Deus vos victores faciens reddet candidos, albos fœlices sicut columbam deargentatam. B

Et itq; præclarus sensus literalis.

Thren. 4.

Explicatio totius uersus.

2. Explicatio. Cleri pro fortibus.

Altera e tam intelligentia literalis est si nomine clericorum legamus cum D. August. sortes, non tamen cum ipso ad allegoriam ascendamus duorum testamentorum donarum hæreditatum, sed plano sensu hunc in modum. Si dormiatis inter medias sortes, id est, inter media pericula. Si de uobis, & de bonis uestris fortiantur inimici, ut solent victores super miseris victis, & super eorû bona fortiri, ut apud Virgilium,

*Miserum septena quotannis*

*Corporanatorum, stat duetis fortibus vrna.*

Et super Christi domini vestibibus miserunt sortes impij Iudæorum satellites, tanquam super bonis victi. Siergo uersumini inter medias sortes, in rei cardine, in extrema alca: vos tamen gloriosè eruemini, sicut columba, & auolabitis fœlici pernitate, præ uobis ferentes uictorię symbola, nitorem, scilicet, auri, & argenti. Eritis victores, qui uinci paulo ante formidabatis.

1047. 19.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45.

46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54.

55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63.

64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72.

73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81.

82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90.

91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99.

100.

3. Expositio.

Tertio etiam literalissimè legentes, hunc in modum cum

A cum D. Hieron. si dormiatis inter medios terminos, nempe inimicorum: si fitis inter media regnorum cōfinia, ut etiam habet versio Caietani, en las rayas de los Reynos, ubi maiora, & frequentiora solent esse pericula, propterea quod inibi seditiosi, & scelerati licentiùs uiuant, propter facile remedium, atq; per fugium quod habent transeundi ad aliud regnum post patratam noxam, in quo capi, & apprehendi non possunt à lictoribus, & satellitibus alterius regni. Si ergo fitis inter media pericula, inter malileum, & incudem, in acie nouaculæ, vos tamen minime paueatis, quia facillimo negotio liberos uos. ceu columbas auolare faciet Dominus, & inimicos qui uos demoliri, & vsq; ad internecionem affligere sperabant, spe sua frustratos relinquetis.

Cleripro terminis, uel cōfinijs regnorum, ubi maior sunt pericula.

Sed his adiciamus quartam expositionem: quam ut omnes percipiant, scire oportet, uocem, quæ significatur uocabulo clericorum, Hebraicè esse sephatam, deduciq; à uerbo saphat, quod significat ordinare, seu disponere, ut docet Oleaster super Genes. cap. 49. & latius Pagninus in Thesauro, uerbo Saphat. Vnde putant hic optimè uerti, Inter medios ordines, uel acies, ex R. Abrah. Et ipse Oleaster ibi Gene. 49. ubi nos legimus, Mashar asinus fortis habitans inter terminos, uel inter clericos. Legit

VIII. Quarta singularis intelligentia. Cleri Hebraicè hic sunt ordines, & acies. Genes. 49.

C inter ordines: nam uox Hebræa quæ ibi, habetur, eadem est cum ista quæ in nostro habetur. uersu licet ex R. Dauid, in lib. radicum, alij sic putent legendum: Asinus fortis habitans inter duas sarcinas, id est, ad eos fortis, ut cubet inter duas sarcinas, & furgat cum illis. Alij ibi, Habitans inter duos terminos: & assignant terminos, hos mare Mediterraneum, & mare Galilee, inter quæ suam habuit sortem tribus illa. R. uersus ex eodem Pagnino in thesauro scie dum, uocem illam sephatam, quæ in his duobus

Z. Iccis

locis habetur, scilicet, Gen. 49. & in hoc nostro versu, esse A  
numeri dualis, vt iste sit sensus: Si dormiatis, vel sitis, &  
versemi inter duas acies & ordines, scilicet, inimicorū:  
& vos dormientes, id est expositi magno periculo, ita vt  
nec defendere vos villo modo valeatis, & lōgè minùs of  
fendere aduersarios vestros. Et hūc in modū explicatur  
prius hoc huius versushemistichiū, quo iā paratur via ad  
egregiam interpretationem, quæ inde elicienda est.

Deinde vt nostra hæc explanatio non coacta, & extor  
ta videatur à litera, in mentem oportet reducere id quod  
superiùs aduertisse me memini, scilicet, in hoc Dauidis  
psalmo, victoriā etiam decantari, quam de Assyrijs, Chal  
dxis, & Babylonijs laturus erat populus Dei. Cum enim  
multas Dauid hūc decantet victorias iam præteritas, præ  
sentesq; populi Israelitici, ex præteritis illis, & presentibus  
ominatur, & vaticinatur multas alias quæ de finitimis ho  
stibus erat reportaturus. In hoc ergo versu triumphum  
ex Assyrijs reportandum vno tetigit verbo.

## IX.

Columba de  
argentata.]

Columba Sy  
ris erat sa  
era.

I Am sciendum est ex profanis scriptoribus, qui hac in  
parte multum cōsonant sacris, Columbam apud Assy  
rios, Babylonios, & Palesthinos in tā multo olim precio  
& veneratione fuisse habitam, vt diuinos ei honores de  
ferrent, eamq; veluti Deā colerent. Apud eos erat ingēs  
nephas columbam occidere, sicut apud Athenienses, no  
ctuam. Tibul. lib. 1. elegia. 7. hoc illo pentametro tetigit.

*Alba Palesthino sancta columba Syro.*

Et quantum in hoc Tibulli carmine erratum fuisse ab  
impressoribus, ex illmet Iosephus Scalig. ponentibus, Sy  
ro, pro, suo, atq; adeo ipse emendauerit, suo: quia sicut nō  
dicimus Romanus Italus, neq; Gallus Celta, ita non esse  
dicendum videri, Palesthinus Syrus: Ceterum quoniam  
Syria

A Syria multas habet prouincias, scilicet, Palesthinā, Phœ  
nicem, Mesopotamiā, & c. licitum fuit poetæ ponere Pa  
lesthinum Syrum. Sed hæc parum referunt: refert verò  
multum quod profanus Tibullus multum iuuat illo car  
mine nostram explanationem. Quod si scisciteris, quid  
in mentem venit Syris columbas vt colerent? Dicendū  
ex Diod. Sicul. lib. 3. c. 5. id ea causa fecisse, quia existima  
bant Semiramidem reginam suam nobilissimam in auē  
huius generis, id est, columbam, post mortem fuisse con  
uerfam. Compluribus enim auibus domum egressis, illā  
cum illis auolasse dicunt. Ouid. 4. Met.

Semiramis  
Assyriorum  
regina in co  
lumbā. & c.

B

*Sumptis illius filia pennis,*

*Extremos altis in turribus egerit annos.*

Et est fermo de Semiramide filia Dercetis, deq; Palesthi  
nis, & Babylonijs, quos ibi nominat Poeta. vnde & vox  
ipsa Semiramis, Syra lingua, auem & columbam signifi  
cat, vt etiam dicit Ambr. Calepinus.

Nunc ad sacros veniamus scriptores, & an profanis hac  
in parte faueant, videamus. Certè apud Oseam, sic dici  
tur: Auolabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi colum  
ba de terra Assyriorum. Aegyptij multas colebant aues,  
sed præcipuè accipitrem. Assyrij verò, vel Syri colum  
bas. Nihil enim moror, siue legas Assyriam, siue Sy  
riam: nam quæ ante dicta fuit Assyria, deinde, Syria dicta  
est regio vastissima, & nobilissima, apud Plinium, Me  
lam, & Strabon. de quo etiam commentator Iuuenalis  
Ioannes Bitranicus, super satyrā. 2. in illo carmine.

Ose. 11.

Assyria, Syn  
riadem.

*Quod nec in Assyria pharisaata Semiramis orbo.*  
Vide Viuem, lib. de ciuit. 16. c. 15. Na Xenophon. lib.

Z 2 de

de pedia Cyri diuersas esse putat Syriam & Assyriam. Ita  
 que Assyrij, vel Syri columbas colebant. Vt ergo pro-  
 pheta significaret. incolumes, & indemnes futuros filios  
 Israel; & tanquam rem sacram, & diuinam multis ab ini-  
 micis honoribus esse afficiendos, & sic in patriam glorio-  
 se reducendos, dicit: Auolabunt quasi auis ex Aegypto  
 (per auem intelligit accipitrem, vel etiam Ibin, quas pra-  
 caeteris auibus Aegyptij colebant) & quasi columba de  
 terra Assyriorum. Quis enim ignoret vnamquanq; gen-  
 tilium nationem diuinos honores tribuisse auibus, qua-  
 drupedibus, piscibus? &c. Quin ne ipsi soli harum rerum  
 viderentur cultores, Iudaeis, & Christianis similem cul-  
 tum imputauerunt: Nam dicebant eos asinum, vel asini  
 imaginem adorare solitos, vt dicit Cornelius Tacitus, au-  
 thor gentilis, & Christianis infestissimus, lib. 5. & refert  
 Tertullianus in Apolog. & Sixtus lib. 2. Bibliothecae, verbo,  
 Marie stirps. De quo dicam. q. 4. possit. v. vbi & huius cau-  
 sas referam. Similiter caeteris nationibus sua auis, aut pis-  
 cis, aut quadrupes erant sacra: nam & Aegyptij Draco-  
 nem etiam colebant; adeoque toti Aegypto sacer erat  
 Draco, ipsum vt in vexillis gestarent. Hac ratione Theo-  
 doretus super illum versum Psalm. 77. Contribulasti capi-  
 ta Draconis in aquis, dicit per Draconem intelligi Aegy-  
 ptios. Et apud Ezechiel. cap. Rex ipse etiam Aegypti ap-  
 pellatur Draco magnus. Quibus hunc in modum pra-  
 caeteris quidam nostri temporis recentissimus scriptor sic no-  
 strum versum explanabat. Si dormiatis, &c. id est, Etiam  
 si dormiretis languidi, & legnes, timori eratis, & religioni  
 omnibus siue Philistaeis, id est, Palesthinis, siue Idumaeis,  
 siue Moabitibus, &c. sicut coluba timori est ipsis Palesthi-  
 nis, & Syriis. Quae nota habentur Iosue. cap. 10. Nihil con-  
 tra Israel factum est in die illa, quia ait Dominus. Vnde quomodo Hebraei ho-  
 nori

Gentiles im-  
 putabant  
 Christianis  
 quod asinum  
 lerent.

1. 1. 10

Psal. 77.  
 Ezech. 29. 31.

Iosue. 10.

A nori, & timori erant hostibus suis, vt neq; mutire, & mu-  
 sitare aduersus eos auderent. Exod. 15. Robustos Moab  
 obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Cha-  
 naan: Tunc conturbati sunt principes Edon, &c. Et, No  
 reliquit hominem nocere eis. psal. Exod. 15. Psal. 104.

S E D productis alijs sacrae scripturae locis, ostendamus  
 amplius quam celebris apud Assyrios columba fuerit,  
 vt inde nostram producamus explanationem. Certè no  
 solum multo Assyrijs honori columba fuit, sed etiam cu  
 ad bella procedebant eam in vexillis militaribus gesta-  
 bant. Quod, ne vt meo cerebro ortum paradoxon quisq;  
 B irrideat, refert Nicolaus Lyr. Solertissimus sacrarum scri-  
 pturarum interpres, super Hierem. c. 25. Itaq; quemadmo-  
 dum Romanoru in signe, quod in vexillis gerebant, erat  
 aquila, Luca. lib. 1. Pharsal.

Exod. 15.  
 Psal. 104.

X.  
 Columba in  
 vexillis ge-  
 stabat Syri,  
 sicut Roma-  
 ni aquilas.

Signa, pars aquilas, & pilaminantia pilis.

Et Aegyptiorum in signe erat Draco, vt tetigimus, ita  
 Syrorum insignia, & imagines erant Columbae.

Verum quantum fas est colligere ex lib. Numer. c. 2.  
 ipsis etiam Hebraeis sua erant insignia. Et tractat Lyran.  
 Vatab. & Abulen. in illo loco Num. Vtq; caeteros omit-  
 tam, tribus Iuda Leonis imaginem gestabat in vexillis.  
 C Quod ex Rabbinijs refert Vat. & Abul. in illo loco Num.  
 2. q. 5. Hoc inde sumpsisse videtur initium, quod ra olim  
 Sanctus Iacob Genes. 49. ad benedicendum Iudam pro-  
 cedens, ipsum appellauit Leonem, dicens, Catulus Leo-  
 nis Iuda. Inde Salomon etiam pro insignibus suae nobili-  
 tatis imaginibus, habere voluit Leones, tanquam oriun-  
 dus de genere, ac sanguine & tribu Iuda. Quamobrem  
 3. Reg. 7. & 2. Paral. 9. Leones semel & iterum, & multo-  
 ties in suis aedificijs exprimi, & depingi voluit. Videor au-

Num. 2.  
 Tribus Iuda  
 leones pro  
 insignibus  
 habebat.

Genes. 49.

3. Reg. 7.  
 2. Par. 9.

tem mihi subolfacere quandam allusionem ad istam doctrinam in sacra Ioannis Apocalypsi: nam volēs Prophe-  
 ta per periphrasim describere Christi victorias, dixit: Vicit Leo de tribu Iuda. Id est, vicit ille, cuius Maiorum, ac progenitorum imagines erant leones. Vicit Christus, Vicit tribus Iuda. Ac si olim diceretur, Vicerunt Aquilæ, id est, Vicit Cæsar, vicerunt Romani. Sic ergo vicit Leo, vicit tribus Iuda, vicit Christus.

**Hier. 25.** Ad rem: Columbæ erant insignia, & imagines Assyriorum. Et sic intelligetis vos quid sibi velit Hier. c. 25. in fine, ibi, Facta est terra eorum in desolationem, à facie iræ columbæ. Et c. 46. & 50. à facie gladij columbæ. Et vulgò adagium, Cauete ab ira columbæ. Nam Nabuchodonosor his in locis columba appellatur, qui Rex erat Babylonis, non illius quæ in Aegypto sita erat, quæq; nunc tēporis dicitur, El Cayro: sed eius Babylonis quæ in Syria erat, quamq; Semiramis condidit, quæ, vt diximus, cōuerfa fuit in columbam. Igitur huius Babylonis Rex merito appellatur columba, à sacro vate Hieremia, & ira columbæ, & gladius columbæ. **Quanis. 70.** & **Theodore. 70.** & **Vata. & Clarius,** & communiter ex Hebræo nulus ibi, **Hier. 25.** legat columbā, sed vel iram, vel opprefionē, vel furorē, loco columbæ. Sed in idem recidit, imò meam firmat sententiam: nā per columbam contendo intelligi id quo Assyrij iratos, furentes, & formidabiles se ostendebant. **Quin** & apud **Sophoniam. c. 3.** habetur: Væ prouocatrix, & redempta ciuitas, columba. Vbi facer vates, iuxta id quod multi sentiunt, teste Hierony. super illum locum, nomine columbæ significat Niniuen famosissimam, & populosissimam urbem quondam Assyriorum. Quæ eadem ratione columba dicitur, quæ eius rex Nabuchodonosor columba etia dicebatur. Vbi **Pag. 192.**

**A** nin. loco illius, Ciuitas colūba, verit, Ciuitas que spoliat, id est, ciuitas crudelis, vt consonet alteri vati, scilicet, Hieremix, qui toties gladium columbæ, & iram columbæ dicit. Est autē huius vocis significata crudelitas præ oculis habenda, ad ordinem literæ versus nostri: quam sic intelligo. Si tamen prius rursus aduertero, nunc ad primū, & secundum versum nobis redeundum esse, nam, vt initio admonui, vna est trium horum versuum intelligentia, vnus sensus, & explanatio postremi à primo pendet, & primi mutuò à postremo, vt iam iam explico.

Igitur sensus iste est: Etiam si languidi, & segnes versemini, & dormiatis inter duas acies hostium, & sint penæ columbæ, cuius imago in eorum vexillis depicta conspicitur: sint inquam, vt argentum, & aurum promicantes, & resplendentes: Dominus tamen dabit vobis tam fælicem exitum, tam gloriosam victoriam, vt etiam mulieres triumphi celebratrices magna virtute præditæ, & metum profus exutæ, egregiam laudem canant, & spolia ampla referant: Nam Rex ipse virtutum Deus, Dominus dilectissimi populi sui benignissimus, & beneuolentissimus dabit ipsis mulieribus, vt audacter prædentur, & spolient inimicos, & prædam inter se diuidant.

Aut sic paraphrasticos ab initio totum elucidemus: **Paraphrasis prædictorū trium uer- suum.**  
*Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia: Si dormiatis inter medios scleros, pennæ columbæ de argentatæ, & posteriora dorsu eius in pallore auri.* Sic ergo accipito paraphrasim ex superioribus collectā. Cū ad bella pcesseritis, præcipueq; cōtra Palæsthinos, Assyrios, Chaldæos, & Babylonios: (prædicō nanq;

**XI.**  
*Colligitur trium uer- suum explicatio.*

nanq; vos ab his omnibus oppugnatum iri,) Dominus dabit virtutem mulieribus illis sanctis, quæ in modum exercitus multi, ante ostium tabernaculi, & templi excubare solent, quæq; ad prælia siue mente, siue corpore egressuræ etiam sunt. Mente quidem, quia votis suis, & precationibus Deum pro victoria vestra orantes, ante arcæ & propitiatorium tandiù erunt, quandiù pugna durauerit. Corpore verò, si exire etiam ad bellum debeant, non vt pugnet sed vt à longe finem videant, & expectent. Dominus ergo dabit istiusmodi mulieribus sermonem, verbum, canticum, laudationem, quibus Deum pro victoria è templo precentur: aut quibus circa militum castra victoriam clamare & personare audeant. Quibus siue orationibus, siue vociferationibus fiet, vt Reges potentissimi fugiant attoniti, aut fœdera pacis, iniquis etiam conditionibus ignominiosè à nobis petant. Aut, hoc facit Rex ille summus Deus opti. max. qui est rex virtutum, & est rex dilectissimi populi sui. Qui itidem rex, & dominus qui dederat siue preces, siue rythmos in ore mulierum, nunc dabit iisdem mulieribus diuidere spolia, idest, audaciam, roburq; & firmitatē, vt adortæ, & aggressæ tētoria hostiū, prædam inde quamcunq; repperint, auferant, diuidantque. Siue hyperbolicos: Tam fausta, & omnibus numeris plena erit victoria, vt possint etiam mulieres, quæ alioqui timidæ sunt, infirmæ & ad bellandum, & prædandū ineptissimæ, ingredi in castra hostium, & quæ in eis inuenierint, rapere. Idq; facere poterunt fœminæ ipsæ, quæ habitatrices, & pulchritudo, atq; species domus sunt: & quarum ea tantum est cura, vt domi manentes eam mudent, & verrant. Tunc verò præmagna lætitia egredientur domo, & sui maneris oblitæ, virorum munus audacissime subibunt. Euenient porrò fœlicissima omnia ista,

**A** ista, etiam si vos sitis medijs inter duos ordines inimicorum, etiam si hinc inde oppugnemini: & ex vna parte vna acies siue ala: ex alia, alia acies inimicorum sit: & vos dormientes, idest, expositi omnium iniurijs, adeò vt nec offendere hostes, verum nec ab illis offensoribus defendere vos valeatis. Rursus, etiam si iam iam pennæ columbæ deargentatæ, & cuius posteriora sunt pallida sicut aurum: etiam inquam si Assyrij, quibus cum belligeraturi estis, vos adoriantur, & eorum vexilla columbis ornata, & depicta, & splendentia tanquam argentum, & aurum vobis dormientibus iam supersint, & immineant. Etiam si vltimum vobis supplicium præsto sit, & columbas Assyrij ostendant victoriæ, apud eos symbola: Dominus tamen dabit verbum, dabit victoriam, &c. Et

quidem hunc sensum quem literalissimum

iudico, audientibus offero cor-

rigendum.

**Q**VAE-

# Q V A E S T I O

## TERTIA SCHOLASTICA:

### De scientia indita animæ Christi.

*Verum mysterium Trinitatis per scientiam inditam non beatam, Christus euidenter cognouerit.*

**M**ULTA inuoluit præsentis quæstionis titulus, quæ explicari, & euolui breui temporis gyro mihi ad dicendum præscripto, minimè possunt. Vnum idè quod prima facie titulus præferret, reliqua in alium transmittentes locū, differere pollicemur.

**I.** **D**Vas tamè quæstiones præambulas expedit ventilare, vt modū loquendi confutemus quorundā, qui magno, vt ipsi putant, pietatis affectu permoti contendunt, mysterium Trinitatis rem quidem esse sublimem ac diuinam: at intellectu perfacilem, & quæ omnibus sanæ mentis hominibus, rationibus è natura ipsa desumptis, persuaderi possit, propter magnam conuenientiam quam natura ipsa rerum cum diuina Trinitate habet. Hoc existimandi ansam præbuit Richardus Victorinus, lib. 1. de Trinitate. c. 4. vbi dicit: Erit itaq; intentionis nostræ in hoc opere, ad ea quæ credimus, in quantum dominus dederit, non modo probabiles, verum etiam necessarias rationes adducere. Et statim. Credo namq; sine dubio quoniam ad quorumlibet explanationem, quæ necesse est esse, non modo probabilia, imò & necessaria argumenta nõ deesse, quāuis illa interim cōtingat nostrā

in-

**A** industriā latere. Hoc facit à lib. 3. c. 2. contēdens multis argumentis lumine naturæ confectis ostendere, in diuinis esse personarum Trinitatem. Quæ collecta, & confutata videre licebit apud Marsilium in. 1. q. 2. ar. 3. & Diony. Carth. in. 1. d. 3. q. 3. Bonauent. A. Egid. & c. Quorum etiam meminit D. Tho. 1. p. q. 32. ar. 1. & alij.

Raymundus Lullus (quem diuinis illustrationibus edoctum iactant sui discipuli) locis citandis, ad eò euidenter existimabat mysterium se Trinitatis ostendere, vt Gentiles etiam se cogere diceret ad assensum præstandum. Id efficere nititur ex principijs quibusdam transcendentibus, quæ arte quadam à se conscripta euulgauit. Hanc artem excitatam, & propugnatam à multis huius sectæ professoribus videmus hodie. Raymundus alter de Sabunde illius Raymundi discipulus, librum confecit, quem prætitulauit, Theologia naturalis, seu, liber creaturarum: in cuius prologo non semel aiebat, citra supernaturale lumen posse ex creaturis notitiam deduci mysteriorum Dei. Verum iste prologus nunc temporis in catalogo inquisitorum sanctè est iussus expungi.

Patrocinantur his Theologis Philosophi, Aristot. lib. 1. de cœlo, dicit, Pythagoricos propter quendam ordinem quem in creaturis obseruabant, solitos esse Deum colere triplici honore, hymno, adoratione, & oblatione, quod refert præ alijs A. Egidius in. 2. dist. 9. quæst. 2. ar. 1. in primo argumento, & latissimè explicat Iacobus de Valentia, super Te Deum laudamus, in illum versum, Tibi cherubim, & Seraphim, & elegantissime Besarion. Cardi. lib. 2. defensionis Platonice. c. 5. Quin & ipse Aristot. non omnia de mète Pythagoræ, sed aliquid etiam ibi de propria mente profert dicens. 1. cœli. c. 1. Ipsa tria omnia sunt, & ter ipsum, omni ex parte. Nam, vt Pythagorici etiam in-

Aa 2

quiunt  
BIBLIOTHECA  
VERSITARIA  
SPRAN

quiunt, ipsum omne, ac omnia tribus sunt definita: Finis enim, medium, ac principium ipsius omnis numerum habet, hæc autem Trinitatis. Quapropter hoc à natura numero sumpto, perinde atq; quadam illius lege, & in Deorum sacrificijs celebrandis vti solemus. Hæc Arist. Quibus satis docet in natura ipsa quadam Trinitatis scintillam emicare, qua inspecta homines acutioris ingenij numinis Trinitatem obseruauerunt. Platonis in Epist. 2. ad Dionysiu Regem Siculum, verba sunt ista: Ais non sufficienter tibi à me de prima natura demonstratum fuisse: Dicendum est igitur tibi per ænigmata quædã, vt si quid huic tabellæ vel mari, vel terra cõtingat, qui eam legerit, intelligere non possit. Est autem ita: Circa omnium Regem cuncta sunt: ipsius gratia omnia: ipse pulchrorum omnium causa: circa secundum secunda: tertia circaterium. Aug. Eugubi lib. 2. de perenni philosoph. c. 3. & Bessarion Cardin. lib. 1. Platonicæ defensionis. c. 2. huius meminere latissimè, D. etiam Cyrillus, aduersus Iulianum Imperatorem: Sed breuiter Mar filius Ficinus, in argumento ad hanc secundam Platonis epistolam, ænigmã illud explicabat his verbis: Circa omnium Regem cuncta sunt, idest, circa ipsum Bonum sunt ideæ, & per ideas omnia. Circa secundum, idest, Mentem sunt secunda, idest, rationes quæ sequuntur Ideas. Circa tertium verò tertia, idest, circa Animam mundi, formæ. Hæc ille. Quid verò per Bonum, Mentem, Animam intellexerint Anaxagoras, Plato, Aristoteles, minimè dubitant qui in humanioris Theologiæ studijs versati sunt. Certè secretò, & quasi velata facie insinuabant personarum diuinarum Trinitatem: licet quid dicerent non penitus intelligerent. Nam nomine Boni Patrem æternum quodammodo significabant, quòd totiùs bonitatis fons esset, atq; principium.

Per

Plat.

Bonũ, Mẽs,  
Anima mundi  
quid apud  
Platonem.

**A** Per Mentem verò Filium à Bono illo genitum per inælectum. Animæ vero nomine sanctum Spiritum. Quo circa Macrobius non Christianus, lib. 1. in Somnium Scipionis. c. 2. christianissimè loquitur, ab illo: Sciendum est non in omnem disputationem Philosophos admittere fabulosa, &c. Et infra. c. 6. paulò post initium sic ait: Aut Deus summus est, aut Mens ex eo nata, in qua species rerum continentur, aut mundi Anima, quæ animarum omnium fons est, &c. Et. c. 14. eiusdem lib. 1. latius ab illo: Deus qui prima causa est, &c. Et infra sic dicit: Hunc rerum ordinem & Virgilius expressit: nam, & mundo Animam dedit, & vt puritati eius attestaretur, Mentem vocauit.

Verba Macrobij.

Virgili.

*Cælum & terram, camposque liquentes,  
Humentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,  
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus  
Mens agitat mole, & magno se corpore miscet:  
Inde hominum, pecudumq; genus, &c.*

Spiritus intus alit, idest Anima, sicut alibi pro spiramento, animam dicit. Quantum ignis, animæque valent & vt illius Animæ assereret dignitatem, Mentem esse testatur, Mens agitat molem. Nec non vt ostenderet ex ipsa anima consistere, & animari vniuersa quæ viuunt, addidit: Inde hominum pecudumq; genus, &c. Hæc ille. Quid rursus Platonici de Bono fenserint, latissimè tractat Euseb. Cæsariensis. lib. 11. de præp. Euangel. capit. 11. Et non ne idem Virgilius in Pharmaceutria ternarium etiam magnopere commendauit.

*Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore*

Aa 3

Licia



*Licia circundo, terq; hæc altaria circum  
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.*

Vnde obsecro in mentē venit Virgilio quòd impari Deus numero gaudeat? Quodq; numero ternario toties replicato inuocandus esset, & adorandus? Nisi in ipsa rerum creaturarum natura, cum ingenitū quoddam diuinarum scientiarum semen sit, tum verò maximè mysterij Trinitatis.

II. **V**eruntamen per absurda, & erronea est talis opinatio eorum, qui naturali lumine ostendere naturam Trinitatis contendunt. Quocirca Ricardus de Sancto Victore aut explodendus, aut piè explicandus nobis est, cum D. Thom. 1. p. q. 32. ar. 1. De Raymundo autem quid Theologi sentiant facile dicam. Bernard. de Lutzeburgo in catalogo hæreticorū, verbo, Raymundus Lullidicit quòd doctrinā suam habuit à Diabolo, licet ipse asserat quòd eam habuit in quodam monte à Christo sibi apparente in forma Crucifixi, &c. Post quæ recitat quasdam hæreses ipsius Trinitatem concernentia. Gabriel Prateolus Marcossius, Elenchi hæresum libro. 16. verbo Raymundus Lullus. idem ad verbum ex Bernardo præallegato refert. Sed & in libro qui dicitur: Directoriū inquisitorū, parte. 2. in tract. de. 58. quæstionibus. q. 9. dicitur quòd à Fratre Nicolao Eimerici. Ord. Prædic. fuere præsentati Gregorio XI. Pont. Max. viginti volumina Raymundi Lulli: & de mandato Pontificis commissa fuit causa Cardinali Hostien. qui simul cum viginti Magistris Theologis condemnarunt quingentos articulos erroneos: de quibus centum inseruntur Directorio. Et. 96. est quod omnes articuli fidei, & Ecclesiæ sacramenta, ac potestas Papæ possunt probari, & probantur per rationes necessarias de

Quòd sine diuino lumine non potest Trinitas innotescere.

De Raymundi, & Lullistarum erroribus.

**A** demonstratiuas, & euidentis. Ex lib. de articulis fidei. & lib. Contemplationum, & lib. de Ecclesiastic. prouerbijis, & lib. de planctu Raymundi. Præterea. 97. error erat iste: Quòd fides est necessaria hominibus inscijs, rusticis: & quòd homines grossi ingenij, & illiterati diligunt noscere articulos fidei per fidem, & non per rationem. Sed homo subtilis facilius trahitur per rationem, quam per fidem. Ex lib. contemplationum. Et. 98. est: quòd qui cognoscit per fidem ea quæ sunt fidei, potest decipi, sed ille qui cognoscit per rationem, non potest decipi. Et. 100. error erat: Quòd Deus contulit ipsi Raymundo istam artem, & doctrinam generalem in quodam monte qui sibi apparuit crucifixus, & contulit eam sibi pro huius sæculi tenebris illustrandis. Ex prolog. lib. sent. & lib. de planctu Raymundi. Sed & post centum errores, commemorantur alij Lullistarum, id est, discipulorum Raymundi, quorum primus est, quòd doctrina Raymundi excedit omnem aliorum doctrinam in bonitate, & veritate, etiam Augustini. Tertius, quòd Theologi nostri temporis nihil sciunt de vera Theologia. Quintus: quod omnes doctrinæ destruentur nisi doctrina Raymundi, &c. Insuper Ioannes Gerson etiam Parisiensis Cancellarius, & Petrus Ciruelo Darocen. huius nostræ Salmantinæ ecclesiæ Canonicus lib. de. 9. quæstionibus paradoxicis. q. 6. metaphysicali multis inuehuntur in Raymundum, & dicunt, illusum illum fuisse à Dæmone transfigurante se in Angelum lucis, & omnem eius artem esse phantasticam & inutilem. Genebrardus etiam nostri sæculi diligētissimus scriptor lib. 1. de Trin. pag. 20. idem in hac causa iudicium tulit. Sed quidquid sit de hac arte (nam à multis & eruditis, & catholicis in multo habetur pretio) quod tamen de mysterio Trinitatis sentit, hæreticam est. Nā

vt habent aurea illa sanctissimi martyris Cypriani verba **A** (alii enim testimonijs, & rationibus illam imaginatio- nem refellere non est opus): Certè sibi soli nota est Tri- nitas, & solus Pater scit Filium, Patremq; nouit Filius; neq; à quoquam nisi eo reuelante est cognitus. In hac di- uini magisterij schola Pater est qui docet, & instituit: fi- lius qui arcana Dei nobis reuelat, & aperit: Spiritus san- ctus qui nos replet, & imbuit. Hæc ille in sermone de Ba- ptismo Christi, & manifestatione Trinitatis.

*Ad argum.  
Quomodo  
Philosophi  
agnouerint  
Trinitatis  
mysterium  
Prima expli-  
catio.*

Id verò argumentum quod ex auctoritate Philoso- phorum petebatur, nam omnes Philosophi, omnes Sybil- læ, & quotquot ex gētilibus adducipossunt, mysterium **B** Trinitatis videntur olfecisse, dicendum est cum Alber- to, Dionysio, Marfilio, & S. Thom. supra, multas solu- tiones habere: nam primò dici potest, quòd non per pro- pria, vt fides docet, sed per communissima quædam ap- propriata, & attributa explicarunt, & cognouerunt Deum esse summum Bonum, esse Mentem purissi- mam, esse Animã benignissimã, & causam rerum. Quòd si tria hæc vt distincta concipiebant, errabant planè toto cœlo, nam Mentē inferiorem, & factam à Deo putabant: Animam etiam utroq; inferiorem, & factam, & alia plu- ra his familia, quibus ignorantia apertè testabantur se hu- **C** ius habere mysterij. Dicit etiam potest secundò, habuisse eos quidè Trinitatis notitiam, nò naturę lumine, sed quia libros legis, & prophetarum legebat, vt dicit, ac inculcat sæpius Euseb. præsertim lib. 11. de præp. Euang. c. 10. Aut tertio, quia per cōsultatione Demonũ addiscebat, vt dicit Dion. Carth. ex Petro de Taran. Aut quarto, vt ego exi- stimo, reuelante illis Deo, & interiorius suggerente illa my- steria, vt diceret, scriberetq; ad suorum erroru cōsutatione, & fidei perfusione, vtq; in eorum libris arma quibus illos expug-

*Secunda.*

*Tertia.  
Quarta.*

1.

**A** expugnare possemus, haberemus. Nam quòd numine diuino Sybillæ afflatæ tam multa de fidei mysterijs dix- erint, dicunt August. lib. 18. de Ciuit. c. 23. Hiero. contra Io- uinia. Lactantius lib. 1. diuinarum. institutionum, Euse- bius, & alij. Quintò etiam dicendum videtur, per traditio- nem de ore in os, deq; pectore in pectus transfusam esse ab Adamo, à Moysè, ab Abrahamo, à Noe, & alijs. ad Gē- tiles mysteriorum fidei notitiam. Nam cum Aegyptijs Græci conuersati sunt, teste Euseb. lib. 10. de præparat. euangel. c. 2. fusissimè ex Iosepho multa mutiante. Vide licet, Thales Milesius, Pythagoras, Solon, Plato. AEGyp- **B** tij autem edocti ab Hebræis fuere, quandiũ inter eos di- uersati sunt à tempore Iacob ad tempora Moysi. Ab his ergo Pythagoras, & Plato, & alij Philosophi obscure ali- quid de fidei nostræ mysterijs acceptum illud ad Phi- losophiæ præcepta accõmodarunt, & posteris vera falsis commiscentes tradiderũt, vt verbis vtat Genebrardi lib. 1. de Trinitate. pag. 19. & docet D. August. 2. de doctrina Christiana. c. 28. & lib. 18. de Ciuitat. c. 37. Vide Theodo- ret. lib. Græcan. affect. Euseb. lib. 10. de Præparatione euan- gel. c. 12. & 13. Iustin. ad Gentes, Iosephum contra Apid- **C** nem, Sixt. Senen. lib. 2. Biblioth. verbo, Sybilla. Eugub. lib. 1. de Peren. Philos. c. 15. & S. Thom. 1. p. q. 32. art. 1. Dio- nys. 1. di. q. 1. clausimè.

**V** Trum verò non solis naturæ viribus, sed fide præ- supposita tales demonstrationes Trinitatis haberi possint, dubium est. Nam Raymundus dicebat, huiusmo- di euidentes demonstrationes de arcano Trinitatis my- sterio haberi posse, præsupposito tamen diuino lumine. Quibus demonstrationibus iam confectis, necessariò con- uincebantur Gentiles, & Iudæi, modò non essent in infi- delitate obstinati, assentiri prædictis mysterijs. **III.** *Secũda que- stio præam- bula. An fide præ- supposita possit demõ- strari Trini- tas.*

B b Henri-

*Sybilla nu- mine diuino afflata sunt. Quinta.*

*Ab Hebræis didicerunt Gentiles.*

*Philosophi*

*obscure*

*clausimè*

sun allidez  
o. i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i.

Henricus Gand. quodlib. 8. q. 14. vbi initio, & ferè per totam quæst. adniritur Ricardum defendere, & demum. concludit quæstionem his verbis: Articuli fidei considerantur vno modo, vt credibilia solùm, & sic non innituntur nisi lumini supernaturali, & non possunt demonstrari. Alio modo possunt considerari vt intelligibilia, postquàm sunt credita, & sic non tam innituntur lumini supernaturali quàm naturali, & sic demonstrari possunt. Et rursus fusè, & latè idem conatur astruere quodlibe. 12. q. 2. Idem videntur docere. Marfilus loco citato. D. Bonau. lib. Inmerarij, & lib. Breuiloquij, quem refert Diony. supra, in. 1. d. 3. quæst. 3.

Responsio  
negatiua.

Nos tamen vnica ratione probabimus huius sententia falsitatem: Si enim de lege communi, haberi potest demonstratio de mysterio Trinitatis, etiam supposita fide, iam qui huiusmodi demonstrationem assequutus esset, fide non indigeret: imò fidem habere non posset. Dicit Raymundus, illum habiturum fidem in præparatione animi: nam paratus esset illud credere mysterium, fide eo demonstrationem non haberet. Sicut de Christianis Philosophis vulgò dicimus, eos in præparatione animi tantùm, fidem habere de existentia, vnitatem, æternitate, & bonitate Dei, quoniam de his demonstrationem habent. Verumtamen quanuis exemplum de Christianis Philosophis adductum bene habeat, at fanè doctrina illa perabsurda est. Eo enim ipso quòd de omnibus fidei mysterijs, aliquis, etiam supposito lumine supernaturali, demonstrationes conficeret, iam nullius mysterij fides reliqua illi esset: quandoquidem omniam haberet demonstrationes. Dicere vero quòd in via, & de lege communi quis loco fidei demonstrationem, & euidentiã mysteriorum supernaturalium habeat, & nullam fidem,

Dilutio.

III  
sup  
i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i.

est

**A** est planè contra illud Pauli: Per fidem ambulamus, & non per speciem. Et, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et, Iustus ex fide viuit. Et, Iuxta fidem homines defuncti sunt, &c. Si ergo omnes sancti vtriusque testamenti, ipsique Apostoli Christi, aliique permulti & illuminatissimi, & magno & excellenti ingenio præditi, fidem quò ad vixerunt in hac vita, exuere minimè potuerunt, neque vnquam aliquis illas adinuenire potuit demonstrationes, quibus diuinorum mysteriorum sibi compararet euidentiã notitiã, & sic fidem à se depelleret: profectò, vanum

2. Cor. 5.  
1. Corin. 13.  
Rom. 1.  
Abac. 2.  
Hebr. 4.  
C. 11.

**B** est asserere, quòd id se cerit Raymundus, ceterique Laullitzæ, aut Henricus, Ricardus, aut quisquam alius, etiam mediante fide, & supposita diuina reuelatione, quam de lege communi omnes fideles, per Deigratiã, habent. Verum est tamen quòd Henricus quodlib. 12. citato, loquitur superius clariùsq; lumen quàm stilumen fidei, videtur exigere ad huiusmodi demonstrationes Trinitatis inuestigandas: Quidquid tamen sit de hoc, id certum esse debet tales demonstrationes commemoratas mysteriorum supernaturalium excludentes fidem, a viatore non posse de lege comparari. Vnde quid citra legem à Deo hac in

**C** parte fieri possit, quid ve cum anima Christi dominicè non secundum legem, & ad mensuram datus est spiritus sapientiæ, & intellectus, sed thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei commissi, & traditi ei sunt factum fuerit explicemus.

Ioan. 3.  
Colof. 2.  
III.

**Q**uestio itaque hinc inde excutienda, & agitanda ea est, An circa visionem beatificam, alicui Viatori communicari possit, aut cõmunicata vnquam fuerit anima Christi euidens notitiã Trinitatis, & personarum eius. Ad huius intelligentiam præmittamus oportet res

Quæstio  
præcipua di  
sputanda.  
Tribus modis  
stat rem  
cognosci.

7.102.2  
1.1110.2  
1.110.2  
1.111.2  
4.1111  
1.11.2

à D. Thom. enumerari modos, quibus res cognosci potest. i. p. quæst. 56. art. 3. Primus est quando nulla specie, aut similitudine media, res ipsa immediatè coniungitur potentia cognitiuæ, quo quidem modo lux ab oculo corporeo cernitur, vt dicit D. Thom. ibi & in. 2. Sentent. d. 13. q. vni. ar. 3. in corpore. & de ver. q. 8. art. 3. ad. 17. & q. 14. ar. 8. ad. 4. & similiter vnusquisq; Angelorum suam intuetur essentiam, vt habet idem. i. p. q. 56. ar. 1. 2. & 3. & libr. 2. contra Gent. latè quo etiam modo beati in patria diuinam contemplantur naturam, vt docet. i. p. q. 12. ar. 2. & 3. p. q. 11. ar. 1. & vbiq;

Secundus modus quo res cognosci valet est per propriam similitudinem, vel speciem immediatè missam ab obiecto, & receptam in potentia: quo quidem modo albedo conspicitur à potentia visiuæ, & quidditas rei materialis ab intellectu humano. Tertius modus est quo res cognoscitur, non per suam essentiam immediatè, nec verò per propriam sui speciem, sed per speciem alterius rei habentis aliquem intrinsecum ordinem ad illam aliam, siue causæ ad effectum, siue effectus ad causam, siue similitudinis, & analogiæ, &c. Et hoc modo per speciem fumi cognoscitur ignis, & per speciem ignis fumus, & per speciem creaturarum Deus, & per speciem imaginis res imaginata.

Et quidem ex his tribus cognoscendi modis, primus ad nos non atinet, nam firmiter asserimus, animam Christi mysterium Trinitatis primo illo modo, id est, per visionem beatificam noscere, vniente sese diuina essentia ipsi animæ Christi. De secundo verò modo est præcipua dubitatio, nempe, An speciem aliquam propriam suæ diuinitatis communicare Deus animæ Christi potuerit, per quam abstractiuè, quidditatiuè tamen, & euidenter

1.1111  
1.1112  
1.1113  
1.1114  
1.1115  
1.1116  
1.1117  
1.1118  
1.1119  
1.1120

A denter diuinitas conspiceretur. Non tamen inquirimus, Vtrum ne beatifica visio per mediam speciem diuinæ naturæ fieri possit, nam hoc alibi tractandum est: & verissimum cenſeo quòd data illa specie non ideò desineret visio illa esse beatifica, & intuitiua, vt inferiùs obiter ostendemus. Tertius etiam cognoscendi modus pertractandus relinquitur, An per speciem alterius rei, videlicet, alicuius creaturæ potuerit saltem quantum ad quæstionè, an est, anima Christi extra facialem Dei visionem, cognoscere euidenter mysterium Trinitatis, Quartus item alius modus, qui præteritus est à D. Thom. quoniam ad suum propositum minimè faciebat, non est à nobis prætereundus, quoniam ad nostrum facit. An etiam quo ad an est, vel quia est, potuerit per reuelationem, & attestationem claram Dei, citra visionem beatam, innotescere mysterium Trinitatis euidenter. Et ad hos modos reliqui reduci possunt, qui interdum apud probatos auctores varijs nominibus distincti reperiuntur.

ERgo primum dubium principale illud erit, An animæ Christi, & cuiusuis alterius viatoris communicari possit notitia quidditatiua, id est, quantum ad quæstionem quid est, abstractiua tamen, & non beatifica & facialis huius mylterij. Idq; per propriam speciem Trinitatis (si enim quidditatiua est, per propriam speciem esse debet) quam quidem specie Deus produceret sui ipsius, non quatenus ipse esset obiectum cognitionis (hoc enim modo contendit D. Thom. speciem Dei dari non posse, quæ scilicet, ab ipso Deo tanquam ab obiecto naturaliter proficiscatur, sicut species, quæ proficiscitur ab albedine) sed in quantum Deus ipse esset efficiens, & agens talis speciei.

Est prima opinio, quæ hunc dicendi modum amplectitur.

V.  
Primū dub.  
princip. An  
notitia quid  
ditatiua ab-  
tractiua  
Trinitatis  
dari possit.

1 Opinio af  
firmatiua.

ctitur. quòd scilicet, mysteriòrũ fidei bene potest Deus A  
communicare viatori notitiã eidentem, quidditati-  
uam, abstractiuam, non beatificam, &c. Ita sentiunt innu-  
meri Theologi, quos debito statim ordine percensebi-  
mus. Verùm hæc vt sententia percipiatur, notandum est  
quòd per notitiã abstractiuam Gab. q. 1. prologi ar. 2. nõ  
tab. 2. ex Gersono, intelligit eam quæ abstrahit ab existen-  
tia rei, qualis est notitiã qua cognoscimus rosam, quæ ta-  
men rosa nõ existit hybernis his noctibus quibus ista scri-  
buntur. Scotus verò in. 2. d. 3. q. 9. §. Ad quæstionem igitur.  
& in Quodlibetis, & vbiq; locorum, intelligit eam noti-  
tiam quæ licet non abstrahat ab existentia, abstrahit tamen  
a præsentia rei. Vt si quis rem alicubi existentẽ, non  
tamen sibi præsentem cognosceret, diceretur abstractiuam  
eius habere notitiã. Vt Astrologus domi suæ la-  
tens tempore quò re vera eclypsis existit, cognoscit eui-  
denter eclypsim esse, abstractiuè tamen, quia absens illi  
est. Sic explicat mentem Scoti Dur. q. 3. prologi, numer. 7.  
Franciscus de Maironis. q. 17. Argentina. q. 3. ar. 1. Franciscus  
de Christo. q. 2.

*Vera expli-  
catione notitiæ  
abstractiue,  
& intuitiue  
ex Scoto.*

*Doctores  
pro hac sen-  
tentia.*

Igitur doctores qui huic parti suffragantur, sunt graues  
in primis & docti. Scotus in illa. q. 9. d. 3. §. Dico igitur bre-  
uiter. apertè dicit, de facto communicatam fuisse hanc  
speciem Angelis, initio suæ creationis, repræsentantem  
quidditatiuè diuinam essentiam abstractiuè. Quauis C  
autem deinde sentire videatur quòd per talem spe-  
ciem non cognosceretur personarum Trinitas, sed for-  
lùm natura diuina qua ratione præscindit à personis, ta-  
men statim in oppositam declinat partem. Nam cum  
sibi obieisset in hunc modum. dicens: Quando suppo-  
ta sunt in natura ex naturali necessitate intrinseca, illud  
quod est ratio distinctè cognoscendi naturam, erit ratio  
distin-

A distinctè cognoscendi supposita: & tunc videretur quòd  
Angelus posset cognoscere naturaliter essentiam diui-  
nam in tribus suppositis, &c. Hoc non negat Scotus, sed  
solùm ostendit modum quo id tunc fieret: dicit enim,  
quòd illa talis cognitio non esset naturalis, sed supernatu-  
ralis, quia esset ab specie illa intelligibili tanquam à cau-  
sa supernaturali, & supernaturaliter agente, licet quodam  
modo posset dici naturalis, quia posset Angelus specie il-  
la vti naturaliter. Id ipsum habet expressius, & ad nostrũ  
propositum accommodatiùs in quodlibet. quæst. 7. con-  
clusionè. 2.

B Franc. de Mairo. q. 15. prologi. ar. 2. conclusionè. 2. sub-  
scripsit eidem sententiæ dicens: Intellectus noster super-  
naturaliter eleuatus, citra beatitudinem, potest per ali-  
quam speciem infusam cognoscere diuinam essentiam  
sub propria ratione, & specifica: Et concl. 4. & q. 16. & 17.  
idem tradit. Id ipsum habet Aureolus. q. 2. prolog. ar. 3. &  
alij, quorum loca, & nomina videre licet apud Alpho-  
sum Tolet. Archiepis. Hispalensem, & Augustinianũ Ere-  
mitam. q. 1. prolog. ar. 3. & 4. His annuera Ioannem Ma-  
ioris. q. 3. prologi ad. 4. dubitationem, vbi contra Duran-  
dum multis contendit, posse Deum communicare via-  
tori notitiã eidentem abstractiuam Trinitatis distin-  
ctam, sicut presbyteri Ioannis existentis in India. Allia-  
censem. S. R. E. Cardin. quæst. 1. prologi. art. 2. latissimè.  
Et Ioannem Basolis, & Liqueum Scoti interpretem.  
Sed & Thomas Argentinensis, Generalis nostri ordi-  
nis. q. 3. prolog. ar. 1. in initio, idè in hac eadem parte sentit.  
Quauis consilium suum in melius post pauca retulerit.  
Idem sentiunt alij, qui initio lib. 1. sent. hanc quæstionè sub  
præscripta à nobis forma proposuerunt, & disputarunt.  
Quauis nostris hæc temporibus, doctores isti apud nostrũ  
hoc

*in Summæ A  
129. 1210 d.*

*Contra eos  
qui libros ue-  
teres nõ euol-  
uunt, sed so-  
lum novos,  
& manuscri-  
ptos.*

hoc Theologiæ gymnasiū tam in obscuro dormiant, vt A nullus ferè sit qui ipsos excitare, nedum puluerem excutere, quem ob nostram incuriam cōtraxerunt, aut possit, aut velit. Sed manuscriptis codicibus auidissimè arreptis, quò à molestitia euoluendi libros veteres leuari possimus, Professorum Theologiæ nomenclatura arrogantissimè honorari percipimus. Sed vt ad locum vnde digressa est oratio, reducatur, dico complura esse huius sententiæ argumenta, quæ in medium producere non graua- bor, vt impugnata illis veritas, & examinata, vt aurum igne magis fulgeat.

*Argumenta.  
huius sent.*

**B** Primò ergo arguitur ratione Scoti: Quidquid Deus potest facere mediante sua essentia, potest immediatè per suam voluntatem, cum voluntas diuina sit causa prima, & immediata omnis motionis ad extra: sed mediatè sua essentia in ratione obiecti cogniti, potest causare notitiā claram, & euidenrem de essentia sua, ergo poterit immediatè per suam voluntatem, non concurrente sua essentia. Talis autem notitia non erit intuitiua, quia abstrahit à præsentialitate essentia diuinæ, igitur abstractiua.

Secundò, & est argum. Mairon. iuprà: Quandoquib; sunt aliqua potentia adæquata, quidquid potest vna, potest & alia: sed memoria, intellectus, & voluntas sunt potentia adæquata, ergo, cum intellectus Pauli, & Moyfi cognouerint per intellectum diuinam essentiam, dicendum est quòd potuerunt eius per memoriam recordari:

hoc autem fieri debuit per aliquam speciem, qua abstractiue cognosceretur obiectum ergo. Scio Caiet. 1. p. q. 56. ar. 3. ad fin. dicere, quòd quantum potuerit in intellectu Pauli, & Moyfi manere species rerum visarum in obiecto, non tamen ipsius obiecti. Verum hæc explicatio facilius refellitur quam asseritur hoc argumento quòd ex Scoto

defu-

**A** defumitur. Tertiò, itaq; arguitur ex Scoto, in. 4. d. 45. q. 3. 9. dicente, Quòd recordatio est duplicis obiecti: vnus remoti, scilicet, illius circa quod recordans aliquando habuit actum: & alterius vt proximi, scilicet, ipsius actus præteriti habiti circa tale obiectum, verbi gratia, recordor me vidisse Petrum: proximum obiectum huius recordationis est actus ille quo vidi Petrū: obiectū vero remotū est Petrus ipse quē vidi. Ex his ergo sic formatur argumentum: Fieri non potest quòd quis recordetur euidenter sui actus, quo vidit Petrum, nisi actu cogitet, & cognoscat Petrum. Imò nihil aliud est me recordari actus

**B** mei quo vidi Petrum, nisi recordari ipsius Petri, vt à me visi, ergo illius species referuari debet in potentia recordatiua, si illius debet homo recordari. Cum ergo Paulus recordaretur vidisse se diuinam essentiam, vt modò supponimus, & infra tractabimus, sit, vt aliquam speciem haberet diuinæ essentia, & ex consequenti notitiā abstractiua, quidditatiua, euidens Trinitatis dari potest citra beatitudinem. Confirmatur contra Caietanum: quia intelligi non potest quomodò D. Paulus recordaretur rerum in diuina essentia visarum, & non diuinæ essentia. Res enim illæ quas in essentia diuina viderat, nihil sunt aliud quā diuina ipsa essentia, dicēte. D. Anselmo, Creatura in Deo est creatrix essentia. Qua ergo ratione dici potest recordari Paulum rerum in Deo visarum, & non eius essentia?

**C** Quartò arguit Maior. q. 3. prologi, circa finem, contra Durand. sic: Quidquid Deus potest facere mediante causa secunda in genere causæ efficientis, potest facere se solo: sed mediante notitiā intuitiua, potest Deus alicui cōmunicare notitiā abstractiuam Deitatis, qua cognoscat quòd Deus est trinus, & vnus, ergo hoc potest facere sine notitiā intuitiua. Prosequitur Maior dicens: Si noti-

Cc tia

*Omnis recordatio est gemini obiecti.*

*Contra Caiet.*

tia intuitiua efficientiam habeat respectu abstractiuæ, A  
(quemadmodum debet dicere, scilicet Duran.) videtur  
maior vera: & si sit dispositio præuia subiectum disponēs  
eodem modo currit argumentum: talis dispositio non re-  
quiritur respectu Dei.

Postremo: Quidquid dicat Duran. q. 3. prologi. nu. 14.  
nullum apparet incommodum, quod me intuitiue vidē  
te aliquam rem, Deus subtrahat obiectum, & conseruet  
in mea potentia eundem numero actum cognoscendi  
qui licet, propterea quod obiectum est absens, nō debeat  
dici cognitio intuitiua, at certè abstractiuam dici, & esse,  
non est inconueniens, vt Sotus dum olim scriberet lib. 1. B  
Summularum. c. 3. de termino mentali, etiam asseruisse  
videretur. Confirmatur, Quia in sacramento Eucharistiæ,  
in quo Deus miraculosè remouet panem, aliquo infide-  
le ipsum cum suis accidentibus intuente, & illum esse pa-  
nem intuitiue iudicante (licet nullam cognitionem in  
hac vita nos habere posse intuitiuam, contendit Franci-  
scus de Christo, quæstione. 1. prologi, contra Mai. in fin. ad  
1. & Scot. in. 4. d. 45. q. 3. & quodlib. 9. & 13.) cōtingit eandē  
conseruari cognitionem in absentia obiecti, vt Sot. dicit.  
4. Sentent. dist. 9. quæst. 2. art. 5. propositione. 1. Poterit er-  
go Deus, quæ sua est potentia, hoc ipsum facere cum bea-  
tis, auferre scilicet, ab eorum intellectibus suam diuinam  
essentiam, & in ipsis visionem, quam paulò ante habe-  
bant, conseruare: quæ eadem numero manens diceretur  
abstractiua, nam nihil pugnat, vt optimè dicit idem Al-  
phon. Toletan. quæst. illa. 1. artic. 1. propositione. 5. Quam  
colligit post impugnationem sententiæ Aureoli dicens:  
Manente eadem notitia numero quantum ad eius abso-  
lutum, qua nunc Angelus, vel homo cognoscit rosam  
intuitiue, rosa de sinat esse præsens intellectui in se ipsa,  
& fiat

A & fiat præsens in eius imagine, vel specie, patet quod ea-  
dem notitia numero non variata in aliquo absoluto, quæ  
prius fuit intuitiua rosæ, nunc erit abstractiua eiusdem.  
Non enim sine causa dixit Aristot. 2. de ani. text. 138. Ab-  
eūte sensibili manet visio in oculo. Quod & dixit D. Au-  
gust. 11. de Trinit. c. 1.

SUPERIVS dixisse me memini, non hinc à me  
in dubium esse vocandum, an beata, ac facialis visio  
Beatorum, media specie aliqua possit fieri. Quoniam  
hanc controuersiam à meo instituto paulò alieniorem  
iudicabam. Et in eadem adhuc persisto sententia. Quo-  
niam tamen tanquàm basis, ac fundamentum dicendo-  
rum illa disputatio supponatur, ac præmittatur necessum  
est, & eam mihi præmittere per tempus non licet, remitte-  
re libuit diligentem Lectorem ad Aegidium qui in  
Defensorio D. Thomæ, artic. 1. rem hanc pro virili par-  
te tractauit. Vtque nunquam ego à proposito scopo  
non digrediar, Thomistas certiores volo reddere, mul-  
tis titulis obstrictos se teneri Aegidio Romano, pri-  
mum quidem Generali nostri Ordinis Magistro, Ar-  
chiepiscopo deinde Bituricensi, ac demum S. R. E. Car-  
dinali longè dignissimo. Fuit is D. Thomæ Aquinatis  
discipulus, & auditor, non degener, nam in eius doctrina  
tantos fecit progressus, vt Doctoris Fundamentarij cog-  
nomentum iure sortitus sit. Tantæque fuit erga præ-  
ceptorem obseruantia, vt non solum in eum nunquam  
realcitrauerit, ac licenter eius vestigia conculcaue-  
rit, sed ipsius potius doctrinam acerrimè propugnaue-  
rit. Fuere qui eò temporis doctrinam S. Thomæ pror-  
sus abijcerent, aut quia ægris oculis lucem Doctoris  
Angelici ferre non poterant, aut, vt aiūt, quia nebulones  
quidam multorū errorum nebulis purissimos eius libros

Aegidius  
Rom. quis  
fuerit, &  
quantum ip-  
si debeat D.  
Thomas, &  
Thomista.

offuderant, ac repleuerant. Quamobrem calamum strin-  
gere, & acuire in Thomæ martyges, necessarium sibi ef-  
se iudicauit Aegidius, aut quia pauci, aut quia nulli su-  
pererant qui in defensionem D. Thomæ militare, aut  
possent, aut vellent. Militauit itaque non sine gloria, no-  
ster Aegidius librum construendo, & euulgando quem  
prætitulauit, Defensorium, seu Correctorium in Corrup-  
torium Fratris Thomæ Aquinatis Ordinis Prædicato-  
rum, vbi diligentissimè, & acutissimè ab hostium ca-  
lumnijs asseruit, ac vendicauit D. Thomam. Et iam in-  
de factum est, vt paulatim omnes ferè Theologorum  
scholæ susceperint, fouerint, amplexati fuerint D. Tho-  
mam. Vides bone Lector Thomista, quantum nostro  
debeas Aegidio? Is ergo statim in Defensorij articulo  
primo, in arena descendit, ac in palæstram vocat ad-  
uersarios, & cum eis fortiter dimicat, vt defendat doctri-  
nam Thomisticam, qua traditur speciem aliquam diui-  
nitatis, per quam Deus intuitiue, ac facialiter videatur, da-  
ri non posse. Quem locum Aegidij qui consuluerit, ido-  
neum ac probè paratum se sentiet ad sequentem conclu-  
sionem percipiendam, quæ talis est.

## VI.

*Non potest  
Deus dare  
uiatori noti-  
tiam abstra-  
ctiuam, quid  
ditatiuā Tri-  
nitatis.*

*Prima ratio  
efficax pro  
conclus.*

**S**IT itaq; vnica conclusio: Fieri non potest etiam per  
absolutam potentiam Dei, vt alicui creaturæ commu-  
nicetur notitia abstractiua, quidditatiua, euidens diuinæ  
essentiæ, seu Trinitatis diuinarum personarum. Præfens  
conclusio directè pugnat cum sententia superius relata.  
Eam tenet Dur. q. 3. prologi. nu. 8. expressissimè, & in. 2.  
d. 23. q. 2. num. 9. Idem Alphonsus Tolet. Thomas de Ar-  
gent. Franciscus de Christo, locis allegatis, & Capreolus  
in. 2. dist. 3. q. 2. art. 3. ad. 2. argum. contra sextam conclusio-  
nem: & hæc videtur esse sententia Henrici quodlib. 8. q.  
14. Prima ratio pro conclusione est quæ adducitur ab Ar-  
gentin.

**A** gentin, in illa. q. 3. prolog. art. 1. circa finem in probatione.  
2. conclusionis, quia illa notitia diuinæ essentiæ aut fer-  
retur immediatè supra diuinam essentiam, vel mediatè:  
Primum dici non potest, quia tunc esset simpliciter intui-  
tiua, de qua modo non loquimur. Restat ergo vt dica-  
tur secundum. Et tunc arguitur: nam illud quod media-  
ret inter potentiam intellectiuam, & diuinam essentiam,  
aut medieret vt obiectum cognitum, aut vt ratio cognos-  
cendi tantum. Primum est impossibile, quia tale medium  
continere deberet ipsam diuinam essentiam, virtualiter,  
& perfectè, sicut causa continet effectum, qui in cogni-  
tione causæ cognoscitur virtualiter: aut saltem deberet  
æquari illi quod per ipsum cognoscitur: sicut effectus ad  
æquatus causæ ducit in cognitionem quidditatis causæ.  
Sed nullum medium creatum dabile est quod diuinam  
contineat essentiam virtualiter, aut illi adæquetur, ergo  
nullatenus poterit medium aliquod dari per modum ob-  
iecti cogniti, in quo diuina essentia quidditatiuè, & vt in  
se est cognoscatur. Sed neq; medium quod sit ratio cog-  
noscendi tantum, id est, species intelligibilis, per quam ab-  
stractiuè quidditatiuè Deus cognoscatur, est possibilis,  
quia posito tali medio, illa cognitio esset plane intuitiua:  
nam si species medians, quæ habet se vt ratio cognoscen-  
di tantum, impediret intuitionem, tunc cognitio coloris,  
cum fiat per speciem, non esset intuitiua. Restat ergo vt  
abstractiua notitia euidens, & quidditatiua dari non pos-  
sit diuinæ essentiæ. Hanc eandem rationem adducit To-  
letanus, Duran. Christus, &c.

Secunda ratio: Quia si concedatur aliqua notitia quid-  
ditatiua Dei, illa debet esse propria ipsius Dei, sicuti est:  
nam quæ haberetur per species alienas, qualem modò  
habemus de vnitæte, & infinitate Dei per species creatu-  
rarum,



rarum, cum non sit per propria, sed per aliena & extranea, non habet dici quidditatiua, seu quantum ad quid est, sed solum quantum ad an est. Esset itaque per propria ipsius Dei. Quo posito etiam esset intuitiua, & beatifica, quod negat Scotus. Et probatur. Quia notitia intuitiua est notitia rei pro ut existentis actu: sed illa quam haberet viator, esset Dei pro ut existentis actu, ergo esset intuitiua. Maior est Gabrielis, de quo Ferrara. 2. contra Gentes. c. 96. §. sed occurrit. Maior vero probatur, quia cum esset cognitio quidditatiua, ut supponimus, non apparet quomodo abstraheret ab eo quod est de quidditate Dei: existentia autem de quidditate, & essentia Dei est, non minus quam eius vnitas, eius Trinitas, & potentia, & c. ergo sicut non esset quidditatiua Dei, si abstraheret ab vnitate, Trinitate, & c. ita non erit quidditatiua, si abstrahat ab existentia. Dicendum esset ergo quod non abstraheret ab existentia, & sic nec esset abstractiua, sed potius intuitiua. Scio Aureolum apud Argentin. conari infringere hanc rationem, eò quod esse & essentia in Deo differunt conceptibiliter: ac proinde notitia illa posset esse essentia, & non existentia. Atque adeo esset quidditatiua abstractiua. Verum hoc facilius destruitur quam astruitur: nam licet ex eo quod essentia, & existentia Dei differunt conceptibiliter, optimè inferatur posse aliquem viatorum, qui imperfectè diuina cognoscunt, & non per propria, vnum sine alio concipere. at si conceptio, & cognitio est quidditatiua, & per propriam speciem, fieri nequit quod vnum ab alio præscindatur, & vnum sine alio concipiatur in re simplicissima, & ipsissima. Sicut qui videret albedinem, impossibile esset quod à visione coloris abstraheret, & qui intelligeret leonem, non posset præscindere ratione animalis, aut entis, propterea quod

intrinsicè

*Non potest dari notitia quidditatiua Dei quin sit intuitiua.*

*Obiectio Aureoli.*

*Dilutio, et confirmatio nostre rationis.*

**A** intrinsicè, & essentialiter clauditur ratio entis, & animalis in leone, ergo, & c.

Si verò quispiam cum Scot. & Mairone, qui accuratius hac in parte loquuntur, dixerit, notitiam intuitiuam esse rei præsentis, ut præsens est: ac proinde illa notitia viatoris non esset intuitiua, quia non esset rei præsentis, licet esset existentis. Contra hoc arguitur, nostram ut corroboremus rationem: Primò quidem, quia Deus absens esse non potest ab intellectu, qui omnibus rebus intimus, & præsentissimus est: si ergo semel ablato velo fidei, Deus quidditatiua, præ-

**B** priaque notitia se demonstraret alicui, necessario deberet etiam intuitiue se demonstrare, quia absens minimè esset, & sic neque abstractiue cognosceretur. Secundò, quia admissio quod Deus esse absens possit ab intellectu, adhuc tamen notitia substantialiter esset eadem, modo esset per propria, & quidditatiua, & sic potens esset beatificare, quod negat Scot. supra, dicens illam non fore beatificatricem. De quo adhuc infra. §. 7. Sanè si in sensu visus continuaretur visio alicuius obiecti, abeunte sensibili, licet obiectum esset absens, visio tamen intrinsicè, & quo ad omne absolutum immutata permaneret, dummodo maneret propria eius species, quæ vicaria obiecti potestate fungeretur, de quo infra in solutione ad vltimum. Si ergo aliquis haberet notitiam propriam, expressam, & quidditatiua Dei sicuti est, parum refert habeat Deum præsentem, vel absentem ad effectum beatificandi illum. Certe si beatitudo Astrologi sita esset in notitia eclipsis quidditatiua, & ipse haberet propriam illius speciem, qua quidditatiue, & sicuti est, eclipsis agnosceret, &

*Non potest dari notitia quidditatiua Dei quin sit beata.*

**C** con-

contemplaretur, non minus esset beatus contemplando A  
eclypsin absentem, quàm præsentem. Habemus ergo  
post tam longas ambages, quòd si daretur quidditatiua  
Trinitatis notitia, quantumuis esset abstractiua, quia tamè  
esset per propriam speciem, sanè substantialiter esset ea-  
dem in perfectione, & excellentia, solùmq; differret ex-  
trinsecè per relationem præsentialitatis. Ac proinde aut  
esset etiam intuitiua, aut saltem beatificatiua, quorum  
vtrunq; Scotus, & sequaces constantissimè inficiantur.

Intuitiua &  
abstractiua  
notitia solū  
differunt ex-  
trinsecè, nā  
substantiali-  
ter sunt una  
& eadem.

Tertia ratio quæ præcedentem corroborat est, quia, vt  
præclare demonstrat Argentina supra, in quarta ratione,  
præsentialitas obiecti nihil aliud est quàm relatio quæ-  
dam, quæ si superueniat, & addatur notitiæ abstractiua,  
nullo absoluto in ea variato, facit eam intuitiuam: quan-  
doquidem intuitiua cognitio illa est quæ, scilicet, est rei  
præsentis. Si verò auferatur ipsamet præsentialitas, noti-  
tia relinquitur abstractiua, nulla eius facta mutatione.  
Dicit autem Scotus quòd si sit intuitiua, erit beatificati-  
ua, non verò si est abstractiua. Contra quod sic arguitur:  
Non est, dicendum quòd solùm per hoc quòd illamet  
notitia ex abstractiua fiat intuitiua, fiat ex non beatifica-  
tiua beatificatiua: alioqui relatio sola posita, vel ablata fa-  
ceret nos beatos, quod non est dicendū, ergo negari non  
debet, quòd illamet notitia intrinsecè, & suapte natura  
sit beatificatrix: atq; adeò siue fiat abstractiua, siue intui-  
tiua propter præsentiam, vel absentiam obiecti, non tol-  
litur quin sit beatificatrix. Sed huius rationis vim Aureo-  
lus apud eundem Argent. conatur effugere dicens, quòd  
relatio præsentialitatis non beatificat intuentem, sed ipsa  
diuina essentia, quæ cum est potentix præsens, nobilissi-  
mo modo apprehenditur: atq; adeò cum intuitiue vide-  
tur, beat, non sic cum abstractiue. Verùm hæc ex dictis  
facile

Obiectio Au-  
reoli.

Responsio.

**A** facile refelluntur, nam postquam in absentia obiecti, ad-  
huc notitia illa est essentix diuinæ, distincta, euidentis, &  
quidditatiua, conspiciturque essentia ipsa diuinitatis per  
propria, & sicuti est, licet abstractiue: profectò non appa-  
ret quomodò desinat esse beatificatiua. Præsertim contra  
ipsum Aureolum retorquetur argumentum, & contra  
Scotum, & alios, quos eleganter retundit, ac conuincit  
Aegidius in Correctorio, seu Defensorio in Corrupto-  
rem doctrinæ S. Thom. iam allegato, art. 1. afferentes, pos-  
se per potentiam absolutam Dei dari speciè impressam,  
qua intuitiue, & beatificatiue Deus videatur. Arguitur  
**B** ergo: nam impressa illa specie potentix, & conseruante il-  
lam Deo in absentia obiecti, quod posse fieri diximus: su-  
prà, & dicemus infra in solutione ad vltimum, iam noti-  
tia illa esset beatificatiua, quandoquidem esset eadem, at-  
que antea erat, & sic præsentialitas obiecti non ponit, tol-  
lit ve beatitudinem, sed cognitio quidditatiua euidentis, &  
distincta obiecti, qualem haberet viator ille, vt dicit ho-  
rum Theologorum sententia.

Quarta ratio pro conclusione est quæ adducitur à Du-  
ran. q. 3. prol. Omnis cognitio abstractiua supponit aliam  
intuitiuam: sed viatori non potest communicari intuiti-  
**C** ua Trinitatis, ergo nec abstractiua. Qua etiam ratione  
vsus videtur Franciscus de Christo. q. 1. d. 3. ad. 3. At hanc  
rationem facile est ablegare quo ad vtramq; antecedentis  
partem, nam quo ad primam, dicit Mai. aduersus Du-  
rand. q. 3. prologi ad. 4. dubitat. dicit etiam Sotus in Sum-  
mulis, quòd & videtur concessisse Durand. hoc non pro-  
cedere secundum potentiam Dei absolutam, nam pos-  
set Deus infundere alicui intellectui notitiam abstracti-  
uam sine præuia intuitiua. Nos verò de potentia absolu-  
ta loquimur. Quòd verò attinet ad minorem, facile eniã

D d est

IV  
c. 2. A.

amro 2  
gix ad  
atocq  
ed 21

Refutatur  
hæc. 4. ratio  
& merito.

siq 51  
2022

est eam refellere, nam non est incommodum quòd in-  
 trituiam Deus sui notitiam communicet viatori: imò  
 hæc facilius conceditur quàm abstractiua, sicut cõmun-  
 icauit Paulo, & Moyfi: & tũc hac intuitiua præuia, posset  
 haberi abstractiua de eodem obiecto. Hac ergo quarta  
 ratione posthabita, recurrendum est ad tres illas præceden-  
 tes, & præcipuè ad primam iam positam, & explica-  
 tam.

## VII.

Ad Scotum  
 respõdetur.

Forme su-  
 pernatura =  
 les exigunt  
 cõcurfũ Dei  
 supernatura  
 le ad hoc ut  
 operentur.

entia  
 oiter +  
 oiter +

Replica pro  
 Scoto.

**A**D ea verò argumenta quæ ab aduersarijs obijciuntur,  
 respondentes, primùm omnium, quod Scotus asserere  
 bat, videlicet, naturaliter posse obtineri ab angelo hanc  
 notitiam, speciem tamen ad ipsam requisitam esse super  
 naturalem, hoc inquam à Theologis admitti non debet.  
 Nam si species supernaturalis est, exigit ex natura sua  
 concursum Dei supernaturalem ad operationem, idest,  
 ad cognoscendum per illam speciem. Diceret aliquis:  
 Forma supernaturaliter producta producit, & elicit suam  
 operationem naturaliter, videlicet oculus miraculosè re-  
 stitutus cæco. Sed qui hæc diceret, non attenderet quòd  
 oculus, licet supernaturaliter restitutus, est tamen forma  
 naturalissima animalis, & ideò concursu Dei naturali  
 contentus esset ad operandum: non sic illa species, quæ  
 cum supernaturaliter produceretur, & esset ordinis su-  
 pernaturalis, vt pote quæ obiectum supernaturalissim-  
 um repræsentaret, exigeret planè concursum super-  
 naturalem naturæ suæ debitum: sicut gratia, fides, lu-  
 men gloriæ, quoniam formæ sunt supernaturales, nisi  
 concursu Dei & motione supernaturali, ad opus appli-  
 cari non possunt. Quòd si Scotum quisquam tueatur  
 dicens, illam speciem secundam suam substantiam esse  
 naturalem, licet supernaturaliter infusam, quæ pla-  
 ne videretur esse eius sententia in illa quæ est. 9. sub litera

fio

b C

N in

**A**N in. 2. distinct. 3. atque adeò solo concursu Dei naturali  
 contenta esset. Opponimus ei quod iam natura sua non  
 haberet infundi nisi naturaliter, nec haberet operari ni-  
 si naturaliter, cum ipsa suapte natura sit naturalis, licet  
 ex accidenti miraculosè, & supernaturaliter infunda-  
 tur, & operetur. Dicere autem, videri posse Deum: quid-  
 ditatiue, & euidenter quo ad personarum Trinitatem,  
 & mysteria fidei, per principium naturale, perque mo-  
 tionem Dei naturalem, & concursum generalem, non est  
 admodum pium: imò videtur impium, & contra illud,  
 Nemo nouit patrem nisi Filius, aut cui Filius: volue-  
 rit reuelare. Et, Beatus es Simon Bariona, quia caro, &  
 sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, &c. Et, Hæc  
 est vita æterna vt cognoscant te, &c. Atque adeò hac in  
 parte non possumus non Scotum deserere, quod intui-  
 facimus, quandoquidem præ alijs nos qui eius cathed-  
 ræ in hac vniuersitate Salmantin. meritis licet impari-  
 bus, præfeci sumus, arctius eum tueri, & propugnare re-  
 nebamur.

Ad primum ergo argumentorum, quod erat Sco-  
 ricæ imaginationis fundamentum, respondetur pri-  
 mò, retorquendo argumentum in caput Scoti, quòd  
 eadem ratione probaret, posse Deum per suam vo-  
 luntatem solam, non concurrente sua essentia, com-  
 municare notitiam intuitiuam sui alicui intellectua-  
 li creaturæ. Si enim mediante sua essentia in ra-  
 tione obiecti cogniti, causat notitiam intuitiuam  
 sui: & rursus, Quidquid facit mediante sua essentia,  
 potest facere sola voluntate non concurrente essen-  
 tia, vt concedit Scot. certe ego non video cur non per  
 voluntatem possit Deus, citra suæ cõcursum essentia, da-  
 re notitiam intuitiuam sui. Sed scio quid hinc moltra-

D d 2

obic-

Solutio.

Matt. 17.

Matt. 10.

Ioan.

Ad primũ.

A  
 .

*Arguit Aureolus. q.2. prologi art.3. pro Scoto respondeat, dicit enim, quod signanter dicitur in illa maxima quidquid potest Deus facere, &c. & non dicitur, omne ad aliquid quod potest Deus facere, &c. Cum enim intuitiva includat necessariò respectum ad actualitatem, & existentiam, & præsentiam obiecti, secundum Scotum: abstractiua verò non ideò non sequitur quod posset causare intuitiuam, absente obiecto, ex eo quod possit abstractiuam: quia respectum illum ad obiectum præsens, supplere non potest, in eius absentia: sicut neq; Patrem sine filio facere. Hanc tamen Scoti Apologiam redarguit optimè Toletanus supra. Sed quidquid sit de hoc, quoniam in solutione vltimi. §. tantisper in huius difficultatis enodatione immorabimur, pro nunc dicimus, quod illa Maioræque probaret Scotus, illam notitiam abstractiuam potentem esse ad beatificandum, quod tamen ipse negat: nam vt in secunda conclusionis probatione ostendebamus. §. 6. non consistit beatitudo sanctorum in respectu illo ad obiectum præsens, sed in intrinseca perfectione, quam habet illa cognitio, ex eo quod est quidditatiua diuinæ essentia, Trinitatis, aributorum diuinorum, &c. & est euidens, & sicuti est, & per propria, vt ibi ostendimus. Cum ergo omnis notitia quidditatiua Dei sit beatificatiua, vt ostensum est, & Scotus asserat beatificam nõ posse dari citra intuitiuam, certè fateri tenetur neque posse dari aliquam quidditatiuam abstractiuam, sed aut nullam quidditatiuam, aut verò solam intuitiuam, beatificatiuam.*

*Altera solutio.*

Respondetur secundò cum Argentina supra. q.3. prologi. art. 1. §. Ad primum igitur quæstio. negando illam Maiorem Scoti, scilicet, *Quidquid potest Deus facere mediante sua essentia, potest immediate per suam voluntatem:*

**A** tatem: quia eadem ratione sequeretur, quidquid potest Deus mediante sua potentia posse immediate per suam voluntatē sine potentia, & sic posset sine potentia, quod est contradictio. Item quia cum diuina essentia sit totius entitatis & causalitatis pelagus infinitum, dicendum est, quod nec voluntati, nec alieni attributo competit infinita virtus, nisi in quantum identificatur essentia. Præterea vel hoc competeret voluntati diuinæ vt voluntas est, vel vt diuina est: non primo modo, quia tunc competeret omni voluntati: nec secundo modo, quia vt sic est idé cum essentia diuina, ergo in nulla actione reali potest ab ea præscindi. Præterea, Omnem actiuitatem habet voluntas magis ab essentia quàm e conuerso, cum essentia formaliter sit primus, & purissimus actus: primum autem in quolibet genere est causa omnium aliorum, & hoc realiter in his quæ realiter differunt: vel saltem secundum rationem in his quæ ratione differunt. Neganda itaq; est illa Maior, scilicet, *Quidquid potest Deus facere mediante essentia, potest facere sola voluntate.*

**Q**uod si quisquam obijciat, vt tres hæc radicitus enucleetur, id quod optimè vidit ipse Argentina, quod hæc omnes rationes concludunt de essentia diuina, vt absolute sumitur, & tunc verum est quod nihil facit voluntas nisi prius ordine rationis essentia faciat, & moueat voluntatem: at Scotus non loquitur de essentia hoc modo considerata, scilicet absolute & secundum quod est realis omnium rerum causa, sed secundum quod habet rationem obiecti in esse intentionali & cognito: sic enim habet rationem quasi contractam, & subordinatam voluntati diuinæ, & essentia ipsi absolute & realiter considerata. Itaque essentia ipsa diuina in ratione obiecti subordinatur sibi ipsi in ratione rei, & voluntati: & sic absque

*Attributa Dei non habent infinitatem prout præscinduntur ab essentia.*

*Adhuc obijciatur pro Scoto contra nos.*

essentia secundum hanc secundam considerationem posset voluntas, & essentia diuina secundum primam considerata, causare in meo intellectu illam notitiam abstractiuam, quod contendit Scotus.

**Solutio.**

*Deus nõ potest supplere vicem cause mouentis obiectiue in esse cognito.*

Ec quidem, vt verum fatear, plurimum mihi arridet modus iste sustentandi Scoticum fundamentum. Atque adeo aliter à nobis euerti potest, nimirum statuendo tantquam firmum & certum, causæ effectiue mouentis obiectiue vicem, & causalitatem Deum non posse supplere: quia omnis cognitio importat intrinsecè respectum attingentiam ad rem præsentem in ratione obiecti cogniti. Quæ quidem præsentia dato casu quod non sit rei in sua actuali existentia, & reali præsentia (hoc enim optimè posset Deus supplere, quod esset cognitio vera, & quidditatiua rei non existentis realiter, & non præsentis realiter, & de facto contingit in notitijs abstractiuis) at necessariò debet esse secundum præsentiam & existentiam intentionalè, seu in esse cognito, & sic in aliquo repræsentatiuo. Cum verò vt vidimus tale repræsentatiuum Dei nõ possit esse, certe reliquum esse debet, quod sola sua voluntate sine essentia suæ præsentialitate, dare sui quidditatiuam notitiam, etiam abstractiuam, Deus non possit. Elicitur solutio præsens ex Durand. quæst. 3. supra num. 13. & 14. & ex Francisco de Christo supra quæst. 2. prologi. in solutione ad. 4. argumentum. Et hactenus de primo isto dicta sunt: quæ si alicui multa videntur, sciat ad sequentium etiam argumentorum decisionem multum iuuare, quod cum viderit, æqui bonique consulat nostram moram prudens lector.

**VIII.**

*Moses, & Paulus euidenter recordantur se uisisse Deum.*

**A**D secundum principale quod nobis à Mairon. obieciatur, responderetur, Diuum Paulum recordari quidem, & scire euidenter se uisisse diuinam essentiam, negamus

**A**gamus tamen id per aliquam speciem, aut imaginem diuinitatis propriam effectum fuisse: quandoquidem negamus illam notitiam recordatiuam fuisse quidditatiuam, licet esset abstractiua euidens, quantum ad an est ipsius essentia, & Trinitatis. Et quanuis memoria, & intellectus æqualem habent latitudinem, ita, vt quidquid intelligimus possimus memorari non tamen eo modo quo intelligimus: nam rem quam intelligimus intuitiue non possimus memorari intuitiue. Et item, si res quam præsentem intelligebamus, talis esset naturæ, vt citra speciè per seipsam videretur, & sui speciem relinquere non posset impressam potentia: tunc non fit vt quidditatiue possimus eius memorari, licet quidditatiue eam cognouissemus. Huiusmodi est diuina essentia: & ideo licet eam quidditatiue per intellectum conspexerint Paulus, & Moses, non sequitur quod possint per memoriam recordari eiusdem diuinitatis quidditatiue, & per propria deitatis, sed per aliena, & quo ad an est. Quæ omnia in sequentibus examinanda nobis sunt, an & quomodo fieri possint. Sed interim vide sequentem solutionem.

**A**D tertium principale concedimus primum omnium Scoto, D. Paulum non solùm recordari euidenter rerum in essentia diuina uisarum, sed ipsius etiã essentia, quidquid Caiet. in aduersum senserit, vt ibi dictum est in. 2. & 3. argumento. §. 5. negamus tamen illam recordationem fieri potuisse per propriam diuinitatis speciem, & quantum ad quid ipsius diuinitatis, sed solùm quantum ad an est vt dicenda modo, & dicenda inferius. Verùm quidem est quod doctores fere omnes superius commemorati Dur. q. 3. prologi, num. 19. Franc. de Christo. q. 2. ad. 5. & Toler. ar. 3. & 4. ad rationes Landulphi Argent. quæst. 3. art. 1. ad. 7. imo & S. Thom. 1. part. quæst. 12. artic. 9. ad. 2. & 2. 2. quæstione. 175. ar.

**IX.**

*Quod Moses, & Paulus recordantur.*

2. Cor. 12.

art. 4. ad. 3. & Caietan. ibi solum admittunt quod Paulus indistinctè & confuse meminerit essentia diuinæ, quod quadamtenus ab ipso est insinuat. 1. Corint. 12. siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, &c. Quod si verum est, facilius nos ab his tris & ambagibus extricabimus. Verum quoniam, vt ego opinor, euidenter, & distinctè visionis illius, atque adeò eius obiecti Paulus meminerat, & in subsequentibus fateri debemus. §. 13. distinctam euidentem Trinitatis notitiam quoad ar. est viatori communicari posse à Deo, & communicatam fuisse de facto Christo Domino, citra visionem beatificam, vt infra. §. 14. quoniam id videtur innuere S. Thom. 3. p. q. 11. art. 1. idcirco præstat in præsentia dicere, quod dictum per sepe est, videlicet, distinctè, & euidenter Paulum recordari diuinæ essentia, sed id solum erat quoadan est, & per alienas species, vt. §. 16. determinabimus.

Obiectio.

Porro cum obijcitur in argumento quarto, Recordatio illa duplex habebat obiectum, scilicet, & actum præteritum, & obiectum illius actus: & non apparet quomodo euidentiam habere potuerit de utroq; nisi ab utroq; relictam speciem in memoria conseruasset. Respondetur. speciem illam non fuisse diuinæ essentia, quod erat obiectum illius actus: cuius autem fuerit dicendum est à nobis in subsequentibus. §. 16. ad quæ iam toties lectorem remisimus. Sed patientem aurem præstare debere discipulum, & oculum similiter patientem, monuit Horatius in Epistolis.

Diluitur.

X.

Omnis cognitio terminatur ad ali quod obiectum: nec Deus potest facere oppositum.

Ad quartum principale, quidquid sit de his quæ à Maiore ibi inuoluuntur, respondetur facile, oportere omnem cognitionem terminari ad aliquod obiectum, & insuper non posse Deum supplere vicem causæ effectiuæ motus obiectiuæ, intelligo quantum ad omnia, nam licet possit

A fit supplere præsentiam veram ipsius causæ motiuæ, non tamen eam præsentiam quæ per speciem, vel per aliud representatiuum fieri solet, & debet. Quia, vt supra dicebamus. §. 7. cognitio importat intrinsece respectum attinentiæ ad obiectum cognitum. Et quia obiectum attingi non potest nisi in seipso intuitiue (quomodo attingitur à beatis diuinitas in patria) aut verò per speciem sui, aut in proprio representatiuo: & diuinitatis species, aut proprium representatiuum, vt iam ostendimus. §. 6. in. 1. ratione conclu. non potest dari, hinc est non posse dari quidditatiuam diuinitatis notitiam nisi intuitiuam beatificam (vt dictum est) aut verò imperfectam, & quantum ad an est, vt dixi supra, & dicam inferius.

B

Ad quintum responderetur ex ipso Toler. & ex dictis, negando quod aliquis intellectus habere possit omnia requisita ad abstractiuam notitiam de diuina essentia: nam vt alia præmittamus, sanè habere non potest essentiam diuinam in ratione obiecti motiui, (quod tamen oportet habere) nisi intuitiue, vt eam habent beati: non verò abstractiue. Patet, nam hoc esse deberet per aliquam speciem obiecti. vicariam, aut representatiuum creatum, quod Deus produceret suæ essentia: quod tam è dari omnino repugnat, vt visum est. §. 6. Ad confirmationem respondetur similiter, efficientiam causæ secundæ mouentis obiectiue minimè supplere posse Deum, vt vidimus §. 7. ad. 1. in fin. & nunc in solut. ad. 4. propter intrinsecum ordinem, atq; respectum, quem dicit cognitio, attinentiæ ad obiectum præsens, siue in se, siue in aliquo alio representatiuo: quorum nullum esset in illo casu. Itaq; non esset præsens in se, quia sic solum est præsens beatis per beatificam, & intuitiuam visionem: nec verò esset præsens in aliquo proprio representatiuo, quod dari non

E c

posse

Ad 5. Arg.

XI. Notitia dicitur intrinsecum ad obiectum præsens.

posse multoties diximus. AD vltimum responderetur, quod Deo subtrahente omnem præsentialem obiecti, ita scilicet, ut præsens non maneret obiectum potentie nec secundum se, neque secundum speciem, aut aliquod aliud representatiuum, impossibile est cognitionem, aut notitiam aliquam remanere neque intuitiuam, nec abstractiuam, propter intrinsicum ordinem attingentie ad obiectum aliquo modo præsens, quem dicit notitia. Concedimus quidem quod assereretur in argumento, videlicet, notitiam intuitiuam & abstractiuam non differre essentialiter, & specificè. Nam quæ differunt specie, differunt numero, ex Arist. 5. met. c. B de vno. at hæc dux notitiæ possunt non differre numero, quandoquidem eadem notitia non variata in aliquo abfoluto, quæ nunc est intuitiua, verbi gratia, rosæ, posset esse abstractiua eiusdem si rosa desineret existerre, & maneret præsens potentie cognitiuæ per suam speciem. Et rursus, si fiat præsens non solum per speciem, sed per se ipsam, Deo illam de nouo producente, esset rursus notitia intuitiua quæ paulò antè fuit abstractiua, ut bene Toletanus in 1. d. 1. c. 3. lectione vnica, vbi de termino mentali differit, id negare videatur. Noster Toletanus forsitan hac in parte accuratius loquitur, dicens, manere eandem numero notitiam, & speciem etiam eandem, quod & ipsemet Sotus tandem seipso doctior aperte docuit in 4. d. 9. q. 2. ar. 5. propositione. 1. Quamuis ut proposuit. 6. subinfert Toletanus. prout includunt diuersos respectus attingentie ad obiectum, nam vna attingit præsens, altera absens, dici possunt differre specificè: sed hæc erit diuersitas speciei accidentalis, quandoquidem secundum substantiam, & absolute maneret eadem. Ad rem ergo: Dico quod cum Deus præsens manere

Eandem numero notitiã fieri de intuitiua abstractiua. & eò verso, per se iam extrinsecam mutationem.

A manere non possit intellectui per aliquam speciem, aut representatiuum sui, sicut potest manere rosa, ideò non potest Dei dari notitia abstractiua, sicut datur rosæ. Videatur Durand. quæstio. 3. prologi num. 13. & 14. vbi doctè differit quia ratione potentie animalis si omnino à suis obiectis distent, non possint proprias sensationes elicere.

A D id vero quod de accidentibus in sacramento Eucharistie post consecrationem remanentibus, opponitur, dico quod siue sit eadem, siue alia notitia illorum accidentium, panis ve, hoc tamen certissimum esse debet, scilicet, idem obiectum aut in se, aut in sui specie, & similitudine in potentia derelinqui; ex quo præsens notitia gignitur, aut præcedens conseruatur. In nostro autem proposito nec essentia diuina ipsa relinquitur præsens in se ipsa, sic enim esset intuitiua notitia, neque verò in aliquo representatiuo, ut esset notitia abstractiua: quoniam tale representatiuum, tanquam impossibile, iam supra propulsatum, & reiectum est. 6. 6. Quod si sciolus quispiam nostrum de hac re iudicium petat, paucis illud proferemus, si tamen prius consideremus Magistram Soto iam prius nobis in 4. distinctio. 9. quæstio. 2. artic. 5. propositione. 1. & 2. suam de hac re pronunciasse sententiam dicentem. Primò, post consecrationem manere easdem notitias sensitivas, quæ erant ante, scilicet huius albi, huius sapidi, huius rotundi, non solum in sensu exteriori, verum in interiori. Et si arguas: Erunt ergo illæ notitiæ intuitiue panis, & vini, sicut erant antea. Responderet, quæstionem esse de nomine, libentius tamen se astruere, manere intuitiuas. Dicit secundo, non solum in abstractio notitias manere easdem respectu

XII. Visio panis consecrati in Eucharistia an sit eadem & continue tur cum ea que erat prius.

Quæstio. 2. artic. 5. propositione. 1. & 2. suam de hac re pronunciasse sententiam dicentem. Primò, post consecrationem manere easdem notitias sensitivas, quæ erant ante, scilicet huius albi, huius sapidi, huius rotundi, non solum in sensu exteriori, verum in interiori. Et si arguas: Erunt ergo illæ notitiæ intuitiue panis, & vini, sicut erant antea. Responderet, quæstionem esse de nomine, libentius tamen se astruere, manere intuitiuas. Dicit secundo, non solum in abstractio notitias manere easdem respectu

scilicet, accidentium coloris, saporis, quantitatis, &c. sed etiam respectu panis, & vini esse eadem, ipsasque intuitivas: licet enim panis, & vinum non sint in se praesentia, sunt tamen in virtute, scilicet, in accidentibus, quae vim retinent conseruandi eadem notitias. Dicit tertio: Etiam intellectiuam notitiam esse eandem, & itidem esse intuitiuam panis & vini sicut antea: notitiam inquam simplicem, & absolutam, vel apprehensiuam: nam iudicativa non est eadem siquidem ibi non sunt panis & vinum. Quod si obiecias: Iam ergo illae notitiae sensitiuae, & illa intellectiua apprehensiuua erunt fallaces, & deceptoriae, quandoquidem apprehendunt aliter quam res sit. Colligitur solutio ex solutione eius ad tertium argumentum, in fine articuli: Tales notitias falsas non esse, quia non sunt iudicativae, sed apprehensivae: in simplici autem apprehensione non est veritas, aut falsitas. Dicit quarto, in homine infideli iudicante ibi esse panem & vinum, esse quidem notitiam falsam, & falsum iudicium, id tamen ex accidenti contingit, aut quia ipse credere fidei mysterium renuit: aut verò secundò, quia ipsum iudicium falsum res ipsae naturales sua virtute inducunt. Veluti qui rectam hastam videt, cuius media pars est in aqua, & altera pars in aere, fallitur existimans esse curuam, ab ipsa specierum visualium refractione. Haec ex multis quae ibi dicit Sotus, collecta sunt.

*Refutantur duo asserta Mag. Soti.* **C**Aeterum quoniam & meum sensum pollicitus sum hac in causa de promere, sentio planè quaedam hic à Mag. Soto scribendi celeritate compulso, non satis accurate dicta esse, salva pace tanti viri. Primum quidem quod asserit, post consecrationem manere notitiam intuitiuam substantiae panis tam in sensu quam in intellectu. Cum enim de ratione notitiae intuitivae sit praesentia,

**A**tia, & existentia obiecti, aut altera saltem, ut omnes fatentur, de quo supra §. 5. initio, non apparet qua ratione nec praesentis, nec existentis panis haberi possit intuitiva notitia: quanuis accidentium eandem intuitiuam remanere dici debeat, siquidem accidentia ipsa omnino eadem & ipsissima remanent, & praesentia, & existentia. Alterum assertum Soti mihi similiter displicet, quod scilicet res ipsae naturales sua virtute inducunt iudicium falsum in Eucharistia, & in exemplo de hasta. Praestat sanè dicere falsitatem illam iudicij minimè ex rei visae, natura provenire, sed aut ex infidelitate hominis sumentis occasionem errandi ex illis accidentibus: aut ex ignorantia rustici, solem parvae esse quantitatis, & hastam illam partim aere, partim aqua circumscriptam, esse obliquam, & curuam, ignoranter existimantis: non dolo Dei, aut naturae rerum, sed culpa propriae rusticitatis, & imperitiae. Et haec de prima nostrae quaestionis quodlibeticae parte dicta sint. In secunda verò, & tertia mutabo consilium, & breuiter me ab illis liberabo.

**E**cce quod dicitur Dis-



# Disputatio, An quantum ad quæstionem, an est, cognouerit Christus per scientiam infusam mysterium Trinitatis.

## XIII.

Opinio affirmatiua, uera & tenenda.

Prophetae euidenter norunt mysteria fidei in attestante.

Obijciuntur.

Diluitur.

Angeli etiã habebãt euidentiam mysteriorum in attestante.



Artem affirmatiuam, quæ uera, & à nobis sequenda, & amplectenda est, aut tenent, aut tenere uidentur Caietan. Durand. Gerson. Henric. Diony. Tolet. & c. Principio Caiet. 2. 2. quæst. 171. ar. 5. contendit euidentiam Trinitatis, & incarnationis, & c. quo ad an est uel quia est, habuisse prophetas. Vnde apertissime sequitur Christo eam non esse denegandam secundum scientiam infusam. Quod si quispiam opponat Caietano, quod reuelata prophetis non uidebantur ab illis, & sic non poterant euidenter illa nosse. Dicit Caieta. quod quantum ad id quod de mysterijs reuelabatur illis, uidebantur ab ipsis: reuelabantur autem eis mysteria quantum ad an est eorum, non quantum ad quid est. Atque ita non uidebant Trinitatem, non Verbum incarnatum, sed Trinitatem esse, & Verbi incarnationem futuram esse. Similiter in eadem. 2. 2. quæstione. 5. articulo. 1. docet Angelos in sui creatione huiusmodi euidentiam mysteriorum habuisse, non quod ea in seipsis uiderent, nec euidentiam terminorum aut extremorum, quibus illa mysteria cõnectebantur, haberent, sed quia uidebant ea in Deo reuelante, & attestante ea: nam sciebant euidenter, Deum esse qui attestabatur, & reuelabat eis talia mysteria: ac proinde euidenter assentiebantur illis ut ueris, idque propter efficaciam huius discursus: Omne reuelatum à Deo est uerum: Hæc mysteria reuelantur

**A** lantur nobis à Deo, Ergo sunt uera. Maior euidentis erat illis, ut constat. Rursus Minor etiam euidentis erat Prophetis, Angelis, & Christo. Certò enim sciebant non ab alio quam à Deo fieri sibi tales reuelationes rerum supernaturalium, & sic euidentis erat eis quod tales res erant omninò ueræ. Tandem ipsemet Caietan. 3. part. quæstione. 11. articulo. 1. fatetur ingenuè, Animam Christi per scientiam infusam clara reuelatione nouisse Deum esse trinum & unum: non tamen ipsam diuinam essentiam nam utrunquè dicit D. Thom. ibi. Cum enim statuisset Sanct. Thom. omnia quæ per diuinam reuelationem hominibus innotescunt, nouisse animam Christi extra scientiam beatam, excepit diuinam essentiam dicens: Ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam non cognouit, scilicet infusam, sed solum per primam, id est, per beatam. Quasi diceret, quod ipsa mysteria, & complexa propositionalia, & articulos fidei, ut Deum esse trinum, esse hominem, Deus reuelauit sæpissimè esse uera: ac proinde ea nouit Christus per scientiam infusam, non tamen diuinam essentiam, eò quod diuina essentia non computatur inter reuelari solita à Deo.

**B** Durand. in. 3. distinct. 23. quæstione. 9. numero. 12. dicit: Hanc credibilium euidentiam habuisse Angelos à principio propter efficaciam illius discursus supra positum, omne reuelatum, & c. & in hoc quidem consentiunt sibi Caietanus, & Durand. Dissentiunt tamen in hoc quod Durand. existimat huiusmodi euidentiam, licet solum esset in attestante Deo, & non in rebus ipsis attestatis, destruere fidem: & sic Angelos nunquam ambulasse per fidem. Et prius in eodem libr. 3. distinctione. 14. quæstione. 3. numero. 6. & 9. dicit Christum extra

Christus etiã habuit euidentiam in attestante mysteriorum.

Dur. sentit quod cõmuniuidentiam attestante nõ stat fides.

uisione

visionem beatificam cognouisse omnia mysteria Trinitatis, incarnationis, &c. Cum verò hæc non cognouerit per fidem, quia eam nō habuit, nec verò per speciem aliquam, aut repræsentatiuum Dei, nam hoc genus cognitionis iam ipse confutauerat in. q. 3. prologi & in. 2. d. 2. 3. q. 2. apparet secundum Durand. non restare aliud cognitionis genus, quo Christus mysteria ista cognosceret, nisi per reuelationem & attestationem.

*Alij autho-  
res pro hac  
sentent.*

Tolet. q. 1. prologi. ar. 2. conclusione. 3. & infra, & ar. 3. & 4. in solutione ad argumenta contra eam. Dionysius Cartha. q. 1. prologi & alij hoc ipsum approbasse videntur. Quin Dion. ipse existimat præter Christum, angelos, & prophetas, etiam quosdam alios sanctissimos, ac Deo deditissimos viros hanc mysteriorum fidei euentiam in attestante fuisse consequutos sed & Gerson Alphab. 13. lit. H. huic adhæret doctrinæ, nam dicit posse manere fidem cum euentia Trinitatis, qualis est, inquit, in doctoribus contemplatiuis mirabiliter illuminatis à montibus æternis. Dion. verò sic ait: Spiritus sanctus potest mentem humanam sola interiori alloquutione plenarie informare, & certificare de sua supernaturali informatione, absq; hoc quòd videant ipsum Verbum, aut Spiritum sanctum. Imo sic plurimos erudiuit, & sic fit in visionibus mysticæ Theologiæ, & in raptu, & ecstasi. Et statim: Per donum intellectus clarissimè, certissimè, ac subtilissimè intelligunt ea quæ sunt fidei: sed illuminatio ista solis datur eis qui in puritate cordis, & charitate magis proficiunt, qualis fuit sanctus frater Aegidius, qui noluit dicere, Credo in Deum, sed scio Deum. Hæc Diony. subdit autem hæc verba: In hoc lumine veritates fidei euidenter, & prorsus indubitater seruantur. Ad idem est Henricus de Gād. multis in locis vbi supra allegatus est, Quod lib.

A lib. 8. q. 14. & quodlib. 12. q. 2. & quodl. 6. q. 2. Thomas etiã Villanouanus in Concione de festo Trinitatis, vir planè ecstasticus, ac plurimæ deuotionis, & ex Monacho Augustiniano in Archiepiscopum Valentinum euectus, huic arridet sententiæ, hæc verba proferens ardentissimã eius charitatem redolentia: Dicam fratres, dicam, & cum nimio cordis mei gaudio dicam: & si vobis forsan temerarius visus fuero, dicam: Fides tua, Domine, sanctis tuis iã vix fides est, quoniam de fide iam quodammodò transit in lucem. Et infra: Hæc tamen lux, vt ego existimo, transit, & non diù remanet in intellectu, Deo sic volente, ne fidei meritum deperdatur. Hæc ille. Vt verò ipse ibidem docet, huiusmodi euentia minimè destruit fidem, quoniam & ipsa Beatissima Virgo quæ omni proculdubio plures, ac illustriores cæteris viatoribus habuit in hac vita reuelationes Dei, ac clariorem rerum credibilium notitiam, adhuc fidem nunquam exiit, quoniam illa euentia solùm reducebatur ad euentiam in attestante. Nisi fortassis aliquando facialem, ac beatificam diuinæ essentia habuit in hac vita degēs intuitionem: cum hac enim fides minimè stat.

Tēpus me deficeret si exactè, & adamussim expēdere vellē omnia quæ hac in parte expendenda desiderantur. Sed disputationes nras tēpori accōmodemus, quādoquidē ipsius tēpus accōmodare nō possumus. Vnica itaq; cōclusione breuiter quid hac in parte tenēdū sit explicabo.

VNICA conclusio: Quidquid sit de Angelis, ac prophetis, quantum attinet ad sacratissimam animam Christi, negandum non est, imò constanter affirmandum, quòd præter scientiam beatam cognouerit mysteriū Trinitatis, & cætera fidei sacramenta per attestationem, ac reuelationem Dei. Sanè Christum Dominum secundum

XIII.

*Christus per  
scientiam in  
suis nouit  
euidenter Tri  
nitatē per re  
uelationem  
& attestationem  
nem, quoad  
an est.*

Ff

quod

quod viator erat, ac populi prædicator & doctor, notitiâ A  
 mysteriorum diuinorum perfectissimam habere dice-  
 bat. Non enim à scientia beata, & à se ipso in quantum  
 erat comprehensor implorare, & quasi emendicare debe-  
 bat notitiâ eorum mysteriorum quæ populos edoctu-  
 rus erat. Cû ergo notitiâ quâ de his habere debuit, obscu-  
 ra & ænigmatica esse non deberet, postquâ fidem nō ha-  
 bebat: sed nec intuitiua, vt patet, siquidē non erat beata.  
 Nec verò abstractiua per propriam mysteriorū speciem,  
 quia talis nō est dabilis vt. q. præced. vidimus, restat vt in  
 attestatē, & per diuinam reuelationē habuerit euidētē  
 eorū cognitionē. Rursus, actiones Christi quibus mere- B  
 batur, & secundū quas erat viator, à qua cognitione regu-  
 labatur? Certū est enim oēs humanas operationes ad ali-  
 quā iudicij, & cognitionis amissim esse perpēdēdas, & re-  
 gulandas. Vt actio bona moralis naturalis secundū rectā  
 rationē naturalē habet dirigi. Et actiones supernatura-  
 les cognitione supernaturali, idest, à fide mensurantur.  
 Actiones patriæ à visione beatifica &c. Iā ergo inquirō,  
 Actiones Christi meritoria supernaturales, præsertim di-  
 lectio Dei super omnia, cuius cognitionis regula mēsurā  
 batur? Non rectæ rationis naturalis: nā hæc solū metitur  
 actiones naturales: nō fidei, quæ in Christo nō erat: non C  
 visionis beatæ, nā illa solū regulat actiones cōprehensō-  
 rū, & non viatorum meritorias, restat ergo vt agnitionē  
 mysteriorū diuinorum regulatricem illarum actionum  
 in Christo constituere debeamus, & sic habemus intētū.  
 XV. S Vnt quibus plurimū displicet euidētia in attestatē.  
 Nā primū arbitratur dari nō posse, nisi simul detur in-  
 re attestata. Vnde pro cōperto habēt id q̄ Dur. aiebat, sci-  
 licet, euidētia in attestante destruere fidē. Probāt, quia  
 scientia à posteriori vnitate, & existētia Dei excludit fi-  
 dem

Arguitur cō-  
 tra hanc cui-  
 dentiā in at-  
 testante.  
 Primo.

A dē de ipsa vnitate & existētia Dei: vnde Christiani Philo-  
 sophi qui huius vnitatis Dei scientiam habebant à poste-  
 riori, idest, ab effectibus, & per creaturas, fidē eius nō habe-  
 bāt, ergo à fortiori, euidētia in attestatē & habita per dis-  
 cursum illū, omne reuelatū à Deo est, verū, repellit fidē.  
 Patet consequentia, quia illa scientia à posteriori solū ge-  
 nerabat euidētia quo ad an est vnitatis Dei, & per hoc ex-  
 cludebat fidē, ergo similiter euidētia in attestatē, quæ gignit  
 euidētia conclusionis quo ad an est, excludet fidē.  
 Cōfirmatur, quia si effectus Dei visi, & inuestigati à Phi-  
 losophis, inducebant euidētia expulsiuam fidei, quare te-  
 stimonium expressum & euidens ipsius Dei non genera-  
 bit euidētia, quæ similiter excludat fidem? B

Secundō arguūt, quia intelligere nequeunt quomodo  
 quis habeat euidētia quod Deus reuelat, & non ipsius  
 Dei. Si enim nō videt Deū ipsum, quomodo scit Deū ef-  
 se qui reuelat? Equidē qui non cognoscit euidēter Petrū,  
 certus esse nō poterit an ipse sit qui sibi loquitur. Cū er-  
 go Christus per scientiā infusam, & similiter Angeli, &  
 propheta, nō viderent Deū ipsum, nō est vero simile q̄  
 euidēter scirent Deū esse reuelatorē, & attestatorē my-  
 steriorū. Confirmatur, & est argumentū quo vitur To-  
 let. q. 1. prologi ar. 2. in probatione. 3. conclusionis, quia nō  
 apparet vnde scirent euidēter q̄ tales reuelationes, &  
 loquutiones nō fiebāt sibi ab aliqua creatura. Vnde enim  
 sciebat anima Christi per scientiā infusam, & supremus  
 Angelus, quod Deus aliquam creaturam perfectiorem  
 & illuminatiorem seipsis non produxisset, à qua reue-  
 lationes illæ proficiscerentur? Quippe creare potuisset  
 Deus Angelum aliquem qui lateret ipsam animam Chri-  
 sti, Deo ipsum occultatē, & hoc posse Deum facere bene  
 sciebat Christus per scientiam infusam. Quod autem  
 ipsum

Secundo.

ipsum non creasset, non sciebat euidenter Christus per illam scientiam, imò sciebat se id non posse scire. Ab illa itaque creatura, aut ab aliqua alia poterant sibi tales reuelationes fieri. Et sic euidens non esset quod à Deo fieret. Et hæc quidem duo argumenta posuille sat est. Nam breuitati consulo.

Ad. 1. arg.

*Euidētia in attestate nō excludit fidē: eam tamē excludit sciētia à posteriori.*

Ad horum primum dicitur, creaturas habere ordinem intrinsecum ad ipsum Deum, qualis est ordo effectus ad suam causam. Et ideò qui ex huiusmodi effectibus demonstrat Deum esse, demonstrat per intrinseca rei, & ex præmissis intrinsecis habentibus necessariam connexionem cum conclusione, & ideò generat euidentiam sciētificam, excludentem fidem. Qui verò propter testimonium dicentis quantumuis infallibile, & veracissimum infert conclusionem, nō procedit per intrinseca rei, sed per medium omninò extrinsecum, & ideò non facit tantam euidentiam, quamuis possit facere maiorem certitudinē. Sed obijcies: Nam huiusmodi testimonium Dei reuelantis, facile est reducere ad demonstrationem, Quia ita ut procedatur ab effectibus intrinsecis ad suam causam, ut sic generetur euidentia excludēs fidem, hoc modo: Deus reuelat mihi quòd verbum caro factum est, ergo hæc veritas in mente Dei est, & sic est vera. Antecedens est euidens, ut supponunt Durand. & Caieta. & est effectus intrinsecus consequentis, nam intrinsecè præsupponitur ad reuelationem diuinam illius veritatis, quòd Deus illam veritatem præsciat, & præhabeat in mente sua. Respondetur tamen, quòd quamuis Deum præhabere illam veritatem in mente sua, sit causa quòd reuelet, & ex eo quòd reuelat, cognoscam euidenter Deum illam veritatem in sua mente præhabere, & sic esse veram: adhuc nullam euidentiam veritatis ipsius mystri habeo, quæ excludit

Obijciuntur.

Soluitur.

**A**cludat fidem: nam omnia illa media reuelationis, & mentis Dei sunt prorsus extrinseca. At verò cum ex creaturis proceditur ad ostendendum quòd Deus sit, verè acquiritur euidentia expulsiua fidei: nam proceditur per intrinseca, & per medium habens intrinsecam dependentiam, & connexionem naturalem cum ipsa veritate, qualem habent effectus cum sua causa præcipua, & efficienti. Nam scribat Deus in pariete, aut reuelet per Angelum quandam propositionem lingua Arabica, & reddat me Deus euidenter certum quòd ipse est qui eam scribit, aut reuelat: proculdubio euidens mihi erit talem propositionem esse veram, viilius discursus: Omne reuelatum à Deo est verum, illa propositio reuelatur à Deo, ergo est vera. Et tamen veritatis sub illa latentis euidentiam in re ipsa attestata nullam habeo, sed solùm in attestante, & reuelante.

Ad alterum dico, nō esse intellectu difficile quòd ego habeam euidentiam quòd Deus reuelat, sine eo quòd Deum videam. Ut enim ego euidenter sciam quòd quis mihi loquitur, sat est si per certissima, & infallibilia signa arguitiue deducam non posse esse alium qui mihi loquitur; nisi illum, licet illum ego non videam, verbi gratia, si sciam euidenter omnes homines esse ignaros aliarum veritatum, & videam mihi aliquam earum reuelari, iam euidenter elicio non esse hominem qui mihi loquitur, sed superiorem aliquem, licet illum ego nō videam. Rursus, & adducitur à Toler. si sciam Deum annihilasse omnes creaturas intellectuales, ut certum est Deum posse facere, & posse me scire, reuelante Deo, & rursus, si reueletur mihi tunc Trinitatem esse, iam euidenter scio Deum esse qui id reuelat, cum sciam euidenter aliunde prouenire non posse talem reuelationem. Tunc itaque

*Bene potest quis scire euidenter quòd Deus sibi loquitur, sine eo quòd videat Deum.*

haberem euidenciam quòd Deus reuelat, quòdque vera **A**  
 est res reuelata, sine eo quòd Deum viderè. Ad Confir.  
 respondeo, illud magnum esset miraculum quòd in na-  
 tura aliquam Deus condidisset creaturam, quæ lateret  
 Christū per scientiam infusam. Nam eo ipso quòd aliqua  
 Deus crearet, innotesceret illa Christo. Recurrendo autē  
 ad miraculū, fateor Deū posse illā creaturā cōdere, & abs-  
 condere à Christo vt homo est: & tūc nesciret Christus,  
 an à Deo fierent sibi tales reuelationes, an aliunde. Simi-  
 liter viso fumo, euidenter ego iudico esse ignem: si verò  
 Deus faceret miraculosè fumum sine igne, iam nulla mi-  
 hi reliqua esset euidencia. Relinquendē itaq; res sunt suis **B**  
 naturis: & quia rebus sic relictis, anima Christi euidēter  
 sciebat nullā creaturam sibi reuelare talia mysteria, pro-  
 fectò consequenter sciebat Deum esse reuelatorem, ac  
 proinde veritatis reuelatæ euidenciam notitiā habuit in  
 attestante mysterij. Trinitatis secundū scientiā infusam.

## XVI.

An Paulus  
 post raptum  
 recordaba-  
 tur euidēter  
 Trinitatis,  
 & per quod  
 medium.

**V** Num superest enodare. An Paulus postquā in raptu  
 diuinā vidit essentia, vt supponimus, habuerit notitiā  
 euidenciam ipsius essentia, & per quod medium? Dico,  
 habuisse talem euidenciam, cum Tolet. q. 1. prolo. ar. 2. sub  
 fine. Medium verò per quod eā habuit, erat omnino ex-  
 trinsecum rebus visis, vt mihi videtur. Nempe propriū **C**  
 testimonij quo sibi testiñcabatur, & reddebat certum  
 de tali visione, sicq; iudicabat euidenter esse Trinitatē  
 quo ad an est, non vero quo ad quid est ipsius. Nam ip-  
 sius diuinæ Trinitatis non potuit habere speciem, aut pro-  
 prium repræsentatiuum, cum tale non sit dabile. Forsitan  
 Paulus cū videbat diuinam essentiam, habuit actū,  
 quo siue voce, siue mente dixit, Ego video Trinitatem.  
 Illius autem actus speciem referuare potuit in memō-  
 ria: & sic transacta visione potuit per speciem illam recor-  
 dari

**A** dari euidenter illius actus, quo aliquando ipse iudicauit  
 se videre Trinitatem. Et ex consequenti seipsum reddere  
 poterat deinde certum quod esset Trinitas in diuinis, nō  
 quia recordaretur Trinitatis in se, sed illius actus quem  
 formauit, & quo dixit se videre Trinitatem tempore quo  
 illam videbat. Hocq; sufficeret ad iudicandum euidēter  
 quòd esset Trinitas, nam sic arguere poterat. Ego recor-  
 dor euidenter me habuisse aliquando iudicium, quo iu-  
 dicaui me videre Trinitatem: & nunc scio euidenter me  
 tunc nō fuisse mentitum eò quòd raptus ille fuit diuinus  
 & supernaturalis, quod mihi etiam est euidens, ergo eui-  
 denter mihi est verum quod sit Trinitas. Reducebatur  
**B** itaq; totum hoc ad euidenciam in attestante infallibili. s.  
 in seipso. Et pro nunc hoc mihi occurrit, aliud forsan di-  
 cturo si oculatius hæc liceret meditari.

P O S T R E M V M D V B I V M,  
 quo ostenditur quòd per creaturas Christus my-  
 sterium Trinitatis inuestigabat,  
 & cognoscebat.



**C** Vemadmodum in creaturis aliquid  
 contemplari licet, ex cuius cognitio-  
 ne deducitur euidenter Deum esse,  
 ita merito in quaestionem vocamus,  
 an aliquod etiam lateat diuinæ Tri-  
 nitatis vestigium in ipsis, per quod  
 medio aliquo diuino, & supernaturali lumine, citra beati-  
 tudinem, possit aliquis acutissimus & illustratissimus  
 intellectus deducere Deum esse Trinum. Breuiter me  
 expediam.

**XVII.** **P**ars negatiua persuaderi efficacissimè potest, eo quòd pluralitas personarum cum vnitatè essentia est proprium diuinæ essentia: cuius similitudo reperiri non potest aut vestigium in tota rerum natura. Secundò, quia quamuis verum sit quod in omnibus effectibus est respectus, ac relatio quædam ad suas causas, & ex hac parte creaturæ omnes respectum habeant ad suum authorem, ac creatorem Deum, & creator ipse sit trinus: non tamen in de fit consequens quòd respectus quem creaturæ habet, sit ad Deum vt trinum, sed ad Deum vt vnum.

*Opinio quòd ex creaturis non potest Trinitas cognosci.*

*Argumenta huius sent.*

Confirm. 1. quia cognitio relationis, natura sua, solum ducit in cognitionem termini per se, & formalis: sicut cognitio filij solum ducit nos in cognitionem patris vt pater est, non vt albus est, vt musicus est, nam esse album, aut musicum habet se per accidens ad terminandam filiationem, & fundandam paternitatem. Ergo similiter ex cognitione creaturarum tantum deueniri potest in cognitionem Dei vt auctor est, ac causa creaturarum, vt vnus est, vt potens, vt bonus, vt sapiens, vt æternus, vt immobilis, quia omnia ista per se & formaliter concurrunt, & necessaria omnino sunt ad condendum creaturam. At verò esse trinum, esse incarnatum, &c. nulla ratione ex illo respectu qui in creaturis est, cognosci potest: quia esse trinum & incarnari omnino impertinenter, & quasi per accidens, & materialiter se habet ad ipsum Deum, vt creet.

Confirmat. secundò, nam S. Thom. 1. p. q. 32. art. 1. creaturas dicit fieri à Deo ratione vnus potentia quæ est attributum essentialè. Et q. 39. artic. 4. ait, hoc nomen Deus aliquando supponit pro essentia sicut in hac, Deus creat. Et. 3. part. quæst. 3. art. 3. ait, quòd si per intellectum separemus à deitate personalitates, adhuc possemus intelligere deita-

**A** deitatem posse assumere naturam humanam. Certè & creare. Et Ric. de S. Vict. 3. de Trini. c. 16. Si solum, ait, esset vna persona in diuinis, in illa esset plenitudo potestatis ad creandū. De quo Sco. 2. d. 1. q. 1. initio. Ex quo fit, Deū vt vnū esse per se, & formaliter creatorem: & sic nō referri creaturas ad trinū, sed ad vnū Deū. Confir. 3. quia hoc discriminis versatur inter productionē Spiritus sancti, & productionem creaturarū: quòd illa per se & necessario exigit plures personas, hæc verò per se vnam tantū exposulat. Quarto, quia si vnaquæq; creatura ex eo proprie quòd est creata à Deo, refertur ad Trinitatē, iā pertineret ad ordinem naturæ talis relatio, si quidem Deus vt author naturæ est creat, non vt author gratia. Atq; adeò Angelus qui naturaliter cognoscit omnia naturalia, cognosceret etiam naturaliter illam relationē, & consequenter eius terminum quia totum clauditur sub ordine naturæ, & sic Trinitatem.

**B** Existimo nihilominus in omnibus creaturis esse respectum ad Trinitatem, & sic posse Deum producere speciem, per quam medio supernaturali lumine, extra scientiam beatam, posset aliquis respectum illum, ac proinde extremum euidenter cognoscere. Quod & arbitror contigisse benedictæ animæ Christi. Non loquor de creaturis supernaturalibus, quales sunt, gratia, fides, charitas, lumen gloria: nam per has & in his, quòd Christus euidenter Trinitatem cognosceret, nullus ambiget. Enimverò effecta hæc supernaturalia per se & ex propria natura referuntur ad Deum vt Trinū. Et sic si Deus daret alicui viatori, vt naturam horū effectorū euidenter nosset, vt dare potest, & de facto dedit Christo, iam ille euidenter cognosceret Trinitatem. Loquor ergo de effectibus naturalibus, & in his dico Christum euidenter cognouisse.

**XVIII.**  
*Vera sent. quòd ex creaturis potest cognosci Trinitas.*

Trinitatem, per scientiam infusam.

Pro hac assertionem priusquam agamus rationibus, vide-  
 ri alicui posset, non nihil agere S. Thomam, Henr. Tolet.  
 Iacobū de Val. Genebr. præter Ricardū, & Raymundū  
 superius allegatos. Initio S. Tho. 1. p. q. 27. ar. 1. ad. 3. & q.  
 45. ar. 6. ait, omnes tres diuinas personas habere causalita-  
 tem respectu creaturarum secundum rationem suarum  
 processionum. Ac proinde creaturas habere ordinem ad  
 primum creaturarum artificem, qui est Pater, & ad Ver-  
 bum expressum, quod est omnium creaturarum exem-  
 plar, & ad Spiritum sanctum, qui est amor & impulsus ad  
 creaturas producendas. Certū est enim quod in ratione  
 artificis concipiuntur ea exemplar intellectu eius produ-  
 ctū, per quod artifex operatur, quā affectio voluntatis, quā  
 ad vsum artis determinatur. Prius tamē quā vterius per-  
 gam, præmonitum Lectorem velim, neq; S. Thomam,  
 neq; nos vbi infra de hoc sermonem suscipimus, in ea ef-  
 se sententia, quod aut ex parte Dei, creatio proueniat à  
 Deo secundum diuersitatem diuinarum processionum:  
 aut verò ex parte creaturarum aliquid sit in vnaquaque  
 earum, quod à solo Patre productum sit, & aliquid quod  
 à solo Filio, & aliquid tandem quod à solo Spiritu san-  
 cto: quod dicebant Lullistæ. Hoc enim à fide dissonat, si-  
 cut & illud quod Origeni tribuitur, lib. 1. Periar. quod  
 Pater dat esse rebus, Filius dat esse rationale, Spiritus san-  
 ctus dat esse iustum. Intelligi ergo illa omnia debent per  
 quandam accommodationem, cum Caie. 1. p. q. 45. art. 6.  
 ad quem remitto Lectorem. Et vellem vt Henricus, si  
 eius verba talis sunt intelligētis capacia, hoc eodem mo-  
 do à nobis intelligatur. Ait Quodlib. 6. quæst. 2. in hunc  
 modum: Notitia & amor secundum quod sunt proce-  
 dentes, sunt rationes secundum quas creaturæ pro-  
 du-

A ducuntur. Et statim: Sapientia, & amor procedentes sunt  
 rationes in intellectu essentiali, & voluntate Trinitatis  
 dispositiua ad creaturarum productionem: sapientia enim  
 vt essentialis, non est nisi speculatiua: sapientia verò vt  
 personalis siue genita, non tantum est speculatiua, sed  
 etiam practica respectu operandorum. Hæc ille. Ex qui-  
 bus fit, per se, & necessario diuinam essentia in tribus illis  
 suppositis debere subsistere vt producere valeat creatu-  
 ras. Sanè in rebus artificiatas, forma producta non solum  
 dicit relationem ad agentem, sed ad ideam etiam, & exē-  
 plar quo facta est. Tolet. q. 1. prol. ar. 2. concl. 3. ponit cog-  
 nitionem deductiuā quam possunt habere viatores de my-  
 stero Trinitatis euidentem, quæ nulla alia esse videtur,  
 nisi hæc qua per alienas species creaturarum arguere, &  
 deducere possunt Trinitatem, diuino lumine. Iacobus  
 etiam de Valent. super Psalm. 144. initio, coniungere vide-  
 tur huic parti, nam dicit Adam in initio mundi, per ordi-  
 nem creationis potuisse nosse in spiritu mysterium Trini-  
 tatis, eo quod articulus creationis præsupponit articulū  
 Trinitatis. Et eatenus intelligi, & explicari possunt Ray-  
 Ricar. & Henric. quos initio retulimus. Sed & Greg. Ge-  
 nebrardus nostri temporis, scriptor doctus, & diligens lib.  
 2. de Trinitate, suffragatur huic sententiæ, pag. 169. & ad id  
 producit exēplum de tribus eandē nauim trahentibus:  
 nam vna quidē tractio est, sed tamen nauis tracta ad om-  
 nes pariter tres eā trahentes respectū habet. Ita creatio  
 actio est triū diuinarū hypostaseon, & inseparabiliter ad  
 condendū, & architectandū mundū, & creaturas adunan-  
 tur. Mundus ergo, & creaturæ omnes ad tres illas refe-  
 rantur. Quæ verba præ oculis constitutissima oportet  
 habeamus ad argumentorum solutiones inde eruend-  
 as. Quibus addo non casu, sed magno consilio,

Genes. 1.

vt paulò ante notauit Genebr. Moysen his verbis creationis historiam auspicatum fuisse, In principio creauit Dij coelum, & terram: nempe ad innuendam Trinitatis communitatem in creatione: quæ vna cum sit, à tribus personis æquè primo facta est. Et de authoribus hætenus.

Adducuntur rationes pro hac sententiâ.

Pro intelligentia verò rationum adducendarum, aliqua carptim ex alijs Theologiæ materijs excubere, & cõgerere oportet. Primum quidem, quòd licet probabile sit quòd in diuinis tantum sit vnum subsistere, quod tenet Duran. in. 1. d. 13. q. 2. & in. 3. d. 1. q. 2. Capr. q. vnic. artic. 3. Marfilus, & alij: & forsitan probabilius, quòd tres sint in diuinis subsistentiæ relatiuæ, & vna absoluta, quod placuit Scoto in. 3. d. 1. q. 2. Caiet. 1. p. q. 39. & 3. p. q. 2. & 3. & alijs,

In diuinis nulla est absoluta subsistentia, sed tres relatiuæ, & per has subsistit primo Deus.

vt videre licet in Dur. in. 1. d. 26. q. 1. nu. 5. at longè probabilius est sententia quæ docet, quòd in diuinis nulla sit subsistentia communis, sed tres relatiuæ, & in illis, & per illas subsistat natura diuina. Hoc tenent Bonauent. Ricar. Alexand. Henric. Quauis autem existentia non sit nisi vnica in Deo, ipsaq; communis, & absoluta, quod tradit Caiet. 1. p. q. 3. ar. 4. & q. 39. ar. 3. non ideo fit quòd sit vnica etiam subsistentia: nam quauis in creaturis conuertantur existere per se, & subsistere: at in Deo longè differunt, quia existentia conuenit naturæ diuinæ adæquatè, & conuertibiliter: subsistentia verò primariò personis conuenit: est enim id quod intrinsecè constituit suppositum rãquam vltimus naturæ terminus, & actualitas. Quauis Caiet. 3. p. q. 4. ar. 2. quem sequitur, & commendat Ferrar. 4. contra Gent. cap. 43. dicat entitatem quandam distinctam à subsistentia, quam vocat personalitatem, constituere personam. Tres itaq; subsistentias relatiuas ponere oportet cum antiquis ecclesiæ cõcilijs, & Patribus, sicut

autem

A autem nulla ponitur in diuinis persona absoluta, & essentialis quocunq; modo differens à tribus personis relatiuis, quidquid falso opinetur Caiet. 3. p. q. 3. ar. 2. circa solut. ad. 3. ita est mihi satis certum nullam esse in diuinis subsistentiam absolutam communem, sed solas tres relatiuas.

Secundò scire oportet, non esse ponendum in diuinis indiuiduum Deitatis præintellectum tribus subsistentijs, seu personis. Licet enim præintelligamus hunc Deum existentem ante personas, nam ante personas ipsas præintelligimus Deum esse purum actum, & habere esse existentie suæ naturæ debitum, à qua singulari existentia defu-

Quod ante personas nõ intelligimus indiuiduum deitatis subsistens, sed solum existens.

B mere & denominare licebit concretum hoc, scilicet, hunc Deum existentem ante personas: quæ videtur expressa sententia Scoti, ponentis hunc Deum per se existentem, communem tribus personis, ipsiq; identificatum, quæ in parte est sententia Caiet. non tamen illud concretum præintelligitur vt suppositum, quia nondum vltimò terminata intelligitur natura, donec per subsistentias terminetur. Atq; adeò primum subsistens quod intelligitur in natura diuina sunt æquè primò tres diuinæ personæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vt videtur tenere Dur. in. 1. d. 4. q. 2. Capr. q. 1. Torres. q. 39. Itaq; in diuinis duo sunt po-

C nenda concreta singularia, scilicet, Hic Deus existens in deitate, & Hic Deus subsistens in deitate. Nam à deitate existente ante personas, ponimus, Hunc Deum existentem ante personas (nostro modo loquendi, nam re ipsa nihil est in diuinis anterius, nihil posterius) at verò à Deitate subsistente, scilicet, per tres subsistentias relatiuas (nam alia non est) sumimus, Hunc Deum subsistentem, scilicet, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Horum concretorum prius, Hic Deus existens, est commune secundum rem, atq; adeò præintelligitur personis & prædicatur

Duo concreta singularia in Deo.

Gg 3.

tur



tur de ipsis: sumitur enim ab existentia communi essentiali, quæ etiam communicatur tribus personis, & ipsis præintelligitur. Aliud verò concretū, scilicet, Hic Deus subsistens, nullum est nisi Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sicut nulla alia est subsistentia, nisi Patris, Filij, & Spiritus sancti.

*An illud concretum existens præintelligitur per se sonis, creetur.*

His hunc in modum statutis, dubitari & merito possit, An illud individuum deitatis, vel concretum existens, pro ut præintelligitur huic Deo subsistenti, id est, Patri, Filio, & Spiritui sancto, sit creans, vel potens creare. Itaque dubium est, an creatio conveniat primario huic Deo existenti, & secundario huic Deo subsistenti, id est, tribus, personis, ita ut quando formatur hæc propositio Deus creat, illi voci, Deus, correspondeat immediate in re ipsa aliquod præintellectum tribus personis, quod creare possit: an vero nihil aliud quod creare possit illi voci correspondeat immediate, nisi tres personæ, scilicet, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Quoniam tamen magnum esset piaculum me nunc tot, tamque grauium disputationum pelago immergere, cum plura alia spacia enauiganda supersunt, & satis superque in hac q. immoratus sum, idcirco breuissime statuo, illi voci, Deus, in hac propositione, Deus creat immediate correspondere tres diuinas personas. Itaque actio ipsa creandi per se primo, & immediate tribus personis conuenit: ac proinde nihil præintelligi potest illis, quod creare possit. Ratio facile ex hypothesibus colligitur, si quidem id quod præintelligitur tribus personis non est subsistens, non est suppositum, quantumvis sit per se existens. Id supponimus ex dictis: ergo nec est potens creare. Patet consequentia, quia actiones non sunt solum per se existentium, sed subsistentium, & suppositorum, & sic actio creatiua conuenire illi concreto deitatis non potest, scilicet.

*Non potest intelligi Deus ut creans do nec intelligatur subsistens in tribus personis.*

A scilicet, huic Deo existenti, sed ei quod primo subsistit: & hoc est illud individuum subsistens, quod primo & immediate est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Porro quod toties inculco, non posse Deum creare, donec intelligatur subsistens intelligo, non quod a subsistenti habeat potentiam ad creandum, nisi tantum tanquam a conditione sine qua non: formale namque principium non habet a subsistentia, sed ab essentia, ab intellectu, a voluntate. &c. Itaque creaturæ debent dicere respectum ad creatorem, sed huiusmodi est primo & immediate illud subsistens deitatis, Pater, Filius & Spiritus sanctus, ergo ad illum referuntur. Et quidem hæc ratio solutionibus argumentorum adiuncta, instar mille nobis esse debet, temporis angustia magnopere pressis.

Ad primum fateor, pluralitatem personarum in vna natura esse propria Dei: at inde non sequitur quod in alijs a Deo non possit esse respectus ad illam pluralitatem. Ad 2. patet ex dictis. Ad primam confirmo, concedo, creaturas per se, non exigere talem respectum ad Deum ut Trinum: at quia de facto causa productiua earum est trina in personis, & ipse de facto procedunt a tribus illis, idcirco ad tres personas referuntur. Sanè aqua calida per se loquendo solum respicit causam habentem calorem: quod verò talis causa sit Sol, aut ignis, ab aqua calida per se loquendo non respicitur. Si tamen de facto calefacta est a sole, opus est ut de facto ad solem referatur. Ita ergo licet non per se, sed per accidens habeant creaturæ quantum est ex se, quod a Deo trino procedant, quia ab vno æque possent procedere: quia tamen de facto a trino producuntur, apparet quod referri ad tres personas debeant. Illud verò de respectu ad patrem musicum vel album, non facit ad rem. Nam Patrem esse album vel musicum non solum accidit filio, sed & patri: at verò Deum esse trinum ut creet, licet accidat

XIX.  
Arg. resp.

*Creaturæ per se non referuntur ad Trinitatem, de facto tamen referuntur.*

cidat creaturis, non tamen accidit Deo. Et quidem pro nunc satis, ne in immensum crescat opus. A

Ad. 2. confir. dico, ita esse ut S. Tho. vult. verum inde solū habemus, quod creatio est actio communis diuinarum personarum, & quæ vno & eodem formali principio existēte æqualiter in tribus, habet fieri, nimirum vna & eadem sapientia, bonitate, potentia, &c. ad differentiam actionum notionalium, quarum formale principium non est aliquid commune. Ad aliud ex. q. 39. respōdemus mentem D. Thome esse quod in hac, Deus creat, nomē Dei supponit pro essentia, idest, non supponit determinatē pro aliqua persona diuina, sicut in hac, Deus generat, sed communiter pro omnibus. Ad aliud ex. 3. p. dico ex doctrina eiusdem, ibi. q. 3. ar. 3. ad. 1. vbi sic ait: Exclusis per intellectum proprietatibus personalibus, remanebit in cōsideratione nostra natura diuina ut subsistens, & ut persona. Quibus verbis satis enucleatē D. Tho. aperit, non loqui se de eo quod nunc est, alioqui abstractis per intellectum proprietatibus, idest, tribus personis, illud quod remanet, erit persona, & sic de facto erunt quatuor personæ. Loquitur ergo de eo quod esset, si per impossibile excluderentur tres illæ subsistentiæ & personalitates relatiuæ. Et tunc, remaneret essentia diuina, aliter quā nunc se habet: nam tunc se haberet ut subsistens, & ut persona, & ut assumens & creans: quo quidem modo nunc nō se habet. Nā præcisus subsistentijs personalibus, nulla remanet subsistentia, qua Deus assumat, aut creet. Porro Ricardus contendit, non quod modò creet illa vnica persona præintellecta tribus, quia sanè nulla est talis: sed quod si non esset nisi vna persona, illa quidem crearet, ut & habet. Scotus explicans Ricardū, in. 2. d. 1. q. 1. ad fin. ad 1. arg. in oppositum, sed tamen tunc negotiū diuinitatis, & crea-

In hac, Deus creat, Deus pro quo supponat.

Seclusis personalitatibus, an Deus possit assumere, &c.

A & creationis aliter se haberet: nam tunc crearet vna persona, nunc verò tres sunt quæ creant.

Ad. 3. confirmationem dicimus, inter productionem Spiritus sancti, & productionem creaturarum, quā plurimas, imò & innumeras & infinitas differentias esse assignabiles. Verum quæ ad propositum spectat, est quod productio Spiritus sancti non solū quantum est ex parte ipsius productionis, sed etiam quantum est ex parte rei productæ, & ipsius etiam principij productiui, exigit per se & suapte natura quod sit à pluribus suppositis. Cæterum creatio, licet quantum est ex parte principij produ-

B ctui, per se habeat produci à pluribus suppositis, ad hunc sensum quod principium creans natura sua sunt tria supposita, & quoad usq; intelligatur diuina natura subsistens in his tribus suppositis, non intelligitur ut actu creans vel operans ad extra, nam non sine causa dixit Arist. Actiones esse suppositorum: nihilominus tamen natura ipsa creationis aut creaturarum non exigit quod sit à tribus, quādoquidem ex se æquē bene ab vna persona, si sola esset vna in diuinis, fieri potest, sicut modò de facto sit à tribus. Per hoc tamen non tollitur quin supposito quod à tribus de facto procedunt creaturæ, ad tres de facto referantur. Illud vero axioma, Actiones sunt suppositorum, Scotus in. 4. d. 12. q. 3. ad. 2. principale, dicit esse falsum, nec esse Aristotelis, ut vulgò refertur ex. 1. Metaph. Sed quid quid de hoc sit, negari non potest axioma illud; nam & D. Tho. eo vtitur in. 1. d. 5. q. 1. art. 1. & fere de verit. q. 20. ar. 1. ad. 2. & 3. & communiter omnes. Verum hoc presertim examinari per tempus non vacat.

Ad vltimum, admitto, respectum illum ad ordinem naturæ pertinere: nego tamen inde colligi quod Angelus, qui comprehendit creaturam, cognoscat illum respectum.

Hh

ctum.

Spiritus sanctus exigit ut procedat à pluribus personis, nō sic creaturæ.

Actiones sunt suppositorum.


Respectus creaturarū ad Trinitatē est naturalis & tamē non cognoscitur ab Angelo.

ctum. Nam bene stat comprehendi rem, non cognitis illis respectibus, qui per se non conueniunt tali rei: & talis est respectus ille creaturarum ad Trinitatem. Sed instas, ille respectus secundum suam entitatem est naturalis, ut falsi sumus, ergo intra ordinem naturæ est producibile aliquod lumen, cui ille respectus sit proportionatus in ratione obiecti: & consequenter terminus, qui est Trinitas. Concedimus, illum respectum esse naturalem, atq; adeo cognosci per naturam posse. Verum ex hoc non sequitur, quod distinctè & in particulari etiam sit eius terminus cognoscibilis per naturam. Suppetunt exempla passim: nam non oportet, ut qui cognoscit potentiam visiuam, cognoscat distinctè & in particulari omnem colorem. Rursus, appetitus & respectus, qui in nobis est ad Deum clarè visum, naturalis est, ut doctiores asseuerant: neque tamen inde sit quod ad cognoscendum hunc respectum & appetitum, oporteat eius terminum distinctè & in particulari cognoscere, id est, sub propria ratione visionis beatificæ supernaturalis.

QV AE-

A **Q V A E S T I O**  
TERTIA POSITIVA,

*Verum Psalmi Dauidici soluta oratione, an verò carmine conscripti sint, & quo carminum genere.*



**B** legentium voluptati, & non solum utilitati consulamus: si tamen futuri sint qui lucubrationes has nostras legant; siq; voluptas aliqua ex earum lectione capi possit, opere precium facturum me existimo, si difficillimis scholasticæ Theologiæ quæstionibus, pariter & utilissimis, quasdam alias, quas gratiores & plausibiliores futuras credo, adposuerim. Nam materiarum varietate, & permutatione leuatur tædium, aut minuitur. Ac proinde posteriores istæ quæstiones nouitate & incanditate sui, lectorem à mole stialiberum; benenolum reddent pariter & attentum. Et quidem licet quæstiones curiosas examine re velle merito prohibeamur à D. Paulo, & à Patribus, non ideo à proposita ego disputatione deterrebtor, quandoquidem quæstio quæ à me suscipitur disceptanda, non minus habet utilitatis quam curiositatis, ut iam licet videre.

**P**rofectò utilissimum erit ostendere Psalmos Dauidicos carmine conscriptos esse: nam Iulianus Augustinus apostata olim, nostra vero tempestate Anabaptista (primum horum referentè D. Cyrillo Alex. lib. 9. contra Iulianum: alterum Syxto Senen. lib. 8. Bibliothecæ sanctæ) Heretici exibilant nos quod dicimus Psalmos esse carmina.

Hh 2 (cæ)

(æ) hinc arma ad impugnanda veteris testamenti volumina desumpserunt. Accusabat Iulianus Eusebium Cæsariensem. quod multas carminum species in veteri testamento reperiri, falso persuasisset. Anabaptistæ videntes multis carminum generibus olim quosdam veteris testamenti libros esse compositos, qui tamen nunc prosa, solutaq; oratione leguntur, irrident & exhibent nostra Biblia, quasi adulterata sint & corrupta. Nam quod vitiatum sint ab impijs Iudæis libri veteris testamenti, quodq; Hebraici codices, quibus nunc utimur, sæpè sepius à veris originalibus differant, licet ego sequutus alios negem, affirmant tamen quàm plurimi scriptores cum primis docti & catholici, Iacobus de Valentia in Prologo Psalmorum, Tractatu. 6. Lætmatius lib. 8. de instauranda religione. c. 6. Lindanus lib. 1. de optimo genere interp. cap. 1. 2. 3. & 4. Melchior Cano lib. 2. de locis. c. 13. & 14. Titelmanus, Galatinus, &c. & alij quàm plurimi, vt ex antiquis silentio nunc prætereamus Iustinum Martyrem, & alios.

*Negandū est quod sacri codices fuerint unquam à Iudæis corrupti.*

*Heretici appellant Dauidem, uatē profanum.*

Sciendum etiam referente Philastrio Brixien. in Catalogo hæreseon. c. 117. fuisse hæreticos, qui assererent Dauidem profanarum ac sæcularium cantilenarum fuisse compositorem. Et in Epistola Concilij Antiocheni, quæ habetur in Eusebio, lib. 7. hist. Eccle. c. 25. & in Elencho hæresum Gabrielis Prateoli, idem error Paulo Samosateno ascribitur. Anabaptistæ nostro seculo asserunt, librum Psalmorum non à Dauide, sed à recentioribus quibusdam Iudæorum Rabbini post mortem Christi fuisse conscriptum, vt haberent Hebræi ad captiuitatis solatium cantilenas nonnullas, quibus publicè in synagogis suis conuenientes orando, & canendo, suis inimicis multas calamitates, sibi verò multam salutē, & foelicitatem precarentur.

Tan-

**A** Tandem sunt qui existimantes metricum scribendi genus esse molle, & profanum, & duntaxat ad fabulas componendas aptum, aut ad vanos & impuros affectus iræ, vel amoris delineandos adinuentum, persuadere sibi non possunt aliquos sacros libros poeticè conscriptos esse. Quin & hanc ob causam librum Iob fuerunt qui putarent non esse rem veram, quæ gesta sit, sed Tragicomediam Hebræorum, vt eam appellant Anabaptistæ, ac purum figmentum poeticum: aut sanè rem quodammodo veram, sed multis permixtam fabellis, & figmentis, sicut Homericæ, aut Vergilianæ libri, qui per paucas veritates multis conspersas nugis, & mendacijs continent. Vides iam, bone lector, disputationis nostræ necessitatē, & utilitatem? Sed vt voluptatem etiam experiaris paulisper expecta.

**P**incipiò vt altius rem istam repetamus, supponendū est magnoperè decuisse, vt aliquot veteris testamenti libri carmine conscripti essent. Esset itaq; sacrorum Bibliorum libris intertextus aliquis, qui poematum thesaurus compellaretur, quiq; non prosa, solutaq; oratione, vt reliqui, sed poeticè & rhythmicè procederet. Et quidem hanc hypothesim fulcire & confirmare multis debemus præsidijs, & tribus præferim. Primo, ostendendo quàm gratissimam semper Deo Opt. Max. fuisse poesim & musicam. Secundo, multam esse vim Musicæ, & poesios ad animos hominum permouendos, & concitandos, & in vtranuis partem flectendos. Tertiò, qua ratione in hoc vniuersitatis libro, id est, in mundo isto visibili carmina rerum fecerit Deus, utq; creaturæ omnes debito, & congruentissimo ordine inter se dispositæ, miram poesim, & pulcherrimam musicam reddant. Quæ tria si ostenderit, patebit certè aditus ad conuincendum, decuisse

*Alia obiectio hæreticorum.*

*Iacitur fundamentum totius quæstionis.*

H h 3

se vt

Arist. Aug. & Boethio. Nec contra hoc est D. Hierony. A in c. cantantes. 92. d. Vnde & organa, psalteria, cæteraq; instrumenta musica tùm nunc temporis in lege gratiæ, tùm verò olim sub veteri lege, maximè fuerunt in vsu viris ecclesiasticis. Adde in ecclesia etiam triumphanti, musicæ & carminum vsus esse: nã quod passim in Apocalypsi legimus sanctos homines personaturos Alleluia, & laudes & cantica, non translaticiue & metaphoricè, sed voce vera ac sonora intelligendum esse, habet D. Tho. ex D. August. & Glossa, in. 2. d. 2. q. 2. art. 2. ad. 5. & lib. 4. d. 44. q. 2. art. 1. q. 1. in corp. & ad. 4. Quod tamen qua ratione fieri possit, nam planè est punctum longè difficillimum explicatu, quomodò voces illæ & loquelæ formentur in cælo empyreo, cum ibi non sit aer, in quo solo nata est vox formari, & deferri ad aures audientium, quæ difficultas difficillima visa est Henrico quodli. 7. q. 7. forsan antequam ab hodiernis disputationibus me expediam, disputabo. q. 6. schol. ad finem.

**S**ecundũ presidium, quo munire illam debemus hypotheseim, est ostendendo quanta sit vis musicæ ad animos hominum concitandos. Huc spectare dicit D. Tho. 2. 2. q. 91. illud Isai. 48. Laude mea infranabo te ne intereas Nam diuinis canticis infranatur homo, & coercetur ne C per viciorum præcipitium rapiatur. Nihil verò refert hunc locum Isaiæ ab alijs sic vetri, Frænum inijciam mihi tui causa, vt sint verba Dei, qui propter nos aliquando humanitatis frænum sibi iniecturus erat, quo à furore & ira, qua olim in homines solebat excandescere, se ipsum reueraret, & cohiberet. Sed vim musicæ amplius ostendamus. Aristot. 8. Politicorum. cap. 3. sic dicit: Habet Musica naturalem voluptatem, per quam illius vsus cunctis ætatebus, cunctisque moribus est acceptus. Et in-

**A** infra: Harmoniarum distincta est natura, ita vt qui audiunt aliter disponantur, nec eodem modo se habeant ad vnã quancq; ipsarum, sed ad quasdam flebiliter, & contractè magis, puta ad eam quæ appellatur Lydia mixta: ad quasdam verò mollius secundum mentem, ad aliam medio criter. Phrigia vero diltrahit ac rapit animum, &c. Ex quibus tandem colligis, musicam posse animi mores in melius permutare, quã ob causam in ea pueri sunt instituenti: quod & docet Philo. lib. de agricultura pag. 166. Docet autem ibidem Arist. cognationem quandam esse nobis cum harmonijs, & rythmis, & multos iam olim sapientes dixisse animum hominis aut esse, aut habere harmoniam. Isti verò sapientes fuere ante Aristot. Pythagorici, & Platonici: post ipsum Iamblichus Alexander Afrod. lib. 1. probl. prob. 119. Quint. lib. 1. c. 16. Boetius lib. 1. de musica. c. 1. Plutarchus in Sympoticis, & ex modernis Cælius Rhodig. lib. 5. lect. antiqua. à cap. 20. Præ reliquis verò D. August. 10. confes. c. 33. vbi sic loquitur: Omnes affectus nostri habent proprios modos in voce & cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitantur. Et infra, Cũ reminiscor lachrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipso commoveor. Platonis verò in Tim. verba sunt ista: Data nobis est harmonia non ad voluptates rationis expertes, sed vt per eam dissonantem circuitum animarum componamus, & ad concentum sibi proprium redigamus. Refert Franc. Geor. Vener. tom. 5. lect. 4. nu. 316.

Sed Macrobius pulcherrimè hanc tractantem materiam lib. 2. in somnium Scipionis. c. 3. auscultemus. Ideo, inquit, in hac vita omnis anima musicis sonis capitur, quia in corpus defert memoriam musicæ, cuius in cælo fuit conscia. Et ita delinimentis canticis occupatur, vt nul-

Ii lum

Quòd in cælo etiam est vera, & sensibilis musica.

III. Tractatur latissimè

quòd magis sit vis musica ad animos commouendos.

Isai. 48.

Nota.

Mēs nostra, & animus habet cū cantu, & musica cognationem multā.

Nota verba Macrobij.

*Omnis adus  
anime gub-  
ernatur  
musica.*

lum sit tam immitte, tam asperum pectus, quod non oble-  
tamentorum talium teneatur affectu. Et mox. Deniq; omnis habitus animæ cantibus gubernatur, vt & ad bel-  
lum progressui, & item receptui canatur cantu & exci-  
tante, & rursus sedante virtutem. Dat somnos adimitq;,  
nec non curas & immittit, & retrahit iram suggerit, cle-  
mentiam suadet, corporum quoq; membris medetur. Ec-  
quid mirū si inter homines musicæ tanta dominatio est,  
cum aues quoq; vt luscina & cygni, aliq;ve id genus can-  
tum veluti quadam disciplina artis exercent? Nonnul-  
læ verò, vel aues, vel terrenæ, vel aquatiles belluæ, in-  
uitante cantu, in retia sponte decurrant: & pastoralis fi-  
stula pastum progressis quietem imperet gregibus. Hæc  
ille, & alia. Ex quibus multa in suas lectiones transcripsit  
Cælius lib. 5. cap. 21. & Cassianus parte. 10. consideratio-  
ne. 51. Sed & Quintilianus lib. 1. cap. 16. Natura, inquit vi-  
detur ad tolerandos facilius labores musicam, veluti  
munere nobis dedisse. Siquidem & remiges cantus hor-  
tatur, & quamlibet rudis modulatio, &c. Sed & apud an-  
tiquos exploratum fuit mutationem musicæ mutatio-  
nem etiam morum in Remp. inducere. Nam Boethius  
lib. 1. de musica. cap. 1. sic dicit: Plato cauendum existimat,  
ne de bene morata musica aliquid permuteur: nulla  
enim magis ad animum disciplinis via, quam auribus  
patet.

*Quod cantu  
& musica le-  
uatur, ac ex-  
hilaratur mi-  
seri, & affli-  
cti.*

Experientia quoq; hanc firmat doctrinam. Quis enim  
neget miseris, & afflictis hoc vnum superesse remedium,  
quo molestias & calamitates, quibus anguntur, æquo ani-  
mo ferant?

*Inopem solatur, & ægrum,  
Avertit morbos, metuenda pericula pellit, &c.  
Quod*

**A** Quod dixit Horat. Agricolæ, messorum, & quibus alijs  
operarij medijs æstatis solibus, cum pecudes vmbra, &  
frigora captant, laborantes, si cantilenam aliquam, &  
rythmum quamlibet rudem personent, nihil infestum  
præsentiscunt: estq; eis cantus vice auræ subfrigidæ, &  
amenissimæ. Viatoribus etiam pedestribus itinere longo  
fessis cantus est pro vehiculo. Vincit in carceribus libe-  
ros se esse existimant quandiu dulce aliquod melos occi-  
nunt: Propertius.

*Crura sonant ferro, sed canit inter opus.*

**B** His apponamus illud sacrum de Diuo Paulo, & Sy-  
la, qui noctu carcerem horridum, & squalidum in sa-  
crum, ac lætum chorum conuertentes, laudes Dei car-  
mine personabant. Etiam nocte Christus Dominus hym-  
no seu carmine, quod idem est, teste August. super Psal. *A ct. 16.*  
72. se ad passionem præmuniuit. Vtrumque adducebat  
Stunica libr. 1. cap. 19. de vera religion. Nox verò in figu-  
rato, & arcano scripturæ sermone, aspera, & ærumno-  
sa tempora significat, vt obseruauit etiam Luysius no-  
ster super cap. 3. Cantic. in Explanacione, in illis verbis, *Mar. 14.*  
In lectulo meo quæsiui per noctem. Quadrantissimum  
porrò his omnibus est, quod sane sanctus Iob illis ver-  
bis cap. 35. Qui dat carmina in nocte, significat, scilicet, *Cant. 3.*  
cum in tenebris, & densa caligine versentur miseri, si ta-  
men Deus talem eis mentem immitat, vt cantent,  
continuo metum quem nox incutere solet, excutiant.  
Ita explicabat idem Didacus Stunica illo loco super Iob,  
post Eugubinum, quanuis aliter ex Hebræis fontibus am-  
bo putent verti posse. *Iob. 35.*

*Quo*

Quod omnis  
etatis &  
conditionis  
homines de-  
cet, Musica.

Quocirca omnibus æquè necessariam esse musicam, A existimauerunt antiqui, & omnibus addiscendam esse, referente Georgio Veneto in problem. tom. 5. sect. 4. nu. 316. ex Mercurio, Musice nihil erat aliud nisi cunctarum rerum ordinem scire, &c. & mox: Musarū chorus à Deo in hominum cætum demissus est ne terrenus mundus videretur incultior, si modulorum dulcedine caruisset. Hæc Mercur. D. Isid. lib. 3. Etymolo. c. 14. tam turpe dicit esse nescire musicam quam nescire literas. Quis ignoret, ait Quintil. Musicen tantum iam illis antiquis temporibus venerationis habuisse, vt ijdem musici, & vates, & sapientes iudicarentur? Et mox: Socrates iam senex institui Lyra non erubescibat. Lyra imperitum cum se The mistocles confessus esset, vt verbis vtar Ciceronis, habitus est indoctior. Vnde generaliter omnes in M. Catonè inuehebantur, quòd diceret non efferem viro serio dignam, musicam. Vide Macrobi. lib. 3. satur. c. 14. Arist. 8. Polit. c. 6. Cælium, lib. 5. c. 28. Quod vero ait B. Greg. 92. dist. c. in sancta. si rectè expendatur, contra nos minimè est.

III.  
Exempla de  
ui. & effica=  
cia musica,  
& carminū.  
pulchra ad=  
ducuntur.

EXempla verò de vi, & (vt ita dicam) omnipotentia Musica, & poeseos, pauca ex multis promo. Refert Quintil. lib. 1. c. 16. Seneca, lib. 3. de ira. Boeth. lib. 1. de Musica, c. 1. D. Thom. lib. 4. de regim. princi. c. 21. ex Aristot. & Iulio, Iuuenem quendam Taurominitanum, ad mulieris ædes expugnandas, vino calidum, amore percitum cum tibijs, & citharis venisse sonantem, ibiq; furentem perseuerasse: donec Pythagoras, vt rythmum mutaret, & versus Spondaicos ad Phrygium modum caneret, citharistam iussit: quibus mansuetis verbis iuuenis mansuefactus, ab incepto destitit, & reincepta, domum redijt. Plutarch. lib. de musica, refert de magno illo musico Timotheo, quòd animum Alexandri Magni nunc ad pacem,

A cem, nunc ad prælium, carmine & musica, prout volebat, inclinabat, Homerus. 9. Iliad. Achillem memorat carmine, & cithara solitum suas iras frænare, & compescere. Sed & lib. 3. Odiss. Agamemnonem Troiam pergetem, tradit, vxoris suæ pudicitiam cuidam peritissimo musico custodiendam commississe: Qui carmine, & musica ipsam continebat ab adulteris: at musico illo vita functo, facile mulierem proci expugnauerunt. Quid de Orpheo, ac Amphione memorem? Quid, de art. am.

*Saxa, ferasq; lyra mouit Rhodopeius Orpheus*  
Et Horat.

B *Dictus & Amphion Thebana conditor vrbis*  
*Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda.*

Sed quid hæc sibi volunt? Horatius idem exposuit.

*Syluestres homines sacer, interpretæque deorum,*  
*Cædibus, & victu sædo deterruit Orpheus:*

*Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosque leones.*

*Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atq;*  
*Carminibus venit, &c.*

Res itaq; cœlestis ac omninò diuina est musica, atque cantus, quanuis iam olim ab initio, & nostra potissimum tempestate ijs homines, sicut & alijs rebus honestis abusi sunt in prauos, ac inhonestos vsus. Quod iure deplorabat Luylius noster Legion. lib. 1. de Nominibus Christi. Nomine, Monte.

Tertium quod probaturum me fidem dedi, est quòd in hoc vniuersitati: teatro rerum carmina, & consonantissimam musicam fecerit Deus D. August. lib. 11. de ciuit. cap. 8. sic pulcherrimè loquitur: Ordinem sæculorum tanquam pulcherrimum carmen ex quibusdã quasi

V.  
Quod musi-  
ca, & carmi-  
na non uer-  
borum, sed  
rerũ sint in  
hoc mũdo in-  
sibili.

antithetis honestauit Deus. Et mox: sicut contraria contrarijs opposita, sermonis pulchritudinem reddunt, ita quadam non verborum, sed rerum eloquentia contrariorum oppositione sæculi pulchritudo cõponitur. Hæc ille. Sed bone lector, non miraris ingenium huius Diui? Appellauit mundum istum carmen quoddam, vel epigramma, vn foneto, in quo vice vocabulorum sunt res: & vice antithetorum, idest nominum contrapositorum, quibus elegãtiora solent metra fieri, est iugis rerum pugna, & oppositio, nam, vt ille dixit,

*Corpore in vno*

*Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,  
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.*

Sunt itaq; carmina rerum in hoc mundo elegantissima: nam omnigena contrariorum varietas, & discordia diuino æterni opificis ingenio disposita, & suis numeris absoluta reddit concordissimam, ac suauissimam musicam oculis, sicut auribus musicam reddit altera vocabulorum varietas, & sonorum discordia bene temperata. Adijce his quæ Quintil. lib. 1. c. 16. ait, Pythagoræ, & omnium sequacium fuisse sententiam, Mundum musicæ ratione esse compositum, & eum deinde Lyram fuisse imitatum. Quæ autem sit hæc rerum Musica, quæ rerum antitheta, quis ordo, quod carmen, quæ demum vniuersi pulchritudo, qui oculis hætenus non cõspexit, percipiat auribus, vt in Senecæ lib. de Consol. ad Martiam. c. 18. elegantissimè, & ingeniofissimè continetur. Parcat autem, si velit lector, moris hęc, nam ego impetrare à me nequaquam potui, quin aurea hæc ex Seneca verba transcriberem.

Putat, inquit, O Martia, nascenti me tibi venire in cõsiliu.

- A liam. Intratura es urbem Dijs hominibusq; communè, omnia complexam, certis legibus, æternitq; deuinctam. Videbis illic innumerabiles stellas, miraberis vno sydere omnia impleri, solem quotidiano cursu, diei noctisq; spatia signantem: annum, ætatem, hyemem æqualiter diuidentem. Videbis nocturnam lunæ successionem à frateris occurribus lene, remissumq; lumen mutuantem, & modò occultam, modò toto ore terris imminentem, accessionibus damnisq; mutabilem, semper proximè dissimilem. Miraberis coniecta nubila, & cadentes aquas, & obliqua flumina, & cœli fragorem. Cum satiatus spectaculo superiorum in terram oculos deieceris, excipiet te alia forma rerū, aliterq; mirabilis. Hinc camporū in infinitū patentiu fusa planities: hinc montiu magnis, & mirabilibus surgentiū iugis erecti in sublime vertices: deiectus fluminū, & ex vno fonte in Orientē, Occidētemq; diffusi omnes, & summis cacuminibus nemora nutantia, & cãtū syluarū cū suis animalibus, auisq; concentu dissono. Varij vrbium situs, & seclusæ nationes locorum difficultate, &c. & mox: Quid lapidū, gemarumq; fulgor? Et inter rapidorū torrentium arenas aurum interfluens. Et in medijs terris, medioq; rursus mari nitentis ignium faces.
- C His similia sunt quæ D. Aug. conscripsit de Vera religione. c. 29. Non frustra, & inaniter intueri oportet pulchritudinem cœli, ordinem siderum, candorem lucis, dierum & noctium vicissitudines, lunæ menstruæ curricula, anni quadrifariam temperationem quadripartitis elementis congruentem: tantam vim seminum, species numerosque gignentium: & omnig. in suo genere modum proprium naturamque seruantia, &c. Rursus Tertulli. libro. 1. aduersus Martionem, ante medium, ponderat tam pulchrum esse ordinem vniuersi, tam appo-

*Vniuersi pulcherrima fabrica describitur ex Seneca.*

*Aug. etiã de mundi pulchritudine verba.*

*Lyra imitatur mudi cõcentum, & musicam.*



appositum & apprimè fabricatum, vt Philosophi eius A  
 magnitudinem, vim, potestatem, honorè, decorem, opè,  
 fidem, legem elementorum considerantes, formidaue-  
 rint initio, ac sine mundum constare, dicere. Plinius etiã  
 lib. 2. c. 1. numen esse dixit Mundum, neq; genitum, neq;  
 interiturum vnquam. Et vterq;, scilicet, Plinius, & Ter-  
 tulianus norauerunt, Græcè, Cosmon, & Latine Mun-  
 dum, ab ornatu & munditie dictum esse. Et D. Isidorus  
 lib. 13. Etymolog. c. 1.

Mundus à mū-  
 ditie ex or-  
 natu dicitur.

Quis igitur hæc attentè meditatus, non terq; quaterq;  
 elegans illud Augustini dictum repetat: Ordinem secu- B  
 lorum tanquam pulcherrimum carmen, ex quibusdam  
 quasi antitheis honestauit Deus. Et, Non rerum, sed ver-  
 borum eloquentia seculi pulchritudo componitur. Et ne  
 nihil ex sacris Theſauris depromamus, planè Vates re-  
 gius hanc ordinatissimam Vniuersi musicam, & elegan-  
 tissimum rerum carmen elegãtissimis ipse descripsit car-  
 minibus, Cœli enarrant, &c. Vsq; ibi, In omnem terrã  
 exiuit sonus eorum, vel, vt habent Hebraica, Exiuit li-  
 nea eorum, amussis eorum. Hoc est, eorum musica tam  
 ad regulam & amussim concinnata, vt nihil exactius in-  
 uestigari queat. Quod vt magis constet, obseruemus, si C  
 placet, id quod ex officina Pythagorica, Censorinum, Pli-  
 nium, & Eratosthenem hausisse Georgius Venerus in  
 problematibus referebat, quod à terra vsque ad orbem  
 signorum sit harmonia diapasonica perfecta. A terra vsq;  
 ad Lunam, tonum: à Luna vsq; ad Mercurium, semito-  
 nium, à Mercurio ad Venerem, tantundem: à Venere ad  
 Solem, tonum & dimidium, &c. Vides diuini huius tem-  
 pli mundani musicam? Totius naturæ concordiam? Nõ  
 ne ergo pulcherrimum carmen & epigramma, iure opti-  
 mo Augustinus nuncupat mundum? Meritò Magill<sup>et</sup>  
 nost

Psal. 18.

Harmonia  
 diapasonica  
 perfecta con-  
 stat mundus.

A noster Luysius Legionensis in. c. 2. Canti. obseruauit to-  
 tum poësis studium in imitanda natura versari.

P Oltremò omnium, quod de cœlorum vero sonitu, ac  
 vera musica antiqui senserunt, adducere non graua-  
 bor, si ea lector legere non grauabitur. Pythagoras, Plato,  
 Tullius, Plinius, Macrobius, Proculus, Chalcidius, & in-  
 numeri alij, etiam sancti patres, cœlos verum ac dulcissi-  
 mum sonum edere falsi sunt: quanuis non propriè cane-  
 re: nam solus homo propriè canit, sicut solus propriè lo-  
 quitur, vt dicit S. Tho. in. 2. dist. 8. q. vni. ar. 4.

V I.  
 Celi suis mo-  
 tibus sonum,  
 ac cantū sua  
 uissimū red-  
 dunt: tracta-  
 tur latissia  
 me.

Principiò, quod verum sonum & cantum edant cœli,  
 B ex Virgilio in illo versu,

*Tacita per amica silentia lunæ,*

deducit Seruius. Nam putat appellari lunam tacitam,  
 eò quod præ sono cæterorum planetarum, ipsa tacere vi-  
 deatur. Vnde dicuntur silentia tacētis lunæ. Verum hoc  
 leue fundamentum esse ad astruendam cœlorum musi-  
 cam, eleganter & eruditè ostendit Angelus Politianus,  
 in Miscellaneis. c. 100. vbi cõtra Seruium docet, appellari  
 silentem & tacitam lunam, ibi apud Virgilium, quasi nõ  
 lucentem, vt latere insidiæ Græcorum magis possent.

Silentia ta-  
 centis lunæ  
 apud Virgil.

C Et ideo dixit, Amica silentia lunæ, quasi amicam, ac pro-  
 piciam se luna ostenderet Græcis, subtrahendo propriam  
 lucem, vt sic commodiùs Troiam inuaderent, ac licen-  
 tiùs diriperent.

Ad rein: Tullius in Somn. Scip. dulcissimum cœlorum  
 cantum aure percipiens, & animo meditatus, sic ait: Quis  
 est qui complet aures meas, tantus & tam dulcis sonus?  
 Hic est ille qui interuallis coniunctus imparibus, sed ta-  
 men pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipso-  
 rum orbium efficitur, & acuta cum grauibus temperans,

Verba Tul-  
 lij de sono, ac  
 cantu cœlo-  
 rum.

K K      varios

varios æqualiter concentus efficit. Et inferius: **Quam** ob causam summus ille cœli stellifer cursus, cuius conuersio est concitator acuto excitatur, & mouetur sono. Hęc Tullius. **Quæ** Macrobius lib. 2. in Somnium Scipionis. c. 1. sic commentatur, & Pythagoram, ac Platonem in eandem inducit sententiam. Ergo ait: Ex ipso circūductu orbium sonum nasci necesse est: quia percussus aer ipso interuentu ictus, vim de se fragoris emittit: ipsa cogente natura, vt in sonum desinat duorum corporum violenta collisio. Et statim: Ex his inexpugnabili ratione collectū est, musicos sonos de spherarum cœlestium conuersione procedere: quia & sonum ex motu fieri necessum est, & ratio quæ diuinis inest, fit sono causa modulaminis. Hoc Pythagoras primus omnium Græciæ gentis hominum, mente concepit & intellexit, compositum quiddam de spheris sonare, propter necessitatem rationis, quæ à celestibus non recedit. Hęc ille. **Quod** ex iisdē philosophis c. sequenti probat & explicat. Et. c. 3. sic exorditur: Hinc Plato in Republica sua, cum de spherarum cœlestium volubilitate tractaret, singulas ait Syrenas singulis orbibus insidere. Significans spherarum motu cantum numi nibus exhiberi: nam Syren, Deo canens, Græco intellectu, valet. Et mox: Ideo canere cœlum etiam Theologi comprobantes, sonos musicos sacrificijs adhibuerūt, &c. Hęc ibi, & alia quæ gratia breuitatis prætereo. Et quod cuiq; cœlorum vna Syren insit, retulit Georgius Venerus to. 5. problem. sect. 5. num. 321. ex Plat. de Repub. Proculo in Cratylo, & in Repub. Chalcidio in Timæo. Huc spectat Hemistichium Angeli Poli.]

*Sua cuique innoxia Syren.*

Plinius ad idem.

Plinius lib. 2. cap. 3. idem sic: An dulci quidem & incredibili

**A** dibili suauitate concentus, nobis qui intus agimus, iuxta diebus noctibusque tacitus labitur mundus? Ludou. Cœlius. Rhodig. lib. 5. c. 25. sic ait: Quo pacto fiat vt tãtorum orbium rotata vertigo, tacito silentique feratur ambitu, etiam si nobis minus audientibus miranda sonorum transeat iucunditas? Hanc Plato asseruit: hunc confectionati omnes approbarunt: nec Boethio displicuit.

Sed nostros consulamus doctores. Philo Iudæus disertissimus (quanuis Philonem an nostris, an exteris Doctoribus annumerem, non satis scio.) Ergo lib. de Somnijs, sic ait, & sunt verba notatu dignissima: Cœlum perpetuo

**B** concentu suorum motuum reddit harmoniam suauissimam: quæ si posset ad nostras aures peruenire, in nobis excitaret impotentes amores, & insanum desiderium: quo stimulatū rerum ad victum necessariorum obliuisceremur, non pasti cibo, potuq; per fauces demisso, sed que madmodum immortalitatis candidati, diuinis consummatae musicæ cantibus, quales cum Moses extra corpus raptus audiuisset, fertur quadraginta dies, toridemq; noctes nec panem, nec aquam gustasse. Et quod sequitur diuinè: Itaq; cœlū instrumentum musicę archetypum, vt detur mihi non propter alia elaboratum, quàm vt rerum

**C** Parenti hymnicè decantarentur, & musicè. Hęc Philo. Consonat D. Amb. in præfatione super psalmos sic dicēs: Laudant Angeli dominū, psallunt ei Potestates cœlorū, Ipsum quoq; axē cœli fert expressior sermo, cū quadam perpetui concentus suauitate versari, vt sonus eius extremis terrarum partibus audiretur, vbi sunt quędam secreta nature: nec id ab vsu nature videtur alienū. Hęc Amb. Anitius etiā Seuerinus Boethius, de musica lib. 1. c. 2. sic ait: Qui fieri potest vt tam velox cœli machina tacito silē

Philo Iudæus idē elegantissimè.

Cœlū instrumentum quo Deo canitur

D. Ambr. est eiusdē sent.

Boethius quoque.

Et D. Isid.

tioq; cursu moueatur, & si ad nostras aures sonus ille nõ peruenit? Et alia ibidem. D. Isidorus lib. 3. Etym. c. 16. sic ait: Ipse mundus quadam harmonia sonorum fertur esse dispositus, & cœlum ipsum sub harmoniæ modulatione reuolui. Sed & quidam Licentius quem refert Syxtus, lib. 5. Biblioth. annot. 105. de Deo loquens, hoc ipsum eleganter cecinit dicens:

*Aptauit numeros cœlis, iussitque sonoros  
Exercere modos, parilesq; agitare choræas.*

Et D. Ansel.

Cur non au-  
diamus so-  
nos calorū.

Anselmus lib. 1. de Imagine mundi, sic ait: Septem cœlorum orbis cum dulcissima harmonia voluuntur, ac suauiissimi concentus eorum circuitione efficiuntur. Qui sonus ideò ad aures nostras non peruenit, quia ultra aerem fit, & eius magnitudo nostrum angustum auditum excedit. Hæc Anselmus. De his multa passim in problematibus Francisci Georgij Veneti Minorite videre licuit, quã diu per sanctum Inquisitorum tribunal licebat ea legere. Sed vice huius libri, relictus est nobis alter eiusdem, de Harmonia Mûdi: vbi multa ad totam hoc propositum doctissimè tractat. D. Epiphanius lib. 1. Panarij hanc doctrinam videtur rejicere eandem Basil. homil. 2. Exaameron. Sed & omnes Peripaterici eam irident, & suggillant, vt Georg. Venetus refert. Cuius etiam meminit Héricus quod lib. 7. q. 7. Sed quoniam alio tendimus videatur S. Thom. super Iob. c. 38. & super Dionysium de diuino. cap. 4. lect. 2. & lib. 2. de cœlo lect. 14. & lib. 2. de Anima, lect. etiam. 14.

Mundus iste  
est templum  
Dei, ideò de-  
buit musicis  
instrumētis  
non carere.

Ratio autem congruentissima ad asserendam hanc cœlorum melodiam, est, quòd mundus iste ab antiquis appellatum est templum Dei, videlicet à Tullio in Somn. Scip. à Seneca, & Cœlio lib. 1. c. 22. Philone, lib. de Somnijs,

pag.

A pag. 510. & lib. 2. de Monarchia, primis verbis: & à Macrobio super ipsum Somnium lib. 1. cap. 14. Ex quo ipse deducit quotquot in templo hoc viuimus sanctè victuros, nõ ait: fiat quisquis in vsum tēpli huius inducitur, ritu sibi uendum sacerdotis. Vnde quæ vitæ puritas, & sanctitas in sacerdote requiritur ingressuro templum ad immolandū ea in quouis homine, qui in hunc mundum venit, necessaria est. Cum ergo mundus iste sit templum Dei: de decet autem templa & ecclesias Diuorum sine organis & cantoribus esse, idcirco in hoc vniuersitatis templo, cœlorum sonum & harmoniam vice organorum, & cantorum à Deo fuisse adinuentam, voluerunt antiqui, vt sic verum sit cœlos enarrare gloriam Dei, & vniuersum habere scientiam vocis, id est, vocem, ac sonum scientissimum: vt habent Scripturæ.

Fecimus hætenus quod facturos polliciti sumus. Vt autem post tot circuitus ad nostram hypothesim regrediamur, dico decentissimum fuisse, vt librum aliquem, siue Theaurum poematum haberet Ecclesia ad Deum collaudandum, ad spiritum hominum commouendum & eleuandum, vt & per carmen, & sine carmine (vt verbis vtar Philonis lib. de Plantatione Noe, pag. 204.) vtraque tam prorsã quam vorsa oratione mundi opificem veneremur.

PRobemusiam Dauidem carmine suos composuisse psalmos. Prima probatio nititur sacræ scripturæ. 2. Paralipo. 7. sic dicitur: Sacerdotes stabant in officijs suis, & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid Rex, hymnos Dauid canentes per manus suas. Et. 1. Esdræ. 3. idem dicitur. & 2. Reg. 23. elegans locus sic habet: Hæc sunt verba nouissima, quæ dixit Dauid filius Isai, egregius psaltes in Israel. Et Ecclesiast. 47. de Dauide sic dicitur:

Huius tēpli  
mundani sa-  
cerdos est  
qui uis homo.

Psalm. 18.  
Sap. 1.

VII.

Prima probatio ex scri-  
ptura quòd  
Dauid car-  
mine Psal-  
mos fecerit.  
2. Par. 7.  
1. Esd. 3.  
2. Reg. 23.  
Ecc. 47.

KK 3

dicitur:

dicitur: Stare fecit cantores contra altare, & in sono eorū A  
dulces fecit modos. Sunt qui existiment, quoties in scri-  
ptura de carminibus fit mentio, de psalmis Dauidis in-  
telligi, vt Ecclesiast. 4. 4. Laudemus viros gloriosos, &c.  
& in pueritia sua narrantes carmina scripturarum. In pue-  
ritia enim sua videtur ibi legendum esse, non peritia, quā  
uis vox Græca, quæ ibi habetur vtrunq; significet.  
Amavit autem ab incunabulis & à pueritia sanctus Da-  
uid musicam piā (verba sunt Augustini epistola. 131. ad  
finem) & in ea studia nos magis ipse, quā ullus alius  
author accendit.

Eccle. 44.

VIII. **S**ecunda probatio desumitur ex concordia totius Ecclē B  
siæ, & Patrum voce, asserentium, Dauidem diuinum  
poetam, & eius psalmos carmina esse. Vnde in hymno  
de passione Domini, cuius author est Venantius poeta  
Christianus, sic dicitur.

Omnes pa-  
tres Ecclē-  
siæ idem de  
Dauidē sen-  
tiunt.

*Impleta sunt quæ concinit*

*Dauid fidelis carmine*

Et Sedulius in suo Paschali opere, sic ait:

*Curego Davidicis assuetus cantibus, &c.*

B. Hierony. in prologo Bibliorum ad Paulinum, de Da-  
uide sic loquitur: Dauid Simonides noster, Pindarus, & C  
Alcæus, Flaccus quoq; Catullus, atq; Serenus Christum  
lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis exci-  
tat resurgentem. Idem habet in Præfatione super libros  
Regum, & in proœmio super Iob, & in Epist. ad Paulam  
Vrbicam. D. Ambros. præfatione in psalmos, de Dauidē  
carminum præcentore sacro, simul & de Moyse duorum  
carminum compositore, diuina loquitur. De iisdem duo-  
bus Euseb. lib. 11. de præpar. Euang. c. 3. dicit, eorum carmi-  
na esse hexametra, siue trimetra, siue tetrametra: & quæ  
ad di-

A ad dictionem pertinent, elegantissima, grauiſſima, & io-  
cundissima esse: quæ verò ad sensum, nulli hominum  
scripturæ comparanda, ita ille. D. Aug. lib. 17. de ciui. c. 14.  
& Epist. 131. ad fin. omnino videatur: mirè effert carmina  
Dauidis, cauſaq; quæ ipsum ad condenda carmina pepu-  
lerunt tractat. His adijce D. Athan. in Synopsi de Dauidē  
præclare loquētē. Nec hoc præterijt. D. Isid. lib. 6. Etym.  
c. 2. Et Ioseph. lib. 6. Antiq. c. 9. ab illo. Factū est vt Dauid,  
&c. vsq; ad, Voce ac fidibus sacros hymnos caneret. Sed  
in alio eiusdem Iosephi testimonio Syncopen nequa-  
quam faciam, sed extensum referam. Sic ergo ait, libr. 7.  
B capit. 10. Dauid perfunctus iam bellis ac periculis, & in  
altissima pace degens, vario genere carminum Odas, &  
hymnos in honorem Dei composuit trimetro versu,  
partim pentametro, instrumentisq; musicis compara-  
tis, docuit Leuitas ad pulsum eorum laudes Dei decanta-  
re. Demum, idem hac in causa iudicium omnes habent.  
Sileri tamen minimè debeo id quod Cassiodorus, Pro-  
logi in Psalterium, capit. 15. aduertit. Id habetur. cap. le-  
gimus. 37. distinct. & in Catalogo gloriæ mundi, parte. **Ab Hebræis**  
10. confid. 45. Omnem modum poeticæ loquutionis **Græci poeti**  
sumpsisse à diuinis scripturis exordium, nempe à Da- **cen didice-**  
uide. Sicut omnem aliam literaturam ab Hebræis ad **runt.**  
C Græcos, & Latinos deriuatam, tradunt omnes. Nomi-  
natim Euseb. Cæsa. libro. 10. 11. & 12. de præpar. Euange.  
imo & literas ipsas Græcas ab Hebræis: & earum nomi-  
na, scilicet Alpha ab Aleph: Beta à Beth, Gamma, à Gui-  
mal, &c. deduci, tradit idem Euseb. libr. 10. cap. 2. & D.  
Isidor. lib. 3. etymolog. cap. 3. & ex recentioribus Letma-  
rius lib. 8. de instauranda relig. cap. 11. vbi dicit ante Tro-  
iam conditam, ante Argonautarum nauigationem,  
ante exordium Olympiadum, iam Moysē, iam  
De-

Deboram, iam matrem Samuelis, iam Dauidem carminis legis ad amussim obseruasse, metro suo carmina conscribentes. Et hinc multa mutasse profanos, testes sunt Iosephus, Iustinus, Origenes, Lactantius, Eusebius, quos ibi refert Letmatius. De quo etiam August. Eugub. lib. 1. c. 1. de Per. Philof.

## IX.

*Psalmi cõpo-  
siti sunt, ut  
canerentur cõ  
instrumentis  
& organis.*

*Psal. 4.  
Vox, In finẽ  
in Psalmo: ñ  
titulus, quid  
sit.*

*Abac. 3.*

*In titulis  
Psalorum m  
notantur in-  
strumenta, al  
que cantan-  
tes: et a psal-  
mus.*

**T**ertia probatio ex eo desumitur quòd, vt eos cum organis & instrumentis musicis decantarent, Psalmi cõpositi sunt. Id patet ex locis scripturæ, & Patrum relatis, maximè verò omnium ex ipsis psalmorem titulis, quorum plurimi voces quasdam habent, quæ ipsa instrumenta musica significant, ad quæ cantandus erat psalmus talis, verbi gratia, Psal. 4. titulus sic habet: In finem, in carminibus, psalmus Dauid. Vox, In finem, non vno modo sed varijs explicatur à doctoribus. D. Hieronym. vertit, Victori. Alij, Vincenti, vt Caiet. Victor autem hęc significat, vt Hebræi existimant, præfectum cantorum, el maestro de cõpilla. Erat enim in choro, Dauidis tempore, dux aliquis & magister, qui vrgebat cantores alios, cui & excellentior erat vox, & exactior rei musicæ peritia: huicq; dabat Dauid psalmos canendos ad instrumenta musica. De hoc victore, seu quod nunc vocamus, Chantre, à cantando: vel, Capiscol, quasi caput chori, sunt qui putent, scilicet, Bredembarchius, in titulo psalmi quarti, intelligendum illud Abac. 3. Et super excelsa mea deducet me Victor, in psalmis canentem. Victor, idest, Archimusicus, vel dux cantorum.

Quod verò sequitur in eiusdem psalmi titulo, In carminibus, multum nobis fauet. Nam ex Hebræis multi putant, vocem Hebraicam quæ ibi habetur, significare certum instrumentum musicum constitutum ad canendas res lætas, & triumphales. Vnde totus titulus qui apud nos

**A** nos sic habet: In finem, in carminibus, habent Hebræi Præfecto cantorum, ad instrumenta musica. Sic Vat. & Foelix, &c. Quod verò transtulit Hiero. loco, In finem, Victori, vel, Pro victoria, placet Lyrano, qui, Ad Victoriam in organis, dicit secundum Hebræos esse vertendum. Subiungit verò ex Rabbi Salomone, in expositione tituli psalmi quarti, cuius etiam meminit Titelma. in titulo, per hunc titulum significari conatum illum, quo se certatim cantores in cantando cum iubilo superare, ac vincere conabantur: omnes sic ex animo psallentes, vt quasi pro victoria contendere viderentur. Fauet Caiet. Negari itaq; non potest ad literam in sinuari, Psalmum ipsum carmen esse: atq; adeò tanquam carmen cantandum in Dei laudẽ, licet in sensu spiritali & altiori vox, In finem, Christum, qui finis est, & Ecclesię mysteria, quæ in fine seculorum gerenda erant, significet, vt bene Theodor. psal. 17. & omnes Patres. Sed nos, qui in scholis nunc agimus, solius literalis sensus in hoc opere rationem habemus.

Rursus, Psalm. 5. sic habet titulus ex Hebræo: Carmen Dauidis lyricum, præfecto cantorum. Vbi Vatab. Hebr. ad hannehiloth. Erat in signe aliquod instrumentum musicum. Cõmissus fuit igitur hic psalmus Dauidis præfecto citharædorum peritissimo, vt decantaretur ad hannehiloth. Sic etiam Lyranus. Et titulus psalmi. 6. Pro octaua, id est, intentissimo tono, & clarissima voce: nam octauus tonus intentissimus est. Hic psalmus datus fuit præfecto symphonicorum admodum insigni, decantandus ad neginoth, instrumentum musicum, videlicet, octochordiu. Vnde Chaldæus sic vertit: In laudem laudatorio, citharæque octo fidium. Et psalm. 9. Hebraicè habetur: Psalmus ad Muthlabbem, idest, ad

*Tituli psal-  
morum indi-  
cāt psalmos  
carmina es-  
se.  
Psal. 5.  
Psalms. 6.*

*Psalms. 9.*

L I modos

Psal. 21.

cuius initium erat Muth Labben. Et Psal. 21. titulus habet: Carmen Dauidis de cerua matutina, idest, canendus ad modum cantilenæ vulgaris, cuius initium erat, Ceruatutina. Sic Vatab. nam & D. Hiero. etiam vertit, Pro cerua matutina. Fœlix, Pro cerua auroræ. Quæ omnia apertè exprimunt psalmos ipsos carmina esse. Alioqui profas orationes ad instrumenta musica decantari, fateri debemus, quod panè insolitum est, & absurdum, apud omnes nationes. Et est sciendum quòd sicut inter poetas Comicos, Tragicoq; statim in titulis comœdiarũ signabatur instrumenti genus, videlicet, Tibijs paribus, vel imparibus, & apud Terentium, Acta ludis Megalensibus duabus tibijs: quod notabat Eugibinus in titulo Psalmi quarti, ita in Psalmorum titulis certa reperimus instrumenta, vt visum est.

Psal. 8.

Torcularia  
in titulo psal  
mi. 8.

Sed & Psalmi. 8. titulus præteriri non debet. Nam sic habet: In finem pro torcularibus. Rabbi Dauid putat, vocem Hebraicam quæ ibi habetur, scilicet, Githith, esse nomen instrumenti musici, ad quod canendus erat psalmus ille. Alij, esse nomen vrbs Philistinorum, quæ vocatur Geth: ita quòd in illa ciuitate fuerit à Dauid de-cantatus ille psalmus: seu quòd instrumentum ad quod erat canendus, ex vrbe illa esset abductum, vt apud Pindarum, Formæ Doria. Ita etiam Rabbi Salomon, vt in Lyrano hic. Addit & hic Caiet. eam ciuitatem habuisse formam torcularis, & etymologiam eius vocis à torculari sumi. Vnde. 70. & D. Hiero. verterunt hic, torcularia. Alij dicunt, ideò nuncupari hunc psalmũ, Githith, quòd traditus fuerit decantandus cuidam cantori filio Obededon Gethi. Alij esse cantilenam Gethensem, vt si Hispaniè diceremus, es tonada Portuguesa. Sunt qui dicant decantatum esse à Dauid hunc psalmum cum

**A** cum esset in torcularibus Philistinorum. Iacob. de Val. tractatu. 5. prologi, & Bredembachius dicunt, quòd iste psalmus dicatur esse pro torcularibus, hoc est, cantandus tempore torcularium, in festo Tabernaculorum, paulò post collectas fruges, & expressas vuas in torcularibus: de quo Leuitici. 23. Nec est incommodum in gratiarum actionem pro feracitate anni, & vbertate vin demiarum, hunc psalmum tempore torcularium cantari solitum, simul & psalmum. 80. & 83. qui eodem titulo sunt insigniti. Dummodò hæc in sensu mystico, altiora mysteria Christi & Ecclesiæ significant, quod ego non solum non damno, imò vehementissimè eos condemno, & obiurgo, qui cortice illo literæ nudæ contenti, & siliquis pasti, verum cibum, qui in spirituali sensu præstatur, abijciunt.

**B**

**Q**uarta etiã huius probatio deduci inde potest, quòd in psalmis frequentissimè ponitur vox, selah, seu Diapsalma, quæ nisi in odibus & metris inter cantandum, absurdissimè poneretur. Quid autem sit vox ista, Selah, solet multum negotij facessere doctoribus. Initio vox ista in codicibus Hebræis nunquam reperitur, vt bene Caieta. in Psalm. 3. nisi in Psalmis, septuaginta tribus vicibus, & in cantico Abacuch. cap. 3. semel. Inde redditur probabilis sententia communis Hebræorum, quòd sit vox ad metri cantum pertinens. Vnde quidam dicunt, per vocem illam significari mutationem metri. Alij, mutationem cantus. Alij, eleuationem vocis. Alij, pausæ, vel silentij interiectionem, seu pausationem Spiritus sancti. Alij, diuisionem sententiæ, idest, finem vnus, & exordium alterius. Alij, cuiusdam musicæ varietatis exordium. Atque ita fieri potest (vt bene Titel-

Leuit. 23.

X.

Vox Selah.  
73. vicibus  
in psalmis  
posita quid  
significet.

man. in titulo psalmi. 3.) vt omnes istæ significationes in vnum conglobatæ totalem & plenam huius particulæ vim exprimant. Deducitur autem vox Selah, à radice Saial, vt Pagninus, in Thesauro lingue sancte notabat, Verbo, Saal, & verbo Saial. Vbi ex Rab. Abrah. dicit, vocem Selah, non esse significatiuam, sed directiuam cantus, & deduci à verbo saial, quod significat exaltare, vel eleuare, vel exaggerare. Quo circa Vat. in maioribus tertij psalmi scholijs, sic ait: Olim solebant cantores, quoties hæc vox occurrebat, vocem intendere, & exclamare, ac si dicerent, O grauem calamitatem: videant eam, & perpendant omnes amici nostri. Caiet. super psalmum. 3. idem habet, & dicit, hanc vocem esse officiosam, idest, habere officium eleuandæ, & producendæ vocis. Adrianus Finus lib. 4. flagelli. c. 7. ex Rabbi Abenezra, dicit idem, & idem Bredemb. Iansen. Genebr. Ex quibus colligo, eleuationem cantus, & intermissionem cuiusdam silentij significari per hanc vocem, sicut si Hispanicè cantantes pausando tantillum, & eleuatius canendo, diceremus, hala, vel Ay, vel Ea, vel quid simile.

*Hiero. putat uocē selah esse significatiuam, sed uere nō est.* Hæc omnia irridet D. Hieron. nam putat, hanc vocem esse significatiuam, significareq; affeuerationem quandam quasi dicatur, Amen: vel, semper: vel, In sempiternum: vel, Ita est: vel, Proculdubio, &c. Ipsum sequitur Campen. in paraphrasi psalmorum. Et subdit Hierony. vbi de hoc loquitur, in Epistola ad Marcellam, quæ incipit: Quæ acceperis reddenda sunt. Tomo. 3. Hæc nos de intimo Hebræorum fonte libauimus, non opinionū riuulos persequentes, &c. Allegat pro se Origenem, & Aquilam. Quoniam tamen D. Hieron. hac in parte Thalmudistas sequutus est, vt. Valentin. & Genebrar. dicunt, non possumus ei assentiri. Vnde dicimus, hanc vocem

non

A non esse significatiuam, sed potius directiuam cantus, ad sensum dictum. Quo fit vt carmina sint Dauidici psalmi, quibus toties uocula præsens interponitur.

QVinta probatio inde petenda est, quod multi psalmi ordine alphabetico conscripti sunt. Qui scribendi stylus per literas alphabeti, ita vt vnusquisq; versus ab vna litera, suo ordine, incipiat, proprius est metrorum & carminum. Et quidem. D. Hilarius super psalm.

118. tres tantum psalmos dixit esse acrostichos, idest, ordine alphabeti compositos, videlicet psalmum. 110. & 111. & 118. D. Hieronym. in Epistola ad Paulam Urbicam, illis tribus addidit alium, videlicet. 144. fallique dicit eos qui plures existimant. Quod si verum est, ipse etiã deceptus videtur, nam in præfatione super lib. Reg. quæ incipit, Viginti duas literas. addidit & alium nempe. 36. sed tamen, veritas ipsa Hebraici psalterij certè præter illos quinque, habet etiam psalm. 24. 33. sed. 36. interpolato progreditur alphabeto. Quod obseruabat Caieta. super illos Psalmos. Tielm. Ianse. Genebr. & Syxtus Senen. libro. 1. suæ Bibliothecæ. verbo Psalterium. Hoc etiam alphabetario ordine conscripti sunt Threni Hieremiæ, & cap. 31. Prouerb. quæ appellatur, Metrope dia Lamuelis Regis. Ratio autem, quæ literalis esse videatur huius

C compositionis acrostichæ, ea est, vt traditur à Rabbi Dauid Chimhi, & à cæteris Hebræorum doctoribus, vt Sixtus & omnes aduertunt, sic: Hæc poetis Hebræis est consuetudo, vt carmina quibus illustria quædam argumenta tractantur, iuxta seriem alphabeti disponant, vt facilius memoriæ imprimantur, & impressa tenaciùs hæreant. Verum est quod D. Hieronym. & veteres alij, vt notabat Genebr. in Procemio Psalm. 118. nō sine magnis mysterijs, & Ecclesiæ sacramentis, hac literarum serie

XI.  
Psalmi alphabeti ordine compositi, & cantati.

Septem sunt psalmi conscripti alphabetice.

Ratio compositionis acrostichæ.

digestos psalmos existimant. Vide Hieronym. in Epist. A illa ad Paulam Urbicam, quæ incipit, Nudiustertius. to. 3. Sed mea nunc non interest tropologias & anagogias, sed nudam literam persequi. In hymnis Ecclesiæ habemus exemplum: nam Presbyter Sedulius hymnum composuit alphabeticè, à litera A. incipiens, A solis ortus cardine. deinde B. Beatus author seculi. Et tertio, C. Castæ parentis viscera, &c. Cuius quidem hymni pars est ille qui canitur in die Epiphaniæ, Hostis Herodes impie. Et deinde. I. Ibant magi quam viderant, deinde L. Iuacra puri gurgitis, & sic proceditur vsq; ad, x. & z.

Quod in Psalmsacro stichis aliquando omititur aliqua litera. Sed præterire non possumus id quod ab alijs tangitur, B quid videlicet causæ fuerit, quòd in illis commemoratis septem psalmis, aliquando alphabeti ordo peruertitur. Nam in psalm. 24. duæ literæ amittuntur, scilicèt, Vau, & Quoph, à quibus nullus incipit versus. In psalm. 33. omittitur rursus, litera Vau. In psalm. 36. à qualibet litera Hebraica incipit duplex versus, & interdum triplex omittitur verò Hain: nam ab illa nullus incipit versus: & loco eius bis ponitur Zadic, vel Tsade. In psalmo verò. 144. deest litera Nun, atque adeò etiam in Hebraico codice desideratur versus ille, qui ab illa litera incepturus erat: quauis. 70. interpretes de suo C addiderint versum qui illi literæ correspondebat, scilicèt, Fidelis dominus in omnibus verbis suis. vt integrum facerent versuum numerum. Quid hic lateat mysterij, aliqui tetigerunt, plures omninò præterierunt. Bredembachius quantum attinet ad psalm. 24. & 33. & 36. fatetur ingenuè se ignorare. Vide ipsum & Genebrard. ibi versu. 31. Psalm. 36. & 144. Et Iansen. Psalm. 144.

Sexta

A Sexta probatio quòd psalmi sint vera carmina, sumitur XII. Sex eo quòd in psalmore volumine nulli non reperiuntur verè poeseos modi, tropi, schemata, metaphoræ, hyperboles, allusiones, prosopopæiæ, aposiopeses, apostrophes, epiphonemata, &c. & alia siue dictionis, siue sententiæ quàm plurima ornamenta Poetarum, & versuum propria. Præsertim verò quæ ad dictionem pertinent, sine rythmo, ac sine metro vix benefiunt. Cum ergo in Davidis psalmis tam bene, tam appositè & exactè fiant, dicendum psalmos ipsos esse vera carmina: nec solùm vera, sed & elegantissima. Ergo in psalmis multæ sunt B figuræ poeticæ. Primum epizeuxes, vt Psam. 136. Qui dicunt, exinanite, exinanite. Et illud, Qui dicit mihi, Euge, euge, Psalm. 36. Rex virtutum dilecti dilecti, Psal. 67. Qua similiter vtuntur poetæ, vt Virgil.

*Ipsa sonant arbuta Deus, Deus ille, Menalca.*

Et Anadiplofes, vt Psal. 121. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem: Hierusalem quæ ædificatur, &c. Et poeta, Anadiplofis. Psal. 121.

*Pierides, hæc vos facietis maxima Gallo,*

*Gallo, cuius amor tantus mihi crescit in horas.*

C Et,

*Sit Tytirus Orpheus:*

*Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.*

Anaphoræ  
& epanaphoræ.  
Psal. 28.

Et Anaphoræ, vel Epanaphoræ, vt psalm. 28. ferè per totum quo ab eadem voce sapius repetita sententiæ incipiunt: Afferte Domino filij Dei, Afferte Domino filios arietum, Afferte Domino gloriam, & honorem, Afferte Domino, &c. Et statim, Vox Domini in virtute, Vox Domini in magnificentia, Vox Domini confringentis cedros. Sic idem poeta,

Nate



*Nate, mea vires, mea magna potentia solus,*  
*Nate patris summi. &c.*

Et Epanaphora,

*Venit & vpilio, tardi venere bubulci,*  
*Vuidus hiberna venit de glande Menalca.*

*Tibi venit Apollo,*

*Venit & agresti capitis Syluanus honore,*  
*Pan Deus Arcadiæ venit, &c.*

Et.4. Georg.

*Te dulcis coniux, te solo in littore secum,*  
*Te, veniente die, te, decedente canebat.*

*Pfal. 135. Epistrophe.* Et Epistrophe, cuius est elegantissimum exemplum in *Pfal. 135.* Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius: Confitemini Domino Dominorum, quoniam in æternū misericordia eius. Quæ repetitio, nisi in carmine & metro, omninò esset intolerabilis. Sic in Martial. lib.2.

*Capto tuā, pudet heu, sed capto, Maxime, cenā:*

*Tu captas alias, iam sumus ergo pares.*

*Manè salutatum venio, tu diceris isse*

*Ante salutatum, iam sumus ergo pares.*

*Sū comes ipse tuus, tumidiq; ante ambulo Regis:*

*Tu comes alterius, iam sumus ergo pares:*

*Versus intercalaris.* Et interpositio versus intercalaris, ad quod orationis genus, nisi ad metricum, pertinet? Vt *Pfal. 105.* Confiteantur Dño misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Et, Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur. Qui sexies in illo psalmo repetuntur. Et *psal.* Conuertentur

*A* tentur ad vesperam, & famē patientur vt canes, &c. bis reperitur. Et *Pfal. 117.* Confitebor tibi quoniam exaudivisti me, & factus es mihi in salutem, sæpius iteratur. & *Pfal. 23.* Attollite portas, &c. bis etiam repetitur versus. Vt sexies in Virgilio, in Pharmaceutria.

*Incipe Menalios mecum, mea tibia, versus, &c.*

Et, *Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim*

Et illud.

*Voluite maiores, vaga flumina, voluite cursus.*

*B* Et demum familiarissimus est tropus iste & Daudi, & vatibus profanis. Et Apophosis, vt *Pfal. 6.* Sed tu Domine, vsq; quo? Est reticentia, vt illud,

*Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.*

Et Terentius.

*Ego ne illum? quæ illum? quæ me? quæ non?*

Et Epiphonema, seu Acclamatio, vt *Pfal. 86.* Sicut lætantium omnium, &c. Et *Pfal. 83.* Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. Et poeta:

*Tanta molis erat Romanam condere gentem.*

Et *Improbe amor, quid nō mortalia pectora cogis?*

*C* Et Apostrophe, seu conuersio ad diuersam personam, vt *Pfal. 136.* Filia Babylonis misera, &c. Et *psal. 113.* Quid est tibi mare, quod fugisti? &c. Et poeta:

*Troiaq; nunc staret, Priamiq; arx alta maneres.*

Et Prosopopæiæ frequentissimè, *Pfal. 118.* Cœli enarrant gloriam Dei. Et *Pfal. 94.* Flumina plaudent manu, &c. Et Poeta.

*Menalus argutumq; nemus, pinosq; loquenteis*  
*Semper habet, semper pastorum ille audit amores.*

M m Demum

**Pfal. 8. 102. 103.** Demum reuersio ad primum initij versum, ita vt extre-  
mus versus & primus psalmi sit idē, argumento est psal-  
mum metrum esse. Vt Psal. 8. Domine dominus noster,  
quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Epi-  
logus est qui fuit proœmiū. Et psal. 102. & 103. idem. Sic  
Homerus in hymnis suis, & Theocritus vt videbis in Eu-  
gubino Psal. 8. in fine. Quæ non sine mysterio facta, ar-  
bitratur Euthymius. Nam sicut Christus, de quo in illo  
Psalmo. 8. erat sermo, tanquam per circulum, illuc vnde  
venerat per incarnationem, reuersus est per ascensionē:  
ita psalmus tanquàm in orbe recurrens, in hoc ipsum de-  
finit vnde sumpsit initium. Hanc ob causam per Mem-  
clausam, & quæ in orbem reducta, principio caret & fi-  
ne, significatur Christi regnum perpetuum, contra to-  
tam naturam illius elementi Hebraici, quod apertum  
aliàs semper esse solet in initio & medio dictionis. Vide  
Isa. c. 9. in verbo Multiplicabitur. Sed de hac probatione  
fatis superq; dictum est.

XIII.  
Dauid Poe-  
ta Tragicus,  
Comicus, Sa-  
tyricus He-  
roicus, Ele-  
giacus, &c.

**P**ostrema probatio fit quòd Dauidem Lyricum, Tra-  
gicum, Comicum, Satyricum, Heroicum, Drama-  
ticum, Epithalamicum, Elegiacumq; poetam contem-  
plarilicet, cū Iacobo de Valentia Tractatu. 1. Prologi in  
psalmos. c. 3. Aug. Eugubi. præfatione in psalmos, Euthy-  
mio in eadem præfatione, & Georg. Edero suæ œco-  
nomiæ, vel Partitionum Theologicarum lib. 2. p. 3. Ta-  
bula. 105. vsq; ad. 115. vbi multa coaceruat ex patribus ad  
hoc propositū. Iuxta exigētiam enim materiæ, iā canit  
heroicè regnū Christi, & eius victorias, & sanctæ Ecclē-  
siæ progressus & gloriam. Aut secundò canit tragicè, seu  
potius deflet casum Adæ, & humanæ conditionis mise-  
riam, & Christi innocētissimi agni atrocissimā mortem.  
Aut tertio satyricè inuehitur in corruptissimos sui seculi  
mores.

**A** mores. Aut quartò elegiacè epithalamiū Christi & Ec-  
clesiæ personat. Quintò suorum maiorum, & antiquarū  
rerum memoriam fuscitat, heroicè etiam decantando.  
Et demum diuinas laudes inonat, omnesq; mortales ad  
eas inuitat, & excitat. Et etiam paræneticè monet, & bo-  
nis imbuit moribus. Introdicit interdū veluti in comœ-  
diam diuersas personas: iam Adam cum tota sua poste-  
ritate, suam desentē fortem: iam Christum de suis per-  
secutoribus conquerentem. Iam Ecclesiam sanctam cir-  
cumquaq; ab hostibus cōcussam, cœlestem implorantē  
opem. Iam hostes ipsos seipfos ad flagitia cohortantes. Iā  
Deum eorum scelera vindicantem. Iam Christū de ho-  
stibus, gloriosè triumphantem, &c. Iam loquitur au-  
thor solus, vt facit Virgilius in Georg. Iam more dam-  
matico, vt interdum in Eclogis, solæ loquuntur per-  
sonæ quæ introducuntur. Iam mixtim, & poeta, & inter  
loquentes dicunt, vt aliquādo in Eclogis, & in AEnei-  
de. Quæ tria genera enumerauit Diuus Isidor. lib. 8.  
etymolog. cap. 7. in fine. Iam soliloquia quibus ani-  
mam suam alloquebatur & solabatur tacitus, quibus-  
que Deum mente precabatur, cōponebat, &c. Atq; aded  
nullum poematū & metrorum genus excogitari potuit  
vnquam, in quo vates noster, cœlestisq; Poeta Dauid nō  
esset diligentissimè versatus.

**C** Num superest, scilicet, examinare, quo carminis ge-  
nere hæc Dauidis carmina seu psalmi cōscripta sunt:  
Hierony. ad Paulam Urbicam, in Epist. quæ incipit. Nu-  
dius tertius, tomo. 3. quosdam psalmos dicit, trimetro iam  
bico constare, alios tetrametro iambico. Et duo prima al-  
phabeta Threnorum Hieremiæ quasi sapphico metro,  
inquit, scripta sunt. Tertium alphabetum trimetro scri-  
ptum est, &c. Et in Præfatione libri Iob, ait à tertio capite

XIII.  
Quo carmi-  
nis genere  
Psalmi cō-  
scripti sint.

Iob, vsq; ad. 41. ait, Hexametros versus esse dactylo, spon-  
deoque; currentes. Et super Psalmum. 118. initio, sic ait:  
Refert Iosephus, hunc Psalmum, & Deuteronomij can-  
ticum vno metro esse compositum: & putat Elegiacum  
metrum in utroque; posse deprehendi: quod, scilicet, prior  
versus sex pedibus constet, inferior vno minus in penta-  
metrum finiatur, Hec ille. Rursus Iosephus lib. 7. antiqui-  
tatum. c. 10. ait (vt supra referebamus) trimetro versu, &  
partim pentametro compositos esse psalmos Diuidis.  
Præterea Eusebius ille doctissimus Pamphili, ob artissi-  
mā cum Pamphilo necessitudinē, sic cognominatus, &  
Cæsariensis Episcopus, lib. 11. de præp. Euang. c. 3. sic ait:  
Sunt etiā apud eos (Iudeos) artificiosissima carmina, vt  
Moyfi cantus ille magnus, & 118. Psalmus, heroico me-  
tro, quod hexametrum dicitur, componuntur. Sunt alia quo-  
que; trimetra & tetrametra: sed quæ ad dictionem pertinet  
elegantissimè, grauissimè, iocundissimèque; composita  
sunt. Quæ vero ad sensum, nulli hominum scripturæ cõ-  
paranda. Hæc ille. Et deinde lib. 12. c. 15. de Davidis odis  
mentionem etiam facit. Rursus D. Isido. in præclaro illo  
suarum Etymologiarum volumine, lib. 6. c. 2. sic ait.  
Omnes autem Psalmi apud Hebræos, metrico carmi-  
ne cõstāt esse compositi. Nam in more Romani Flacci,  
& Græci Pindari, nunc alij iambo currunt, nunc elegia-  
co personant, nunc sapphico nitent, trimetro vel tetra-  
metro pede incedentes. Et hæc sunt quæ apud Hiero. Iose-  
phum, Euseb. Isidorumque; omnigena literatura præstan-  
tes reperire potui, nā recentiorum doctorum in re hac ve-  
tustissima, rationem habendam non esse putavi.

Veruntamen in explicandis his trimetris, hexametris,  
sapphicisque versibus non possumus à dictis recentio-  
rum omnino abstinere. Principiò solebat plurimum  
mihi

Eugubini de  
modo, ac ge-  
nere carmi-  
num quibus  
Psalmi con-  
stant, senten-  
tia.

**A** mihi placere quod Aug. Eug. omnium linguarum pe-  
rissimus, in Præfatione ad suam psalmorum enarra-  
tionem, dicebat sic: Carmen Hebraicum non idem est  
atque; Græcorum, Latinorumque; vt neque; Italicum, siue He-  
truscum idem atque; Latinum. Ac potius cum Italico, quā  
Latino similitudinem habet Hebraicum. Latinum ad  
imitationem Græci tempora syllabarum obseruat: He-  
braicum nulla tempora, sed numerum duntaxat, atque; si-  
militudinem cadentium syllabarum. Vt non est in Ita-  
lico carmine Spondæus, Trochæus, Dactylus, sed nume-  
ratio tantum syllabarum & obseruatio, vt similiter desi-  
nant. Simile quoddam sequitur Hebraicum. Quare cum  
**B** Hieronymus scribit, aut Iob, aut Psalmos dactylo spon-  
deoque; decurrere: & cum in præfatione, de Iob dicit: ver-  
su labitur: Quæque; Augusti. cum cæteris de carminibus  
Hebræorum testantur, noris non hos ipsos præcisè pe-  
des, nostrumque; carmen ab eis, sed simile quiddam delig-  
nari. Itaque; neque; Heroicum carmen apud Hebræos extat,  
neque; Iambicum, aliaque; genera: sed simile quiddam, & qua-  
le Barbari diuersis ritibus canunt: Psalmi, Iob, libri Salo-  
monis, & Prophetarum rationem carminis præferunt,  
sed neque; Latini, neque; Græci: numerosum quiddam, & ab  
**C** oratione soluta parumper recedens, sermonis genere, si-  
gurisque; poeticis, verbisque; minus vsitatis obscuriores. Hæc  
ibi. Est verò perpetuus in hac sententia Eugubinus. Nam  
& in Præfatione Enarrationum in Iob, sic loquitur: Iob  
à principio vsque; ad illum locum, Pereat dies, in qua natus  
sum, simplex est historia: deinceps est veluti carmen, si-  
militerque; Psalmorum, & Prophetarum, librorumque; Salo-  
monis oratio. Hieronymo autem ab illo loco totum, ex-  
cepta extrema historia, librum pedibus spondeo & da-  
ctylo decurrere, scribente, intelligendum est non pro-

Eug. putat  
Psalmos non  
magis esse  
metra quam  
libri Salomo-  
nis & Pro-  
phetarum sint.

sus his pedibus, & eo syllabarum numero, sed quasi simili: Cum apud Hebræos minimè, vt apud Græcos, & Latinos tempora syllabarum numerentur, neq; familia carmina habeantur: sicut non sunt apud Latinos rythmici Etrusci. Hæc Eugubinus in illis locis.

*Refutatur Eugubinus ex Hieronymo, Iosepho, Eusebio, & Isid. iã citatis.*

*Quis fuerit Iosephus.*

*Hieronymus quam doctus Hebraicè fuerit.*

*Eusebins Hebraicè doctissimus.*

Cæterùm cum D. Hiero. Eusebiusq; & Iosephus Eugubino longè peritiores linguæ Hebraicæ fuerint: nam Iosephum quis nesciat natione Hebræum fuisse, patria Hierosolymitanum, genere sacerdotem, & ob ingenij excellentiam à senatu, & populo Romano multis affectum honoribus: & è lingua Hebraica in Græcam paraphrasticè vertisse, & explicasse omnes fermè veteris testamenti libros, vt eos Græcis & Gentilibus omnibus vulgaret, & propalaret: referente hæc omnia ipso Iosepho de se ipso, suarum Antiquitatum, lib. 20. c. vltimo, & in Vita quam de se ipso conscripsit: & Hieronymo, lib. de Viris Illustribus. Ipse verò D. Hieron. quod fuerit Hebraicè doctissimus, & Syriacæ, atq; Chaldaicæ linguæ æquè atq; Dalmaticæ siue maternæ sciētissimus, ignorat nemo: quodq; totum verus testamentum ex Hebraica veritate in Latinam linguam verterit. Quin tam expeditè & promptè Hebraica & Chaldaica tractauerit, vt trium dierum labore tres libros Salomonis Prouerbiã, scilicet, Ecclesiastè, & Cantica canitorum ex Hebræis Latinos fecerit. Et librum Tobiaë ex Hebræo in Latinum vnus diei opera verterit: vt tradit Syxtus Senen. lib. 4. Bibliothecæ, verbo Hieronymus Stridonens. Sed & Eusebium Cæsariensem linguæ etiam Hebraicæ fuisse callentissimum, testatur liber ille suus de locis Hebraicis, quem è Græco Latinum fecit D. Hiero. & tota illa Hebraicorum voluminum in linguam Græcam conuersio, cuius meminerunt Socrates lib. 1. histori. & Sozomenus lib. 2. Cum itaq; tres isti, Iosephus,

A phus, scilicet, Eusebius, atq; Hieronymus eruditissimi viri, si quos vnquã habuit antiquitas, apertè testentur psalmos Dauidis trimetro, tetrametro, pentametro, hexametro, Sapphico, & similibus versibus esse conscriptos, sanè istis annuendū, abnuendū verò Eugubino videtur nobis, alioqui eruditissimo, eò qnō magis existimat psalmos esse carmina, atq; sint oēs Salomonis, & Prophetarū libri.

Quã certius quamq; cōsideratius D. Aug. cū in hanc incidisset difficultatem, loquutus est, Epist. 131. quæ est ad Memorium, dicens. Quibus numeris consistant versus Dauidis, nō scripsi, quia nescio: neq; enim ex Hebræa lingua, quã ignoro, potuit etiã numeros interpretes exprimere: ne metri necessitate, ab interpretandæ veritate, ampliùs q̄ ratio sententiã sinebat, digredi cogeretur: certos tamè eos constare numeris, credo illis qui eã linguã probè callent. Amavit enim vir ille sanctus musicã piã, & in ea studia nos magis ipse, quàm vllus alius author accendit. Hæc Aug. Qui omni proculdubio faterur, vt patet, communè illa omniū linguã callentiū esse sententiã, metro cōstare Dauidicos psalmos: nec decuisse vt interpretes metricè eos verteret, propter leges metri, quæ fidelitatem versionis minimè paterentur. Quauis fuerunt qui Latinis versibus elegantissimis Dauidicos reddiderint Psalmos. Videlicet Matthæus Toscanus, B. Arias Mōtanus, M. Antonius Flaminius, Bucānanus & quidem alij. Et hæc quidem est sententia D. Aug.

B gua, quã ignoro, potuit etiã numeros interpretes exprimere: ne metri necessitate, ab interpretandæ veritate, ampliùs q̄ ratio sententiã sinebat, digredi cogeretur: certos tamè eos constare numeris, credo illis qui eã linguã probè callent. Amavit enim vir ille sanctus musicã piã, & in ea studia nos magis ipse, quàm vllus alius author accendit. Hæc Aug. Qui omni proculdubio faterur, vt patet, communè illa omniū linguã callentiū esse sententiã, metro cōstare Dauidicos psalmos: nec decuisse vt interpretes metricè eos verteret, propter leges metri, quæ fidelitatem versionis minimè paterentur. Quauis fuerunt qui Latinis versibus elegantissimis Dauidicos reddiderint Psalmos. Videlicet Matthæus Toscanus, B. Arias Mōtanus, M. Antonius Flaminius, Bucānanus & quidem alij. Et hæc quidem est sententia D. Aug.

C NE verò nihil in re hac tã obscura dicamus, visum mihi est annectere superioribus alia, cū Syxto Senen. lib. 8. suæ Bibliothecæ sanctæ, quæ lucem aliquam tenebris istis afferre alicui fortasse videbuntur. Ergo non est existimādū Hexametros, trimetros, & sapphicos Hebræorum versus esse eiusdem generis cum carminibus Poetarum

*D. Aug. de Psalmorum metro sententiã.*

*Cur interpretes Latini non verterit carmine Psalmos.*

*XV. Authoris sententiã in hac quaest.*

tarum nostrorum, eademq; pedum qualitate, quantitate, ac dispositione constare: sed diuersam esse dispositionem situm, & ordinem pedum. Quia peruetusta illa Hebræorum poësis sæpe inter Dactylos & spondeos, alios quoq; pedes recipit, variato interdum etiam ordine sedium, in quibus apud nos collocari solent pedes. **Quin.** D. Hieron. huic nostræ sententiæ multum fauet, nam Præfatione in Iob, sic ait, de Hebraicis versibus loquens: Propter linguæ idioma crebrò recipiunt alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoq; rythmus ipse dulcis, & tinnulus numeris pedum solutis: quod metrici magis quàm simplex lector intelligit. Et ex præfatione eius super Isai. manifestè expugnatur Eugubinus, afferens non magis Psalmos esse metricè scriptos quàm Prophetarum libros. Sic autem dicit Hieronymus. Nemo cum Prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari: & aliquid simile habere de psalmis, & operibus Salomonis. Sed quod in Demosthene, & in Tullio solet fieri vt percola scribantur, & commata: qui utiq; prosa, & non versibus conscripserunt. Hæc ille.

Ad rem igitur dico, Hebræos interponere solere, contra nostrorum poetarum consuetudinem, suis carminibus rythmos quosdam inusitados, quos simplex lector intelligere non potest, sed solum metricæ artis peritissimus. Sanè nec apud nos singula rythmorum genera eundem syllabarum numerum, ac eosdem fines carminum retinent. Nam quidam Hispanicorum versuum vndecim habent syllabas, decantandis heroicis rebus accommodati: alij ex septem syllabis modulandis ad lyram constant: Quæ duo carminum genera Hispanicè, & Italicè coniungi solent eodem poemate, eademque cantilena:

quem-

Ex Hieron.  
refutatur  
Eugubinus.

Variarhyth=  
morū gene=  
ra, & uer=  
suū apudom=  
nes linguas.

**A** quemadmodum apud Latinos familiare est, vt in Horatio, longiorem vnum quàm alterum eiusdem odæ versum facere. Alij sunt duodecim syllabarum apud nos, & Italos, in dactylum semper pedem terminantes, quos vocamus, esdruxulos, citatos, ac lubricos, comœdijs aptissimos. Alij demùm sunt, qui nullam finalium vocum similem cadentiam, seu consonantiam habent, qui appellantur versus soluti. Sic igitur in psalmis Dauidicis multa multorum generum sunt carmina, multi versus, atq; rythmi: quæ non solum à me Hebraicè parum perito, verùm nec à mediocriter doctis penetrari possunt, nisi ab eius linguæ peritissimis, vt D. Aug. & D. Hieron. attestatur. Et hæc quidem quæ dicerem in re difficili, habui.

**P**arenesim ad psalmorum lectionem & cantum facere, mei non est muneris: est tamen remittere Lectorem ad quatuor Diuos, qui de horum cœlestium metrorum laude, vtilitate, atq; iocunditate diuinitimè & fusissimè loquuntur. D. Amb. D. August. D. Hilar. D. Basiliū, in suis ad psalmos Præfationibus: qui omnino videndi sunt, & post ipsos Euthymius in sua etiam ad Psalmos Præfatione. Ego verò de Dauide ipso pauca hæc apponere præcedentibus non dubitabo. Videlicet, Dauidicæ lyræ tantam esse vim, tantam gloriam Dauidici carminis, vt solus ipse suis poematibus mirabiles & incredibiles effectus habuerit. Fabulæ sunt, & Poetarum commenta de Amphione, & Orpheo, quòd lyræ sono syluas & saxa mouerint, fluuios decurrentes continerint, feras edomauerint, & Euridicen Orphæus ab inferis reuocauerit. Solus est noster hic alter diuinus Orphæus, qui maiora effecta verè fecit, quàm illi falso confinxerunt. maius est quod iste gessit quàm quod illi fingunt. Hic cithara sua petras fregit, syluas flexit, fluuios affectuum rapidissimè

N n

per

\*XVI.  
Peroratio  
authoris. &  
exhortatio  
ad Psalmorū  
studium.

per præcipitia delabentes, cohibuit, feros & immanes animorum mores domuit: cacodæmonem de multorum Saulorum animis exturbauit, atque deiecit. Neque vnâ tantum reduxit Euridicen, eamque continuo amisit, sed innumeras hominum animas e barathro inferorum abductas in auream diei lucem reuocauit: non in huius mundi ærumnas, sed in ipsum cœlum, vi etiam suæ citharæ apertum, & reseratum. Quid gloriosius? Quid mirabilius huius Citharædi virtute? Omnia hæc effecta sublimia fecisse Psalterium nostrum, non stultæ multitudini falsis commentis suaderetur, sed diuinis testimonijs, omnibus sapientibus asseritur.

Q V A E-

# A Q V A E S T I O

## Q V A R T A S C H O - L A S T I C A :

*Verum Syxtus V. qui nunc temporis est Pon. Max.  
Papatum ab Episcopis Romanis adeptum, con-  
ferre & annectere Salmanticensi-  
bus possit.*

B



VM in omnibus sacræ Theologiæ disputationibus, decet virum Theologum Romani Pontificis pedibus proprium caput submittere: tum præcipue in præsentis controuersia, in qua de eiusdem supremi Pontificis potestate differendum est, necessum erit ipsius correctioni, atque iudicio dicenda subijcere. Subijcio ergo, vt quod incaute inter disputandum dixero, Romana Ecclesia corrigat, & emendet.

C Qua quidem subiectione præmissa, tria sunt præi- *Tria iacim-  
tur fundamē-  
ta.*  
cienda fundamenta, quibus vniuersa, quæ inferius tractabuntur, niti debent. Primum est, quod Beatissimus Apostolus Petrus in sua propria persona potestatem vniuersalem supra totam Ecclesiam, supraque totum orbem in spiritualibus suscepit à Christo Domino. Alterum, quod hæc tam longè lateque patens potestas alicui alteri personæ, post Diui Petri mortem, commissâ sit tam vniuersalis, & ampla quàm fuit in Beato Petro. Tertium, quod

nominatim Romanis Episcopis, tanquam veris Petri successoribus, hæc fuerit potestatis amplitudo relicta, in quibus ipse semper resederit monarchica totius Ecclesie gubernatio. Hæc tria qui non putauerit esse perquam necessaria ad eam, quam superstruere debemus disputationem, tantisper expectet: & videbit quam probe super his fundamentis, nostræ Quæstionis consurgat ædificium. Quia vero fundamenti firmitas ad constructionem ædificij plurimum facit, firmabo tria hæc paucis quidem, sed firmissimis præsidij.

I.

*Primū fundamentū quod D. Petrum Christus instituerit Pastorē totius Ecclesie.*

*Pascere non significat nudum ministerium.*

*Pascere, & regere, idē.*

**I**nter alia verò innumera sacre scripturæ loca, quibus primum debemus asstruere fundamentum, primus est ille Ioa. 21. Simon Ioānis, diligis me plus his? Pasce oues meas, &c. Vbi nō expressit solum Simonis proprium nomen, sed patris etiam nomenclaturam adiecit, ne vlla posset ambiguitate Petri potestas eludi, aut peruersè in alium detorqueri. Pasce, inquit, oues meas. Verbo pascendi non nudum ministerium (vt hæretico spiritu deceptus Lutherus existimat) sed autoritatem etiam significauit Christus se Petro conferre. Vnde, adnotante Ioanne Rossensi, in clyto Martyre & Episcopo, art. 25. contra Lutherum, & Thoma Stapletono luculenter deducente, in magno illo & præclaro opere Principiorum fidei doctrinalium, lib. 6. c. 10. quanuis Latine ter verbo pascendi fuerit vsus interpres: at sacer Euangelista verbum Pascendi Græcè bis positum, tertio commutauit in verbum Regendi. Pasce, inquit, oues meas: & Rege etiam oues meas. Præter quam quod per pascendi verbum cum sacri, tum profani authores regimen, & imperium significabant: quod adnotauit Francisc. Turrianus, lib. 1. de Summi Pontif. auctorit. pag. 29. & Didacus Stunica, lib. 1. de Vera religione. capit. 5. Nam Homerus, & Pla-

**A** & Plato Reges appellant Pastores. Et psalm. 21. idē est, Psal. 21. Dominus regit me, ac si cum D. Hiero. veritas, Dominus pascit me: nam quod sequitur ad pastum pertinet. In loco pascuæ ibi me collocauit. Porro quod dicit, Oues meas, D. Bernar. lib. 1. de Consideratione ad Euge. c. 6. & Innocentius. 3. c. solitæ. de Maioritate & obedientia, & Bonifacius. 8. in Extrauag. Vnam sanctam. asserunt, significare omnes oues Christi Pastorem Petrum habituras: non enim dixit, Pasce has, illasue oues, sed absolute & citra limitem, Oues meas, ita vt non plurium Christus sit ouium pastor, quam sit Petrus.

**B** Secundum testimonium tantundem roboris habet, Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. & tibi dabo clauas, &c. Et antecesserat, Beatus es Simon Bariona, &c. Vbi paterni etiam nominis meminit, ne ad Simonem Cananæum quisquā hæc verba defleceret. Vtq; obseruabat Luisius noster Legionensis, super Cantica. c. 1. Non saxum, aut de petra natum, sed Cephā, idest, saxum & petram ipsum appellauit, Dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo, &c. Fuere qui putarēt illud relatiuum, Hanc, non referre Sanctum Petrum, sed eius fidem & confessionem, quam paulò ante fecerat dicēs: Tu es Christus filius Dei viui. Super hanc ergo tuam fidem & confessionem fundabo Ecclesiam meam. Aut sic: super hanc petram, idest, super me ipsum, qui sum Christus, ædificabo ecclesiam meam. Ita D. August. Sermone. 13. de Verbis Domini, & Tract. 124. super Ioan. Cæterum ipsemet, lib. 1. Retract. cap. 21. docet, commodè etiam intelligi sic: Super hanc petram, idest, super te, Petre, qui petra es, &c. Citat pro hac sententia D. Ambrosium, vbi de gallo gallinaceo dicit in hymno:

*Quod in illo loco. Super hanc petram, petra sit Fides, & Petrus, & Christus.*

*Hoc, ipsa Petra Ecclesia,  
Canente, culpam diluit.*

A

D. etiam Hierony. lib. 3. super Matth. ca. 16. & lib. 7. contra Iouinianum, & Magnus Basilius, super Isai. cap. 2. & Chrysof. homil. 55. in Matth. & ferè in vniuersum Patres eodem explicant modo: vt, scilicet, Diuus Petrus sit petra illa, ac fundamentum cui tota Ecclesiæ machina nititur. Vnde nescio quid Erasmus mouerit, in Operibus Diui Hilarij apponere in margine scholium huiusmodi: Ecclesiæ fundamentum est fides. Quasi D. Hilarius ibi, & super Psalmum. 103. affeuerantissimè non dixerit, ipsum etiam Diuum Petrum esse rupem & fundamentum solidissimum Ecclesiastici ædificij. Idem Erasmus, in Indice. D. Chrysof. hanc etiam propositionem, quasi ex operibus Chrysof. excerp. a, apposuit: Ecclesia non super hominem, sed super fidem ædificata est. Verùm nunc temporis Sanctæ Inquisitionis Catalogus talem propositionem expunxit. Nec erat sane Chrysof. nã Diuus iste Homil. 3. & 55. in Matth. aperte tradit, Petrum esse fundamentum Ecclesiæ. Sane, vt accuratè animaduertit Ioannes Driedonius, lib. 4. de dogmatibus varijs & lib. Apocri. cap. 3. p. 2. & noster C. Stunica, loco citato, consequutio ipsa verborum Christi magno nobis argumento esse debet, vt credamus, D. Petrum esse hanc petram. Nam quorsum meminisset nominis Petri: & quasi vocabulo ludens diceret, Tu es Petrus, idest, Tu habes nomen deductum à petra, nisi id quod statim subiecit, super hanc petram, ad ipsum etiam Petrum pertinere debuisset? Meritò Concilium Chalcedonen. vocat Petrum, petram & crepidinè catholicæ Ecclesiæ. Et referente D. Diony. in Epist. ad Timoth.

D. Pau-

- A D. Paulus nominare solebat D. Petrū, Fundamentū ecclesiarū. Sed tamen non est quod in re nō dubia vtamur testibus non necessarijs. Porro qui plura desiderat, legat Thomam V valden. lib. 2. Doctrinalis fidei antiquæ, ar. 1. c. 6. Alb. Pyghium, in Eccl. Hierarchia, Gasparè Casaliū, Axiomatū Christianorum lib. 2. ar. 3. c. 11. Petrum Soto in Defensione Catholicæ Confessionis. p. 1. ca. 80. Iacobum Latomū de Primatu Romani Pontif. Naclantum, Tractatione. 7. Theologica, Cardinalem Iacobatū in prægrandi illo ac copioso Tractatu de Cōcilijs, lib. 10. artic. 7. Syxtum Senen. lib. 6. Biblioth. annot. 68. Caictan.
- B Osium, Victoriam, Canum, Sotum, Cordubensem, Roffen. Echium vbi infra referentur.

Ex his cōfutatur Lutherus, qui perfriētissima frōte sic loquitur apud Roffen. ar. 25. Impiam & intolerabilē blasphemiam esse dico, per petrā, qua solus Christus, idest, Verbū & Fides eius insuperabilis significatur, intelligere potestare illā monarchicā, Sathanæ seruam, & officinā. Nos tamen, Patres & doctrina, & grauitate, & vetustate præstantissimos sequuti, catholicè confitemur, Christū quidem esse fundamentū, & Petrum etiam: non quod duo sint fundamenta, nã Petrus nō nisi vicē accepit Christi,

C vt Bonifacius optimè tradit in Extrauaganti, vnā sanctā, & ca. 1. de homicidio in. 6. & ad idem facit. c. in nouo. 21. distinctione. Sed verba. D. Leonis præclarissima sunt. & ideò meritò ea cōmendat Bredēbachius. super Matt. 16. D. ergo Leo sic ait. Quia tu es Petrus, idest, Cū ego sim inuiolabiliter petra, ego lapis angularis, qui facio vtraq; vnum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoq; petra es quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.

Tan-

*Cōtra Eras.  
qui non vult  
Petrum, sed  
eius fidem,  
esse petram.*

*Contra Lu-  
therum.*

*Non sunt  
duo funda-  
menta. Pe-  
trus, &  
Christus sed  
unum. &c.*



Marc. 16. Tandem ex illo. Marc. 16. Ite, dicite discipulis eius, & Petrus colu-  
 men & uer-  
 tex Aposto-  
 lorum. Petro, colligi potest D. Petrum, columen & verticem, caputq; cæterorum Apostolorum fuisse. Nam emphasim habet: quod postquam nominauit discipulos, qua nominatione Petrus etiam comprehensus videbatur: peculiarem Petri mentionem fecerit dicens, Et Petro. Quale certè est illud,

*Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achilli.*

Nam & Ulysses vnus erat Danaorum. Et in Titulo Palmi. 3. Psalmus Dauid, in die qua liberauit eum Dominus de manu inimicorum suorum, & de manu Saul. Nam & Saul vnus erat inimicorum: sed ceu omnium supremus, & antesignanus, seorsum à cæteris enumeratur. Sic & D. Petrus. Multis hanc veritatem catholicam articulis argumentorum concutere & impetere satagunt hæretici. Sed eos redarguendi, & retundendi labore meo doctores allegati iam pridè leuarunt. Vnde si D. Hiero. visus est in principio Comment. ad Galat. D. Paulum æquare Petro, congruam habet explicationem, in Sixto Senen. lib. 6. annot. 269. Demum Rossen. ar. 25. producit 20. scripturæ loca ad huius probationem: quæ & enumerat Petrus Soto supra. p. 1. c. 80. Cordubensis lib. 4. Quæstionarij. q. 1. proposit. 8. producit. 10. Multa etiam Caiet. in Opusc. de Primatu Papæ, Castro, de Hæresibus, Victoria in Relectione, &c.

II.  
 Secundum  
 fundamentum  
 quod Petri  
 dignitas alicui  
 relicta  
 si in Ecclesia.

Secundum fundamentum erat, quod hæc Petri dignitas & principatus fuerit, post eius mortem, in Ecclesia alicui peculiari prælato traditus, atque commissus. Non enim acephalum, id est, sine capite relinqui debuit corpus Ecclesiæ. Atque adeo multum desipiunt qui Christum existimant, ouili perpetuo Pastorem temporarium fuisse.

A fuffecisse. Quin imò vt Caiet. supra. c. 12. adnotauit, officium pastoris, quod ipse Christus contulit Petro, ouium ouili esse debuit. Ridiculum nanq; esset, quod triginta, aut qua draginta annis tantum durante pastore, dureret oues trecentis, & ter millibus annis. De quo. D. Tho. 4. contra Gentes. c. 76. & facit exemplum apum, in quibus vnus est dux. Et adducitur ex D. Hiero. ca. in apibus 7. quæst. 1. Isque erat. 27. error V vicleph, apud V valden. lib. 2. Docti. artic. 3. c. 41. imò & octauus, & 13. & 15. scilicet: Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse vnū caput in spiritualibus, regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa cōuerfetur, & conseruetur. Sed & doctè Staplètonus ille animaduertit, ideò verbo pascendi, & nomine Pastoris, collatam fuisse D. Petro hanc potestatem, eò quod Pastor significat ordinarium rectorem ouium, & sine quo ouile non est: nam alia officiorum nomina, vt Apostolorum, Prophetarum, Euangelistarum, extra ordinariam quandam authoritatem notant certis temporibus necessariam: non semper. At nomen officiumque Pastoris ordinarium, & perpetuum est.

Sed opponunt nobis Hæretici, Christum esse verum caput verumq; Pastorem: & quanuis in cœlis agat, & circa cardines cœli perambulet, vt illi dicebant, non ideò nostra non considerare, imò esse rebus Ecclesiæ præsentissimum. Et sic minimè oportet successorum Petri, aut Christi esse in Ecclesia. Verum his facile occurrimus, dicentes cum D. Thom. 4. contra Gentes supra: Christum esse qui baptizat, qui consecrat, qui peccata remittit: & tamen quia corporaliter non erat cum fidelibus permanens, elegit ac destinauit ministros, qui potestate tradita, prædicta munia exercerent. Addit Iacobatius, lib. 10. artic. 7. circa finem, decuisse vt Ecclesia

Pastor durare debet quoad oues durant, non sic prophetæ Euangelistæ, &c.

Obiectio hæreticorum.

Iob. 22.

vnum haberet caput immediatum, omogeneum, id est, non solum eiusdem naturæ, sed eiusdem etiam status, & conditionis sociabile, accessibile, tractabile, &c. Neq; ex hoc sequitur quod sit duplex ecclesiæ caput: nam Papa non est nisi Christi vicarium caput.

*Papatanta  
nunc pollet  
potestate,  
quanta polle-  
bat D. Petrus.*

Neq; verò utcumq; habet perpetuum pastorem Ecclesiæ, sed habet pastorem qui tanta polleat potestate, quanta pollebat D. Petrus ut præter allatos doctores, tractat. Iacobus Septimacensis in Catholicis instit. tit. 45. n. 6. Quævis enim Papa non sit Petri successor quo ad Apostolatus dignitatem, at succedit in præcipuo Apostolatus officio, quod est totius ecclesiæ gubernatio. Quam ob causam eius sedes dicitur Apostolica, & ipse Apostolicus. Quod tractabat Michael de Medin. reconditæ eruditionis vir lib. 7. de recta in Deum fide. c. 24. Quod si Papa non tanta fungeretur potestate, quanta functus est Petrus, non diceretur eius successor, sed vicarius: at summus pontifex non est Petri vicarius, sed successor: Christi verò non successor, sed vicarius. Ita definit Con. Florent. quod Græci vocant. 8. Synodum Generalem: & c. pro humani. de homic. in. 6. Quo circa non immeritò in Directorio Inquisit. p. 2. tract. de 58. quæstionibus. q. 9. inter errores Raymundi refertur iste, quod Papa sit vicarius Domini Petri.

*Papa non est  
vicarius, sed  
successor D.  
Petri.*

### III.

*Tertium fū-  
damentum  
quod Romani  
Episcopi sit reli-  
cta potestas  
Petri.*

Quem etiam cōfutat Driedo, lib. 4. supra. c. 3. p. 1. Quod si interdum Vicarius Petri appellatur Papa, ut in. c. Ego Ludouicus, sanè loquutio est impropria, ut præ alijs tradit Turrecremata, in illo. c. Ego Ludouicus. 63. d. & lib. 2. summæ. c. 4. ad secundum.

**T**ertium fundamentum, quod veluti proximum dicens cendorum antecursor est oportet præmittere, quo cæteris pandatur via illud est, Quod hæc vniuersalis Petri potestas, verè fuerit relicta Romano Pontifici. Id negant

Luthe-

**A** Lutherus, & Bucerus, excucullati monachi, & priores illis Vviclephus, & Ioannes Hus. Verum non est quod in hos hæreticos iam prostratos calamum ego acuere debeam: cum vniuersis sit, fueritque ab initio nascentis Ecclesiæ omnium fidelium sensus, Romano Episcopo, præ cæteris, Petri principatum fuisse relictum. Quod nec Arriani negare ausi sunt ut tradit Sozomenus lib. 4. historię Tripartitæ. cap. 15. & 16. quod tamen recentissimi hæretici nunc temporis negant impudentissimè. Sed decretum Anacleti aduersus eos præ alijs militat. 22. distin. cap. sacrosancta quod

**B** ego metu prolixitatis interceptus, taceo. Fuit verò Anacletus tertius, aut quartus à Beato Petro Romanus Episcopus, ut videas quàm sit antiquum & vetustum in Ecclesia, quod Romanus episcopus Petri referat dignitatem. Et hoc Euaristus Alexander primus, Sixtus primus, Eleuterius, Pius primus, Victor, Zeferinus, Marcellus, &c. diffinierunt. Quorum, & aliorum decreta pontificum Gratianus diligenter collegit, ac fideliter retulit per multa decretorum capita. Et in decretalibus passim id ipsum habetur. Sed & sacra Concilia, tam Orientalia quàm Occidentalia, quorum in iisdem decretis meminit Gratianus, eandem catholicam veritatem amplexata sunt.

Si verò perpetuus vsus ecclesiæ optimus esse solet legum interpret: sanè vsu firmatam hanc videmus veritatem. Nam in fidei quæstionibus, & rebus serijs, ad Romanum episcopum, à primordijs ecclesiæ, cuncti fideles omni semper ætate recurrerunt: & omnes totius ecclesiæ episcopi authoritatem, Romani præsulis expectabant, ut in suis sedibus firmarentur. Neque hoc

*Vsus Eccle-  
siæ à suis pri-  
mordijs re-  
cognoscendi  
Romanum  
Episcopum.*

*Episcopi totius orbis appellabant ad Romanum Episc.*

vi Romanus sibi Episcopus arrogabat, vt obganniunt A Magdeburgenses, apud Turrianum, lib. 2. Pro Episto. Pontif. c. 4. sed & ad ipsum appellabant, ceu ad superiorē. D. Chrysostomus ad Innocentium Papam: D. Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Lucianus Adrianopolis, Asclepas Gaze, Marcellus Ancyre, & alij totius Orientis Episcopi ab Arrianis pulsi, ad Romanam Ecclesiam appellabant, vt in historia Tripar. lib. 4. c. 15. & expressissimè in Socrate, lib. 2. Hist. Eccles. c. 15. & Sozomeno, lib. 3. c. 8. Hist. Eccl. Theodoretus etiā Cyrensis Episcopus longè doctissimus, sede sua depositus, ad Leonem Romanum Episcopū causam detulit, vt patet ex eius Epist. præfixa Comment. in Paulum. Imò & Hæretici ab Aphrica reiecti, si Cypriano credimus, appellabant ad successorem Petri, Romanum pontificem. Nec est extra propositum, quòd solus semper fuit Romanus Episcopus, qui & Reges, & Imperatores aut confirmauit, aut deposuit: & omnibus in vniuersum leges tulit, excōmunicauit, absoluit, ordinauit, affecit præmijs, pœnis, &c. vt omnes tradunt historiæ. Et habetur ad manus in Syxto Sen. lib. 6. annot. 73. Lætatio supra. c. 3. p. 5. in. 8. arg. Stapletono, lib. 6. c. 17. & vlti. & lib. 4. c. 19. Simac. in Insti. Cathol. ti. 45. n. 24. Quæ omnia magnū, & C ineluctabile conficiunt argumentum ad probandum Romanum Pontificem esse successorem Petri, ac vniuersalem pastorem Ecclesiæ. De quo etiam Gaspar Casalius lib. 3. de Cœna & calice Domini. c. 18.

*Obijcitur.*

*Quod D. Gregorius noluit appellari Pastor Vniuersalis.*

Verumtamen offensionis, & scandali materiam videtur fidelibus obiecisse Diuus Gregorius Magnus, qui cum esset Romanus Episcopus, titulum Vniuersalis Pastoris, à Synodo Chalcedon. sibi oblatum, recusauit, vt ipse scribit lib. 4. Epist. Indict. 13. Epist. 80. 82. 76. & 32.

*Idem*

**A** Idem ad Eulogium scribens, lib. 7. Indict. 1. Epist. 30. vetat se vniuersalem Papam dici. Et habetur. 99. d. c. ecce. Rursus in Conc. Aphric. & habetur. c. primæ sedis. 99. d. sic dicitur. Primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, vel aliquid eiusmodi: sed tantum primæ sedis Episcopus: Vniuersalis autem, nec etiam Romanus Pontifex appelletur. Et in. c. nullus. ead. d. idem habet Pelagius Papa. Non ergo est Romanus Episcopus cui vniuersalis Petri potestas relicta est.

**B** Negare tamen vir Catholicus non potest Romanum Episcopum esse Vniuersalem illum Pastorem, ac caput, quod Petro succedit. Tractat. S. Thom. in Opusc. contra errores Græcorum. c. 66. vbi ex can. 17. Concilij Chalced. refert Leoni Papæ in illo Concilio acclamatum fuisse, Viuat Leo antissimus œcumenicus, idest, Vniuersalis. Ipsum etiam refert D. Ant. 3. part. tit. 22. c. 4. §. 1. Turr. c. nullus. 99. d. Iacobat. lib. 10. art. 7. circa finem. Turrian. lib. 3. pro. Epist. Pont. c. 1. Catalog. gloriæ mun. p. 4. confid. 7. Mich. de Medina, lib. 7. de Recta in Deum fi de. c. 24.

**C** Obiectionibus occurro dicendo D. Gregorium humilitatis ergò, abnuisse, ac recusasse titulum Vniuersalis Pastoris: & ne posteris de tam superbo titulo gloriandi ansam præbuisse videretur. Vt etiam vel sic Ioannes ille superbissimus Constantinopolitanus Episcopus, tali se titulo cognominare desineret. Patet ex ipso Gregor. supra. libr. 4. Indict. 13. Et eundem sensum habent citati canones.

Tamen ille canon. 99. d. c. primæ sedis. multum nos pūgit: nam eo diffinitur sic: Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur. Francisc. Turr. supra, dicit illa verba, Vniuersalis autem, & c. quæ sunt vltima il-

*Explicatur quo pacto Papa nō sit Vniuersalis Pastor.*

*Resp. ad obiectionem.*

lius capitis, non esse ex ipso canone concilij Afric. sed ex A  
 rubrica Gratiani in caput proximè sequens. Aliorum in-  
 telligentia est, vt in Iacobat. quod ille. §. Vniuersalis au-  
 tem, &c. non referatur ad Papam, sed ad Patriarcham,  
 de quo ibi loquitur, & què ibi appellat Primæ sedis epis-  
 copum: ita vt sit sensus: Patriarcha non appelletur prin-  
 cept sacerdotum, nec summus sacerdos, nec Vniuersalis,  
 nec Romanus Pontifex. Alij melius sic explicant, quòd  
 nec ipse Papa appelletur Vniuersalis pastor, ne si ipse di-  
 catu: Vniuersalis videatur detrahi alijs Episcopis, & Pon-  
 tificibus sua potestas, & iurisdictio. Itaq;, vt verbis vtat S.  
 Thom. in Opusc. contra impugnantes religionem. c. 4. b  
 quando dicitur Papam non esse vniuersalem episcopū,  
 significatur quod non præficitur cuilibet particulari ec-  
 clesiæ, vt proprius, & specialis illius ecclesiæ rector, quia  
 sic cessarent aliorum Pontificum potestates. Ita etiam  
 Turr. c. nullus. 99. d. & lib. 2. Sum. c. 17. ad. 5. & colligitur  
 ex ipsis cap. Ecce. & Nullus, & Ant. Cordub. lib. 4. q. 4.  
 ad fin. in solut. ad. 11. argum.

Hæc quæ iecimus fundamenta, alijs viam muniunt,  
 atq; pandunt. Nam iam hinc subintrare incipit quæstio  
 agitanda: vtrum illa vniuersalis potestas primū Petro  
 collata, & in suos successores transmissa, & quæ de facto C  
 residet, semperq; resedit penes Romanum Pontificem,  
 resideat apud ipsum ex iure diuino, an verò ex benepla-  
 cito D. Petri, & ipsius ecclesiæ: atq; adeò, an ex volunta-  
 te Papæ, & ecclesiæ detrahi possit papatus à Romanis  
 Episcopis, & ad Salmanticenses, vel Toletanos trahi, ip-  
 sisq; perpetuò annecti.

## III.

Argumenta  
 difficillima  
 quòd Papa  
 nō possit ef-  
 se nisi Roma-  
 nus Episco-  
 pus.

Arguitur ergo more scholastico, & probatur quòd  
 A Papa non possit nec tota ecclesia Pontificatum sum-  
 mum transferre ad alium Episcopum, & ad aliam urbem.

Quia

- A Quia verò res leuis non est, idè non ego leues rationes,  
 sed ferreas, & adamantinas, vt in Gorgia dicebat Plato,  
 profero. Primū ergo argumentū defumitur ex ipsis sum-  
 morum Pontificum definitionibus, quibus satis insinua-  
 tur de iure diuino esse, vt suprema sedes sit Romæ. Ana-  
 cletus Papa in illo. c. Sacrosancta. 22. d. sic ait: Sacrosancta  
 Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab  
 ipso Domino saluatore primatum obtinuit, &c. Et mox: *Authorita-  
 tes pontificū  
 pro hac par-  
 te.*  
 Prima ergo sedes cælesti beneficio, Romana Ecclesia est.  
 Ponderandum est quod dicit, Non ab Apostolis, sed ab  
 ipso Christo, & cælesti beneficio, hoc est nō humano iu-  
 re, sed diuino. Et Nicolaus. I. Mediolanen sibus scribens.  
 B c. omnes, eadem. d. sic ait: Omnes siue Patriarchæ cuiusli-  
 bet apicem, siue Metropoleon primatus, aut Episcoporum  
 cathedras, vel Ecclesiarum, siue cuiuscunq; ordinis digni-  
 tatē instituit Romana Ecclesia: illā verò solus Christus  
 fundauit, &c. Et statim: Non ergo quælibet terrena sen-  
 tentia, sed illud verbum, quo constructum est cælum &  
 terra, per quod deniq; omnia condita sunt elementa, Ro-  
 manam fundauit ecclesiam. Et adhuc: Qui autem Roma-  
 næ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium eccle-  
 siarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio  
 C in hæresim labitur: fidem quippe violat qui aduersus il-  
 lam agit, quæ est mater fidei: & illi contumax inuenitur,  
 qui eam cunctis ecclesijs prætulisse cognoscitur. Hæc ibi.  
 Est autem approbatū decretum hoc à Patribus. 8. Syno-  
 di generalis sub Adriano. 2. Papa etiā Vigilus in epist. ad  
 Eutherū. c. 7. sic ait: Quāobrem sancta Romana ecclesia  
 eius merito, Dñi voce consecrata, & sanctorū patrum au-  
 thoritate roborata, primatū tenet omnium ecclesiarū. Et  
 Pelagius huius nominis primus, qui successit Vigil. in. c.  
 Quauis. 21. d. sic ait ad vniuersos episcopos Orthodoxos:  
 Romana

Romana Ecclesia Catholica, & Apostolica nullis synodis constitutis, cæteris ecclesijs prælata est: sed Evangelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit. Pius primus in Epistola ad omnes ecclesias: Hanc sanctam sedem Apostolicam, omnium ecclesiarum caput Dominus esse præcepit.

Expressa Pö  
tifici. & Cö  
ciliorū decre  
ta, quod diui  
no iure, pa  
patus sit in  
Romana ec  
clesia.

Adde & expressiores textus: Iulius primus in Epistola ad Episcopos Antiochiæ congregatos, sic ait: Sanctam Romanam ecclesiam, & Apostolicam ipse Dominus decenter alloquitus est: Inquies: Tu es Petrus. Habet enim potestatem singulari priuilegio sibi concessam, & Domini voce sacrata, atq; de super exaltata est: & sicut B. Petrus, primus fuit Apostolorum omnium, ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituyente, prima & caput est cæterarum. Hæc Iulius. Quorum verborum irrefragabilem autoritatem tractat Vvalden. lib. 2. Doctinal. ar. 3. c. 33. & Osius in Confutatione Brentij, lib. 2. deligit. Iudicib. rerum eccles. & Canus, lib. 6. cap. 4. vbi & docet, eundem canonem nomine Nicæni Conci. prolatum fuisse in. 6. Synodo Carthagin. à Faustino, Philippo, & Afellio Apostolicæ sedis legatis, ex literis Zozimi Romani pontificis: Et vide. c. dudum. 3. q. 6. Et Damafus Papa ad trium Conciliorum Africanorum Episcopos, ait: Summas causarum definiri absq; Sedis Romanæ autoritate, non licet. Et mox: Est enim firmamentum à Deo fixum & immobile omnium episcoporum, Apostolica Sedes, & vertex ecclesiarum, supra quam Christus vniuersalem construxit ecclesiam, &c. Et Marcellus iam olim ante mille quadringentos annos episcopis Vniuersis per Antiochiam constitutis, sic ait: Beatus Petrus caput est totius ecclesiæ, cuius Sedes primitus apud vos fuit, (scilicet apud Antiochenos) quæ postea, iubate Domino,

Amino, Romam translata est. Hæc ibi, & habetur. 24. q. 1. c. Rogamus. Et Ignatius Constantinopolitanus Patriarcha, in Epistola ad Adrianum Papam, quæ recepta est in. 8. Synodo Generali, ait, Verba Christi, Tibi dabo. clauas, &c. de omnibus diuinissimis sacrisq; pontificibus. senioris Romæ esse ex Domini ore intelligenda, vt Turre. lib. 2. Sum. c. 36. Et Innocentius. 4. in Conci. Lugdunen. & habetur. c. pro humani. de homicid. lib. 6. dicit, Disponente Domino, Romanum episcopum Petri Apostoli successorem esse. Et in. c. damnamus. ab Innocen. 3. & à Patribus Concilij Lateranen. eiusdem Papæ tempore celebrati, Romana ecclesia dicitur disponente Domino cunctorum esse fidelium mater, atq; magistra. Et clarissime in. c. fundamenta. de electio in. 6. vbi dicit Nicolaus. 3. Sacerdotij principatum, & Christiane religionis caput in vrbe Romana Imperator celestis instituit. Et mox, vt nulli subesset homini quæ ore diuino cunctis dignoscitur esse prælata. Et Innocent. 3. in. c. per venerabilem. Qui filij sint legitim. Quem locum in sequenti argumento relatū videbis. Et tandem Patres concilij Florentini, Diffinimus, inquiunt, sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum pontificem in vniuersum orbem tenere primatum & ipsi Romano Episcopo in Beato Petro pascendi & gubernandi vniuersalem ecclesiam, à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse: sicut in gestis œcumenicorum conciliorum continetur. In concilio etiam Later. sub Iulio. 2. diuina institutione obtinere primatum Romanam Ecclesiam dicitur, vt latè in Simanca, in Instit. Cath. tit. 24. num. 20. Hæc habui. quæ ex antiquis Pontificum, & conciliorum decretis resumerem: quibus quidem apertissime astruitur de iure diuino esse, quod Romanus episcopus sit totius pastor ecclesiæ. Omnia

nia siquidem illa testimonia id vel maximè præferunt, A quòd voluntate Dei, quòd diuino ore, quòd disponente Domino, quòd institutione Christi Romana ecclesia cæteris sit præfecta: atq; adeò nulla humana potestate poterit ab vrbe Romana in aliam quoquo modo transferri. Possunt fateor ex conciliorum & Decretorum Thefauris alia produci loca, verùm ne lectorem, auditoremve oneremus testimoniorum sarcinis, ea selegimus, quæ licet numero plura non sint, vi tamen sunt maxima.

*Arguitur. 2.  
ex historijs  
Ecclesiast.  
quòd Christi  
instituit  
Papatum  
esse Romæ.*

**S**ecundò arguitur ad idem ex historijs B. Petrus non suo arbitrio ex vrbe Antiochia suã pastoralem supremam sedem transtulit Romam, sed cœlestibus edoctus oraculis, non ergo est inuentum hominum, sed Dei, Romæ vt sit prima sedes. Antecedens est B. Marcelli Papæ in dicto. c. Rogamus. 24. q. 1. vbi sic loquitur: Beati Petri sedes primitus apud Antiochenos fuit, quæ postea iubente domino Romam translata est. Idem habet Nicolaus papa. 3. & habetur. c. fundamenta. de Election. in. 6. Sed ad huc expressiorem historiam, & commodiorem textum nobis offert Innocentius. 3. cuidam viro nobili scribens in c. per venerabilem. Titulo, Qui filij sint legitimi: vbi sic definit. Locus quem elegit dominus, Apostolica Sedes esse dignoscitur: Cum enim Petrus urbem exiisset C fugiens, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus à Petro, Domine quo vadis?

*Historia de  
D. Petro Romam  
fugiente:  
& Christo  
ci apparente  
& fugam ob  
stante.*

respondit, Venio Romam iterum crucifigi. Quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus. Hæc ibi. Porro hæc historia authentica est: cum quia à doctissimo illo viro, sanctissimoque Pontifice Innocentio, nisi multæ esset authoritatis, non adduceretur: tum quia antiquissimi ecclesiæ Patres eius meminerunt, Abbas Apostolis Synchronos, & eorum discipulus, Babilo-

**A**byloniæ episcopus, lib. 1. Historiæ Apostolicæ, in vita B. Petri, prope finem. Quem librum Iulius Africanus, cuius meminit, D. Hieronym. ex Græco Latinum fecit. Eandem Christi apparitionem refert antiquissimus Aegysippus lib. 3. de Excidio Hierosolymitano cap. 2. D. Ambrosius in oratione contra Auxentium, de Basilicis consecrandis, lib. 5. Epist. post Epist. 32. Sed ex recentioribus sunt innumeri qui illam referant historiam. D. Anto. 1. part. histor. titulo. 6. capit. 4. §. 2. in fine. Vvaldens. lib. 2. Doct. articulo. 1. cap. 7. Turrecremata. cap. Rogamus. 24. quæstione. 1. & lib. 2. Summæ. cap. 36. Naclantus super ad Rom. capit. 1. in Digressione quadam. Nicolaus Sanderus lib. 7. de visibili Monarchia: Ioachimus Perionius in Vita Beati Petri ad finem, & Mathias Felisius in Elucidatione Decalogi, super primum præceptum. §. Deus licet sit inuisibilis. Caieta. Iacobatius, Cordona, Soto, locis citatis, &c. Fit autem id verosimilius, ex eo quòd, vt refert Eusebius, libro. 3. Historiæ ecclesiast. capit. 5. & Epiphanius, lib. 3. contra hæreses, vt transferretur ecclesia Hierosolymitana in ciuitatem Pellam, voce Domini, admoniti sunt Apostoli: & Moyse reuelatus est locus à quo Iudæi diuina erant oracula petitura. Multò ergo magis Deum reuelasse locum, vbi ecclesia Vniuersalis C supremam sedem collocaret, credendum est. Et sic humana potestate inuerti non poterit.

*Authores  
grauissimi il  
lius historiæ*

**T**ertium argumentum: Quando alicuius syllogismi altera præmissa est de fide, aut de iure diuino, & altera naturaliter, aut moraliter euident, conclusio inde deducta ad fidem debet pertinere, vel ad ius diuinum. Vt latè explicat Cordubensis lib. 1. quæst. 19. Andreas Vega, libro 9. super Concil. capit. 39. & Cano vbi supra, verbi gratia. Quòd Christus

*Arguitur. 3.  
ex præmissis  
ex quibus in  
fertur Papa  
tum esse Ro  
mæ.*

Dominus duas habeat voluntates, ad fidem pertinet: eò A  
 quòd deducitur ex vna de fide, quæ est, Christum esse  
 Deum & hominem: & ex altera euidenter cognita, vide  
 licet, Deum habere voluntatem, & similiter hominem.  
 Rurſus quòd concil. Nicænum non errauerit in diffini-  
 tionibus fidei & morum, est de fide: quia sequitur ex vna  
 de fide, scilicet, Omne concilium legitime congregatū  
 non potest errare: & ex altera moraliter euidenti, quæ  
 est: Concil. Nicænum fuit legitime congregatum. Si-  
 militer ergo quòd Romanus episcopus sit pastor su-  
 premus, sequitur ex vna quæ est de fide, & de diuino iu-  
 re: & ex altera euidenti, sic: De iure diuino est quòd Pe-  
 trus habeat successorem tanta potestate præditum quan-  
 tam ipse habuit: sed sic est quòd Romanus episcopus est  
 Petri successor, Ergo de iure diuino erit quòd Roma-  
 nus episcopus papalem Petri possideat potestatem. Et  
 quidem quòd prima illa propositio sit de iure diuino, &  
 de fide, patet ex fundamentis initio positis. Quòd verò  
 secunda propositio sit moraliter euidens, nempe, Ro-  
 manus episcopus Petro succedit, negari non potest,  
 propter concordem Historiographorum fidem id affir-  
 mantium. Quis enim neget. B. Petrum Romæ sedisse?  
 Nisi Velenus, & Sebastianus Francus, & Calvinus, & C  
 Molinæus, & quidam alij heretici quos referunt Vvald.  
 supra. c. 7. & Sanderus lib. 7. de Visib. Monar. circa annū  
 Domini. 1568. numero. 2026. Lutherus verò dubium esse  
 dicit, an Petrus Romæ sederit. Verum certa res est quòd  
 postquam D. Petrus sedit Antiochiæ. 7. annis, deinde. 4.  
 anno Claudij Imperatoris, Romam venit, ibiq; Pontifi-  
 calem Vniuersalis ecclesiæ cathedram rexit per. 25. an-  
 nos: donec. 37. post Christi ascensionem anno, etiam vlti-  
 mo Neronis, vitam cum morte Romæ gloriose commu-  
 tauit.

Euidens esse  
 quòd D. Pe-  
 trus Romæ  
 uixerit, &  
 obierit, pro-  
 batur ex hi-  
 storij.

A tauit. Referamus pro hac indubitata veritate viros om-  
 ni exceptione maiores. Ij sunt Abdias Babylonicus in  
 vita Sancti Petri, Dorotheus Episcopus Tyri in Synopsi  
 in initio A Egessippus lib. 3. de exci. Hierosol. Tartul. de  
 Prescrip. hære. Euseb. in Chronic. & lib. 2. Histor. Eccles.  
 c. 15. Nicephorus, lib. 2. c. 36. & 37. Hierony. Beda & Oecu-  
 men. explicantes illud. 1. Petri. 5. Salutat vos Ecclesia, 1. Pet. 5.  
 quæ est in Babylone, idest in vrbe Romæ, quã appellat  
 Babylonem, ex qua illã scribebat Epistolã. Paulus Oro-  
 sius lib. 7. c. 4. D. Isidorus, lib. de Ortu & obitu Sancto-  
 rum. His adijce ex Ecclesiæ poetis antiquis nonnullos,  
 B qui huius meminere. Hi sunt Prosper in Carminibus,  
 de ingratis,

*Sedes Roma Petri.*

Arator etiam sub Iustiniano Imperatore, in lib. de Hist.  
 Apost. ad. Vigilium Papam, sic dicit:

*Venit ad excelsæ sublimia culmina Romæ*

*Petrus in Ecclesiæ sacro corpore princeps.*

Et Prudentius in hymno. S. Laurentij:

*Romæ iam regnant duo Apostolorum principes:*

*Alter vocator Gætium, Alter cathedrã possidens.*

C Et suauissima illa & eruditissima Elpis vxor Boethij, in  
 hymno.

*O felix Roma, quæ tantorum Principum*

*Es purpurata precioso sanguine.*

Arbitror otiosum omnino negotium esse his plures ac-  
 cumulare. Euidens itaque est D. Petrum Romæ sedisse,  
 ac obiisse. Euidens quòd Romanus illi succedat episco-  
 pus: quod probare nitebamur.

Arguitur. 4  
ex perpetua  
traditione  
Ecclesie,  
que semper  
fuit Romæ.

**Q**uarto ex sacris arguo Traditionibus. c. Ecclesiasti-  
carū. 11. d. & c. cū Mart. de Celeb. Missa. sacra enim si-  
des nostra nō scripturis solūm cōstat, sed perpetuis Tra-  
ditionibus. Quidquid contrā Lutherus, Bucerus, Philip-  
pus, Anabaptistæ blaterent. Quorū in scriptis hæc tertio  
quoq; verbo vox reperitur: Solis Dei verbis & scripturis  
standū est. Et, Neq; Papa, neq; episcopus, neq; vllus ho-  
minū habet ius vnus syllabæ cōstituendæ super Chri-  
stianū hominē. Sed nos pro cōstitutissima veritate Ca-  
tholica habemus Fidē, & Ecclesiā constare etiā traditio-  
nibus. De quo aliās. Licet ergo Romanū episcopū Petro  
succedere in sacris biblijs nō cōtineatur, nec ex illis colli-  
gi valeat: ab Apostolis quasi de ore in os, deq; pectore in  
pectus trās fufum est q̄ successor Petri sit Romanus Pō-  
tifex. Imò in signis est cōiectura q̄ ad ius diuinū hoc per-  
tineat, quòd q; ex interno diuino dictamine suprema se-  
des sit Romæ, cū per tot annorū curricula ab Vrbe dimo-  
ueri non potuerit. E. Numerabat. D. Irenæus lib. 3. c. contra  
hære. Val. c. 3. duodecim Petri successores, qui ad sua vsq;  
tēpora Romæ decurrerāt, ab illis verbis, Fundantes igitur,  
& c. vsq; ad illa, Nūc duodecimo loco ab Apostolis  
Episcopatū habet: Eleutherius. Optatus Mileuitanus, lib.  
2. contra Parmenianū hæreticū Donatistam, plures alios C  
recesebat, cuius testimoniū fufissimè transcriptū, iacet in  
lib. 7. de recta in Deum fide. c. 26. Michaelis de Medina,  
vbi hoc tractat argumētū. D. Aug. plus ducētis annis po-  
sterior Irenæo longā Romanorū Pontificū feriem, nun-  
quam à B. Petro intercifam recēsebat: nepe præter illos  
duodecim, quos retulit Irenæus, alios. 26. ad sua vsq; tem-  
pora, scribēs Generoso Epistola 165. Post quæ intulit lib.  
4. contra Epistolā Fundamenti. c. 4. Tenet me in Eccle-  
sia Catholica, ab ipsa sede Apostoli Petri, cui pascendas  
oues

Quod sit de  
iure diuino  
Papatum ef-  
se Romæ pro-  
bat Succes-  
sio Romano-  
rum Pont. à  
D. Petro us-  
que nunc nū-  
quam inter-  
cisa.

**A**oues suas post resurrectionē Dñs cōmisit, vsq; ad præ-  
sentē Episcopū, successio Sacerdotū. Quid porro diceret  
D. iste noster Pater, si hāc mille quingentorum, & quin-  
quaginta annorū successio Pontificū, qui Romæ pon-  
tificiā sedem defixā perpetuò conseruarunt, vidisset? Di-  
scurrere per cæterorum Apostolorū sedes: & iam aut oēs  
vacuas, aut non legitimū habentes successorē inuenies:  
Soli Petro sua sedes permāsit incolumis. Non igitur hu-  
manū inuentum, sed diuinū potius ius & institutū est, q̄  
Petri cathedra Romæ subsistat. Adde multis diaboli  
machinis, & mille nocēdi artibus, ab crepūdijs fuisse im-  
pugnata hanc Romanorū cathedrā. Imò & Græci cum  
pro se haberēt Imperatores, arma, summū rerū ius: & ve-  
hemēter desiderarēt Papatū in nouā illā Romā, Constā-  
tinopolim, transferre, tātū abest vt id efficerēt, q̄ pro hæ-  
reticis, & schismaticis semper sunt habiti, qui Pontificiam  
hanc dignitatē in aliū Episcopum transferre moliti sunt.  
Vtq; habet præclarū illud Nicolai decretū. c. omnes. 22.  
d. Qui Romanæ Ecclesiæ privilegiū, ab ipso summo Ec-  
clesiarū capite Christo traditū, auferre conatur, fidē vio-  
lat, q̄ aduersus illā agit, quæ est mater fidēi. De quo plu-  
ra statim in. 6. & 7. arg. Quid ergo reliquū est nisi vt, ne-  
mine reclamante, clamemus oes cū Pelagio Papa. c. quā-  
uis. 21. d. Non Principū statutis, nō synodicis ordinationi-  
bus: sed Dñi Saluatoris voce Romanā Ecclesiā obtinere  
primatū? Et cū Nicolao, in dicto. c. oēs. Nō quælibet ter-  
renā sentētia, sed illud Verbū, quo fabricatū est cœlū &  
terra, Romanā fundauit Ecclesiā. Nā licet multis hu-  
manis, imo diabolicis telis, artibus, machinisq; sit impu-  
gnata, expugnari tamē minimè vnquā potuit. Vnde de  
illā intelligi debet illud, Sæpe expugnauerūt (pro impug-  
nauerūt) me à iuuetute mea, etenim nō poterūt mihi.  
Quin-

Alia sedes  
Apostolorū  
ferē perie-  
runt.

Romana Ec-  
clesia plures  
passa uexa-  
tiones nun-  
quam succu-  
bit.

Psal. 126.



5. Arg. exco  
quod here-  
tici id contē  
dūt quod hu-  
mano iure  
Papatus sit  
Romæ.  
Referantur  
uerba here-  
ticorū cōtra  
Rom. Pōt.

**Q**uinto arguitur, quia profectò asserere, esse de iure humano, & inuentum hominum quòd papatus sit Romæ, & id non esse de iure diuino, est plurimum suffragari hæreticis nostri temporis. Nam Lutheranorum vox illa est, qua inter cæteros articulos Vuormantiz defendendos positos, hunc etiam posuere: Vt abrogaretur Romani Pontificis potestas, quam sibi sumit supra cæteros Episcopos. Mich. de Medina lib. 7. de Recta in Deū fide. c. 24. hereticorum vocem hanc esse dicit: Non recedimus ab Ecclesia vniuersali, sed à Romana. Rursus Osius in Confutatione Brentij, lib. 2. dicit quòd Brentius, Romanensium adulatorum cantilenam dicebat esse quòd Romana Ecclesia sit mater omnium. Idem refert Petrus Soto in Defens. Cathol. Confes. p. 1. c. 99. Præterea quòd Romanus Episcopus sit Ecclesie primas, dicunt Hæretici, solum probari frigidis Pontificum decretis, vt refert Driedo. lib. 4. de Dogma. & lib. Apoc. c. 3. p. 2. in fine. Deinde Vviclephus sic loquitur, Quòd Roma sit locus, vt Papa ibi resideat, nō est color, nisi quia Papa ibi infideliter perdit vitas animarum, sicuti prius ibi Cæsar infideliter perdidit vitas corporum Christi Martyrum. Refert Vvalden. in Doctrinal. lib. 2. artic. 3. cap. 41. Et Lutherus primum omnium id efficere conatus est, scilicet, C Romanum Pontificem in ordinem cogere, vt ipse dicebat referente Jacobo Simanca, in Cath. Institut. titu. 45. num. 1. & illustrissimo Card. Stanillao Oσιο, in confutatione Brentij, lib. 1. de Hæresibus nostri temporis. Sed & apud Rossensem, artic. 30. Lutheri verba sunt ista: Ego verò etiam si Sanctus Petrus hodie præsideret Romæ, negabo Romanum Episcopum esse Papam: Papa enim res ficta est in mundo, neq; fuit, neque est. Et apud eundem Rossart. artic. 15. Romanam sedem appellat Lutherus Sathanæ

**A** Sathanæ seruam & officinam. Et apud Iacobum Latomum, Tractatu de primatu Rom. Pontif. c. 1. Papam appellat Raptorē & Flagellum Dei. Et, teste Medin. lib. 7. c. 26. ad fin. Romanam tyrannidem occupantem Ecclesiam, papatum vocant. Magdeburgenses etiā apud Furrianum, lib. 2. pro Epist. Pontif. c. 4. & s. idem dicunt.

Vviclephiltæ referente Thoma Vvaldense lib. 2. doctri. or. 3. c. 33. contendebant, Romanam sedem à temporibus Constantini Imperatoris, trecentis annis post Christum, deriuatam, non antè. Nam. in c. Constantinus. 2. 96. d. dicitur: Constantinus Imperator quarta die sui baptismatis, priuilegium Romanæ Ecclesie Pontifici contulit, vt in toto orbe Romanum, Pontifices vel Sacerdotes habeant caput, sicut Iudices Regem. Et infra. Sanctimus, vt principatum teneat, tam supet quatuor sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam, & Constantinopolitanam, quàm etiam supra omnes in vniuerso orbe terrarum. Hæc ibi. Et Imperator hoc ipsum Romanis Episcopis contulisse videtur, vt refert Beda lib. de temporibus. c. de Phoca, & Vvalden. c. 33. & Cano lib. 6. c. 8. ad. 10.

**C**uin & iisdem Hæreticis videtur conuictæ, quod quidam eorū videtur somniasse, & nō nihil videtur habere apparentiæ. Brentius, inquā, qui apud Petram de Soto, in Defensione Catholicæ Cōfessionis. c. 100. callidè affirmabat Hierosolymitanam Ecclesiam Matrem esse omnium ecclesiarum, non Romanam. Verba Brentij sunt: David magnus auus Christi proponit nobis pro ecclesiarum matre, Sionem, Virgem virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion: & Iſaias atq; Micheas, De Sion exiit lex Et ipse Christus, inquit, Prædicandam in nomine eius remissionem peccatorum, in iudæis ab Hierosolymis: Hæc

Quod nō ante Constantini, & Phocam ceperit Romane Ecclesie primatus, dicunt Hæretici.

Hierosolymis, & non Romæ, dicit Hæretici, esse Ecclesie primatum. Psal. 109. Isai. Mich.

igitur nobis dant Prophetæ, & Christus pro Matre cur  
ad Romam confugiemus? sed ad montem illum domus  
Dñi, & ad illa doctrinã, &c. Hæc Brentius. Et Valden.  
in *Doctrinali* c. 21. refert, Vviclephum etiam potius velle  
Hierusalem esse Matre Ecclesie, quia ibi passus est Chri-  
stus, vel Bethlehem, quia ibi natus: nõ Romam. Et vide  
etiam Latmatium, Tractatu illo de Prima Rom. Ponti-  
c. 3. p. 5. in. 11. argumento. Qui eo sanè cõsilio videtur nõ  
bis auferre Matrem Romanã, quæ extat, & asserre Hiero-  
solymitanam, quæ nullo modo extat, vt vel sic absq; ma-  
tre orphani derelicti, in luporum fauces incidamus.  
Sed neq; fuit primus Vviclephus, aut Brentius eorũ,  
qui Hierusalem conati sunt facere matrem fidei: nam ali-  
quod videtur habuisse fundamētum in eo quod Beatus  
Clemens lib. 1. Recognit. propè finem, Iacobum Episco-  
pum Hierosolymitanum appellat Principem Episcopõ-  
rum. Et apud Nicepho. in Hist. Ecclesiast. lib. 12. c. 16. in fi-  
ne, in Concilio Constantinop. tempore Theodosij Im-  
peratoris celebrato, in Epistola ad Ecclesiam Romanã,  
dicitur Hierusalem mater omnium Ecclesiarum. Qui-  
bus nixi Hæretici stirpitũs contendunt arcẽ Romanã  
solo æquare, & pessundare: Ac imitãtur insaniam Iudeo-  
rum, qui magno odio Ecclesiam Romanam prosequen-  
tes, expectant finalem illius interitum: & velut institutum  
humanum irrideant, quod Romani Pontifices sibi  
vniuersale Ecclesie regimen arrogauerunt: non enim id,  
inquiunt, est de iure diuino. Ergo quod cum hæreticis nec  
latum vnguẽm conueniamus, satius erit asserere, esse de  
iure diuino, & non solum de iure humano, quod supre-  
ma sedes sit Romæ. Nam si solum de iure humano esse  
dixerimus, quantumcunq; Canonico, Pontificio, Casã-  
reõq; cõtã parũm à modo loquendi Hæreticorum di-  
stamus

A statum: qui hoc vel maxime in vobis habent suadere,  
quod Romani Pontifices humano iure pastorem Ec-  
clesie curam sibi vsurpauerint.

Sexto ad idem: Neminem later multas & Africæ &  
Aphricæ Ecclesias, id est, Orientales & Meridionales  
iam olim supremam Ecclesie dignitatẽ magnopere de-  
siderasse, & ambijisse. Nam Episcopi Constantinopolitani  
Romanum superiorem nolebant agnoscere: imò Pasto-  
res Vniuersales se ipsos iactabant, vt patet ex D. Gregor.  
lib. 4. Indict. 13. Epist. 32. & lib. 7. Indict. 1. Epist. 3. Con-  
stantius, Valens, Valentinianus, Anastasius Imperato-  
res Græci vehementer in Græciam primam sedem trãf-  
ferre moliti sunt. Quod eò vel maxime moliebantur,  
quod à Romanis Pontificibus se priuari videbant, in sua-  
rum hæresum supplicium, dominatu Italie & Imperij.  
Sed & Africani Hæretici, videlicet, Donatistæ, Ecclesiam  
Christi in solis Aphricæ partibus esse contendebant: eò  
quod Cant. 1. percontanti Sponsæ dilectum suum, Indica  
mihi, vbi pascas? Vbicubes? (hic enim dispungebãt  
periodum per interrogationem) respondebat Sponsus,  
In meridie. Hoc est, ad partem Australem, seu Aphrica-  
nam plagam Meridionalem. Et illud Abac. 3. ad idem  
adducebant, Deus ab Austro, vel ab Aphrico, veniet. Sic  
enim legunt cum August. 18. de Ciuitate. c. 32. quasi per  
Meridiem, & Aphricum, eorum regio designaretur, in  
qua sola Christus coleretur.

Verò tamen Græci, & Orientales erant qui mag-  
num Romanis Episcopis negotium faciebant, contẽ-  
dentes primam sedem in Græciam ex Italia demutare.  
Et quidem si id aliqua potentia humana, fuisse Papæ, si-  
ue ecclesie fieri posset, vero simile est quod per tot an-  
norum centurias, aliquando factum esset, vt scilicet,

Arg. 6. exiõ  
quod multæ  
Ecclesie Pa-  
patus sibi  
procurarũt,  
nonquam ta-  
men è Roma  
abductũ est.

Abac. 3. m. 11

Orientales  
ab Occiden-  
talibus Pa-  
patus usur-  
pantes.

Cur Hæreti-  
ci uolũt. Hie-  
rusalem esse  
caput Eccle-  
sie, non Ro-  
mam  
Confirm.

religiosum  
non est  
in iure  
vbi  
magis  
non

componendarum harum litium gratia, & conciliandi illas tam ex diametro pugnantibus ecclesiis, Occidentalem, & Orientalem, Græciam, scilicet, & Latinam, aliquando inquam factum fuisset ut summus Pontifex Roma demigraret in Græciam cum sede suprema: Præsertim cum ad sedandas multas de fide & religione obortas questiones & ad quam plurimis inde enascentibus malis obuiandum, & ad multa & quàm maxima cõparanda bona, & demum (ut dicebam) ad cõciliandam Græciam cum fide Romana, illud solùm & vnicum medium per quàm necessarium esse videbatur. Intellexerunt ergo Romani Pontifices, intellexit & Ecclesia hanc transmigrationem sedis summæ nequaquam posse fieri, imò diuinum esse institutum & ius ut Romæ semper maneret.

7. arg. ex vehementissimis persecutionibus quibus afflicta est, sed nõ uicta Ecclesia Rom.

**S**eptimò (quod in quarto argumento perstrinxi,) vix vnquam hætenus à Tyrannorum, hostiumque persecutionibus libera fuit Romana ecclesia. Primi s enim trecentis annis ab Imperatoribus adhuc infidelibus sauitum est vehementissimè in Christianos. Deinde à Constantio, Iuliano, &c. Post tam à Theodorico, & alijs Italix Regibus, quàm à Constantinopolitanis Imperatoribus. Interim non cessauit Hæreticorum, contra eandem Romanam ecclesiam, furor & rabies. Quòd si paulò post, non solùm Gentilium, sed & Hæreticorum, videlicet, Manichæorum, Pelagianorum, Marcionitarum, Sabellianorum, Arrianorum, Monothelitarum, Iconomachorum, & similibus secte quieuisse videtur, surrexit filius ille perditionis Mahometus, ad vexandam ecclesiam natus, ut verè posset Diuus Bernardus ecclesie illud appropriare, Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Domesticis etiam schismatum & schismaticorum cuneis plurimùm est lacessita

**A** sita Ecclesia. At inter tot pressuras & calamitates Cathedra Petri non solùm non conculcata est, & abolita, verùm stat, viger, & regnat.

Quæ verò sunt cæterarum Ecclesiarum sedes, quæ non hereticos modò, verùm Archihæreticos admiserint Episcopos? Nam Paulus Samosatenus in Antiochena sedet ecclesia, Ioannes Origenista in Hierosolymitana, Dioscorus in Alexandrina, Nestorius, & Macedonius in Constantinopolitana, &c. At verò quauis per plura hæreson monstra, velut agmine facto, ecclesiam Romanam aggressa sint, possetq; ipsa maximè impunè præ cæteris delinquere & aberrare, eò quòd suprema sedes à nẽmine iudicatur. c. si Papa. 4. o. d. & c. aliorum, & c. nemo 9. q. 3. nunquàm tamen per mille quingentos & his plures annos, vlla dies, nec hora signari potest, in qua ostendatur à fide ecclesia Romana desciuisse. Licet enim Petri nauicula fluctuare possit, perire tamen non potest. 24. q. 1. c. Non turbatur. Quinimò ad ipsam Rom. Ecclesiam, ceu ad lapidem Lydium (ut verbis vtar nostri Fra. Laurentij Villauicentij Regij Concionatoris, ac de Rom. Ecclesia apud Germanos, & Flandros optimè meriti, in lib. 1. de Ratione studij Theologici, in Præfat.) omnes

Fere omnes alie Ecclesie lapsæ sunt in hæresim: sola Romana in fide semper persistit.

**B** cæteris delinquere & aberrare, eò quòd suprema sedes à nẽmine iudicatur. c. si Papa. 4. o. d. & c. aliorum, & c. nemo 9. q. 3. nunquàm tamen per mille quingentos & his plures annos, vlla dies, nec hora signari potest, in qua ostendatur à fide ecclesia Romana desciuisse. Licet enim Petri nauicula fluctuare possit, perire tamen non potest. 24. q. 1. c. Non turbatur. Quinimò ad ipsam Rom. Ecclesiam, ceu ad lapidem Lydium (ut verbis vtar nostri Fra. Laurentij Villauicentij Regij Concionatoris, ac de Rom. Ecclesia apud Germanos, & Flandros optimè meriti, in lib. 1. de Ratione studij Theologici, in Præfat.) omnes alix Ecclesie, & scripturæ depurandæ afferri debent. Nominè autem Romanæ ecclesie non solùm intelligo Papam, sed congregationem illam populi fidelis Romani cum suo pastore, & hanc immaculatam semper seruauit, ac seruaturam fidem, contendo. Ita id intelligit Turrescremata, lib. 2. summæ. c. 112. ad. 5. & Castro, de Hæresibus lib. 1. cap. 8.

**O**ctauo loco nonnulla Patrum testimonia de promissis, in præcedenti argumenti confirmationem. Dicit Hieronymus lib. 3. contra Rufinum, sic ait: Scito Romanam

8. Argu. ex Patribus qui Ecclesiam

Rom. dicunt solā esse quae errare. & la bi nō potest.

nam fidem Apostolica voce laudatam, huiusmodi praestigias non recipere: & etiam si Angelus aliter annunciet quam semel praedicatum est, Apostolica auctoritate munitam, non posse mutari. Et idem Hieronymus & habetur 24. quaest. 1. cap. haec est fides. sic dicit: In sancta Romana Ecclesia semper extra maculam est catholica servata religio, &c. Et infra: Quae per Dei gratiam, à tramite traditionis nunquam errasse probatur, neque hereticis pravitatibus deprauata succubuit, &c. Dicitur Cyrillus libro. 2. Theauri quem refert Valdensis. cap. 48. sic ait: Ecclesia Petri ab omni haeretica circumventione immaculata manet: & cum aliae ecclesiae quorundam sint errore circumdatae, stabilita iniquissimè ipsa sola regnat, silentium imponens, & omnium obturans ora haeticorum. D. Bernardus ad Innocentium Romanum Episcopum, quem etiam refert Driedo lib. 4. supra. c. 3. p. 3. & Simancas in Cath. Instit. tit. 45. nu. 21. sic ait, Epist. 190. Oportet ad vestrum Apostolatam referri pericula quaeq; & scandala: ea praesertim quae de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, ubi nō possit fides sentire defectum. D. Cyprianus lib. 1. Epist. ad Cornelium Papam, sic dicit: Petri cathedra est unde unitas est sacerdotalis exorta, illaq; est Romanorum Ecclesia, quorum fides est Apostolico ore laudata, ad quos perfidia habere non possit accessum. Et in Expos. symboli, ait: In ecclesia urbis Romae, nec haeresis vila. illic sumptum exordium, & mos ibi servatur antiquus. Innocentius etiam, in Sermonē de Octavae Apost. qui incipit, Duc in altum rete, sic ait: Dignum Deus providit, ut ille qui erat princeps Ecclesiae, sedem constitueret apud urbem, quae tenebat principatum: Et ideo Dominus ait ad Petrum, Duc in altum, id est, Vade Romam, & laed ibi rogamur in ca pturam

Apturam. Et statim: Ne tanti honoris dignitas ad aliam civitatem quacumq; ratione transiret: sed in hac urbe, iuxta dispositionem diuinam, perpetua lege maneret. Et de patribus hactenus. Haec autem ex eorum Theauris non citra delectum excerptimus, quod peculiariter de ipsa Urbe loquentes, ipsam in fide faciunt impeccabilem: ipsam singulari Dei indulgentia custodiram: atq; adeo ipsam diuino instituto ceteris antecellere. Multa congerit praecitatus Iacobus Simancas tit. 24. qui est de Ecclesia. nu. 17. vsque ad 24. Deuotissimus proinde perfidum Calvinum, qui, referente Osio, in Confutatione Brentij lib. 2. eam dicitur cebat Romanam fidem nunquam defecisse, quia solum, seu locus Romanus, propter aspectus siderum, minus est turbulentus alijs, & magis sedatus. Nā Occidentales, inquit, sunt minus acuto & celeri ingenio quam Orientales, qui ob proprium Orientis, & Asiae clima, leuiorēs & inconstantiores sunt Latinis: nam Graeci de leuitate, & inconstantia semper sunt notati à Tullio, D. Hiero. &c. Verū antequam clauso componet vesper Olympo, ut Poeta ait, quam argumentorum, quae hac in parte succurrunt memoriae, materies absumatur. Haec proinde sufficiant, ut tempus alijs impertiamur.

**C**HAE C, quam tot productis argumentis sententiam stabilimus, nō potest non esse probabilissima. Cui & alteri restat adhibere praesidium, scilicet, Juristarū, ac Theologorum recentiorum auctoritatem, qui scholasticè disputantes eam asserunt: quidam quidem expresse, & in proprijs terminis: quidam tacite, & latenter.

Ioannes Driedo, libro. 4. supra. cap. 3. pars 3. post multa hunc in modum diffinit: Non temere, sed pia fide cum Patribus nostris praedecessoribus credimus, quod fides, & primatus Ecclesiae, Cathedra Petri, clauēs regni caelo-

Calvinus dicit, ideo Romanam nō mutasse fidem, ac sectam, quia clima Romanorum non est turbulentum, & variū.

V.

Referuntur auctores pro hac sententia, quod iure diuino Papatus sit Roma.

coelorum, potestas ligandi, & soluendi sunt à dicecesi. A Romana inseparabiles. Et statim in solutione ad. 2. Credimus Romanum Pontificem semper esse Vniuersalis Ecclesiae pontificem, & eundem non posse suam sedem in aliam dicecesim, nisi Deus reuelauerit, transferre: Ioannes Cardinalis de Turrecremata in Glossa super. c. Rogamus. 24. q. 1. post multa sic dicit: Dicunt quidam, quod Papa potest sedem in alium locum transferre, rationabili causa: sed nobis, iuxta Petrum de Palude, videtur contrarium. Et idem lib. 2. Summae. c. 40. ad finem, sic ait: Ad tertiam videtur respondendum, quod Dominus Papa non potest transferre sedem suam de Roma, sine specialia reuelatione Christi. Cardinalis alter Iacobatus, lib. 8. de Concilijs, ar. 6. id ipsum tenet, & allegat Archidiaconum, Ocham, Albericum, & alios pro eadem parte. Ipse autem sic loquitur: Sine assensu Generalis Concilij super hoc specialiter conuocari, & Dei reuelatione super hoc inuocata, non esset translatio hæc facienda, quia non nisi contraria Dei iussione mutandum est, quod semel iussit. D. Anton. 3. p. Scho. Titulo. 22. cap. 4. §. 1. paulò ante finem, hæc eadem habet verba, sub proprijs terminis: ex quo ea desumpsit Iacobat. & in suum transtulit librum. Aluarus Pelagius, Scoti in Theologia, & Archidiaconi in sacra Canonum peritia discipulus, lib. 1. de Planctu Ecclesiae, art. 2. initio, sic ait: Fateor quod non posset mutari Sedes Apostolica, & papalis ab vrbe Romana in aliam ciuitatem, propter verbum istud. c. Rogamus. 21. q. 1. Iubente Domino, &c.

His adde alios, qui licet non tam aperte, in hanc declinant sententiam. Rossen. in libro illo. Confutationis Assertionis Lutheranae, quem sua gloriosa deinde morte seruauit, cuius proprio sub scripto sanguine, art. 28. Iacobum

Abum Simancam, in suis Instit. Cath. tit. 24. qui est de Eccl. nu. 23. Melchiorem Canum huius scholæ Professorè primarium lib. 6. de locis. c. 4. & 8. in solut. ad. 10. Cardin. Caiet. de Primat. Rom. Eccl. c. 13. quanquam ob ingenitã styli obscuritatem, vix satis se explicat. Couar. lib. 4. Variar. Resolu. c. 14. nu. 11. Letmatiù, Tract. de primat. Rom. Pont. c. 3. p. 1. & 5. in solut. ad. 12. & 15. contra Lutherum.

**I**N amplioem huius sententiæ gratiam, patimini me, Viri clarissimi, non quidem diuertere, sed tantisper immorari in ostendendo quàm congruè suprema Ecclesiae potestas Romanæ vrbi addicta fuerit. Sunt enim in Veteri testam. loca, vnde id deduci valet. Benedictus Arias Montanus, super Micheam. c. 2. In illis verbis, Congregatione congregabo Iacob. Vsq; ad, Ponam illum quasi gregem in ouili. Sic dicit: Hebraicè, quasi oues Bosra. Bosra constantiam seu valentiam significare dicebamus. Valentiam verò, Romam, Urbem totius orbis quondam principem, dictam priùs fuisse, antiqui authores memoriae prodiderunt. Idem nanq; Romi, Græcè, quod Latine Valentia est. Atq; hac quidem in parte Antiquorum Hebræorum traditionem recepimus, qui Bosram eandem esse Romam dixerunt. Hæc ille. Vnde colligit, nihil esse aliud id quod Deus ibi pollicetur, Congregaturum se in Bosra, siue in Valentiam, hoc est, in Romam, gregem suum, nisi in Romanam Ecclesiam, veluti in caulam & ouile, cooptaturum se esse omnes fideles.

Sed arcanam hanc propalemus intelligentiam. Primum omnium, quod vox Rhoma Constantiam, Valentiamque, siue fortitudinem, & etiam sublimitatem significet, inficias ire nemo potest. Nam D. Hieronym. omnium linguarum peritissimus, libro. 2. aduersus Iouinianum, in fine, magnificè pariter & benignè Romam allo-

R r quens,

V I.

In Vet. test.  
facta memo-  
ria Romanae  
urbis, & se  
dis.

Roma, for-  
titudinè, &  
constantiam  
Græce signi-  
ficat.

de eadem  
et eadem  
et eadem  
et eadem  
et eadem  
et eadem  
et eadem  
et eadem  
et eadem  
et eadem

Alij autho-  
res qui idem  
tenent, licet  
nò tã clare.

quens, dicit: Loquar ad te quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti: Vrbs potens, Vrbs orbis domina: vrbs Apostoli voce laudata. Interpretare vocabulū tuū. Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos, &c. Hæc Hieron. Et lib. de Interpretatione nominum Hebr. ex Acti: Apostolorū dicit: Romā, sublimē siue tonitruū significare. Franciscus Forerius sup. Isai. c. 15. versu. 2. in illis verbis, Urbem fortem in ruinam, domū alienorū, &c. obseruauit, ibi haberi vocem Hebræā, Roma quæ significat celsitudinē. Videatur ibi Vatab. in scholijs huius loci: sed & Isai. c. 26. in illis verbis, Incuruabit habitantes in excelsō, ciuitatem sublimem humiliabit, &c. habetur etiam vox, Roma, quæ excelsum & sublime significat. Estq; insigne uaticinium de destructione idololatriæ, & aliorum vitiorū, quæ Romæ residebāt. Hūc pertinet quod habetur in Isai. c. 6. Vidi Dñm sedentem super foliū excelsum. Quasi diceret, Super folium Romanum: nā ibi pro, excelsō, habetur Hebraicè vox deducta à radice Romæ. Vide Pagni. ibi. Ad idem sunt multa, quæ traduntur à Galatino, lib. 4. de Arc. Cath. Verit. c. 26. Urbem sublimem humiliabit, id est, Romā, & Italiā. Nā cum sublimitas Romani imperij cælum penè tangeret, iugo Christianæ fidei humiliter collū subiecit, usq; ad pauperū & humiliū vices Christi gerētium, pedum oscula. Nam locus Isai. sic habet. Ciuitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam pes pauperis, gressus egenorum. Nempe Petri pauperis piscatoris, pes exosculandus à Romanis Imperatoribus.

Sed expendamus amplius quod Montanus Hisp. dicebat. s. Romā & Valētiā siue Cōstantiā idē significare, & eandem esse urbē: nam inde certius augurabimur, Romā esse constantē illam & valentem urbem, à qua potestas

Isai. 15.

Roma Hebraicè est sublimitas, uel tonitruus.

Isai. 26.

Isai. 6.

Roma &amp; Valētia idem sunt.

- A** stas pontificia dimoueri nō possit. Ioan. Annius Viterb. in Cōm. sup. Supplementum Manethonis, ad antiquitates Berosi Chaldæi (nisi fortassis Annius ipse Supplementū illud confinxit, cum ceteris Berosi, Fabij Pictoris Metathenis: & aliorum monumentis, ut sentiunt Viues lib. 18. de Ciuit. c. 1. Faber in Arist. lib. 1. Polit. Beatus Rhenanus lib. 1. Rerum Germanicarū: de quo Vergara Tolet. Canonicus, & Couar. lib. 4. Vari. c. 14. nu. 5. Syxtus, lib. 8. Biblioth. hære. ii. 11.) Itaq; Annius ille dicit: Romum Celiberorum Regem non procul Sagunto Romam ædificasse, per interpretationem, Valentiam nuncupatam: nā
- B** Romus dicitur Valens, & Roma Valentia. Idem habet Solinus in Polisthor. c. 1. Porrò qui alia de secreta, & arcana huius vocis, Roma, significatione videre voluerit, legat Plinium (sed vereor ne intelligat) lib. 28. c. 1. & lib. 3. c. 6. nec in hac parte negligendus est Annius super Berosum in. 16. Rege Assyriorum, & lib. de primis temporibus c. 23. & in Cōment. Sēpronij ad finem libri. Sed silere nō debeo, q̄ Abulē. in. Leu. 24. q. 10. ex Solino refert: Nomē Romæ tā sanctū olim fuisse, ut Di; Gentiles vetuerint illud publicare: & quia Valerius Soranus illud publicauit, morti traditus est, sicut inter Hebræos nomen Tetragramaton nō licebat effari. Vides quā fuerit rationi cōiunctaneū, ut Roma in spiritualibus, sicut in temporalibus, apicem omnium urbium obtinuerit. Et adhuc ausculta Perpetuitatem Romæ, ac Romani imperij, pueris etiam notum erat inter Gentiles, Iouem promississe Romanis, apud Virgil. 1. AENEID.

*His ego nec metas rerum, nec tempora pono,*

*Imperium sine fine dedi.*

Et omnem prosperitatem Romæ precabantur, & efflagitabant à superis. Horat. in Epod. Ode. 18.

Ab urbe Valentia Hispania denominata Roma Italia.

Roma nomen sacrum & ineffabile.

Perpetuitas Romana urbis.

Romula genti date remq3, prolemq3,

Et decus omne

Hinc Hieronym. q. 11. ad Algafiam, sic ait: Romanũ imperium ipsi qui imperant, æternum putant. Vnde secundũ Apoc, in fronte Meretricis purpurate, scriptum est nomen Blasphemix, idest, Romæ æternæ. Ita ille. Certum enim est per Meretricem illam, idest, Babylonem, de qua ibi loquitur Ioannes, intelligi Romam, quatenus peccantium, ac peccatorum confusione erat plena. Nam dicit ibi Ioan. Apoc. 17. & 18. Meretricẽ illã federe super septẽ mōtes: & esse Reginã, & luctũ nõ visurã, idest, perpetuò regnaturã. Quòd verò Babylon illa, Roma sit, patet: nõ proinde Roma sicut illa Babylon super septem montes ædificata est. Quò respiciunt Poetæ: Virgil. 6. AENEID.

Apoc. 17.

Apoc. 18.

Roma super septẽ mōtes.

Septemq3 vna sibi muro circumdedit arces.

Et Ouid. 1. Trist.

Sed qua de septem, totum circumspicit orbem,

Montibus, Imperij Roma, Deumq3 locus.

Et Horat. loco citato.

Dij, quibus septem placuere colles,

Dicere carmen.

D. Aug. 18. de Ciuit. c. 12. dicit Romã esse illã Babylonẽ, Idẽ habet Tertul. lib. aduer. Iudæos. §. Probatio natiuit. Christi, & lib. 3. contra Martionem, sed vice omniũ lege Hiero. super Isai. 24. in illis verbis: Attrita est ciuitas vanitatis. Quinimò D. Petrus in. 1. Epist. c. 5. nomine Babylonis intelligit Romã. Itã dicit Papias Apostolorum auditor, apud Euseb. lib. 2. hist. Eccl. c. 14. & Nicephor. lib. 2. c. 15. Perperuitas itaq; sublimitas, & constantia huius vrbs omnibus modis significata est:

Arbitror instituti mei, tam longa parenthesi, vos obli-

tos

A tos imò, vt veriùs dicã, vobis ego videbor oblitus. Sed nihil minùs. Nam ideò hæc à me dicta sunt vt non solũ rem ipsam, quæ est Roma, ostenderem Ecclesiæ clauum gubernaturam: verum & vocem ipsam Roma, non tantũ apud Hebræos, quorum omnia vocabula sancta sunt, & multis mysteriorum inuolucris circumuoluta: sed & apud Græcos & Aramæos ostenderem, significare firmitatem illam, & celsitudinem, quam habet sedes Beati Petri Romæ: vt vel ex hoc coniectari liceat Diuinum esse placitum, & institutum vt Romæ prima suæ Ecclesiæ, sponsæ amantissimæ, sedes, ac thalamus semper constet. Et hætenus de hac parte.

B Assertio, & explanatio alterius opinionis oppositæ.



Is nihil secius omnibus argumētis nõ obstantibus sit prima conclusio: Non videtur esse de iure diuino quòd Papa sit Romanus Episcopus. Itaque licet sit de iure diuino quòd in Ecclesia sit vnus Monarcha in spiritualibus, Christi vicarius, & Petri successor: qui quidem hætenus semper fuit, eritq; deinceps Romanus Episcopus: Cæterũ quòd iste supremus Pont. sit potius Romanus Episcopus quam Salmanticensis, aut Toletanus, idest, quòd potius Romæ, quàm Parisijs, Toleti, aut Salmaticæ sedeatur, nõ videtur ad ius diuinũ pertinere, sed ad humanum. Quod sub Romani correctione Pontificis dictum à me esse volo. Probatum primò, quia, vt habet S. Thom. quod lib. 4. art. 13. lex noua nulla alia habet diuini iuris præcepta, nisi moralia naturalia, & articulos fidei, & sacramenta: sed sic est quòd Pa-

VII. Non est de iure diuino quòd Papatus sit Romæ.

Probatio nes huius sen.

pam sedere Romæ, ad aliquod illorum non pertinet, ergo nec pertinet ad ius diuinum. Quod si dixeris, id quod ex diuina habetur traditione, & est ab Apostolis diuinitus promulgatum, etiam constituere ius diuinum, vt bene vidit S. Th. in illo art. in. 1. ar. Respondeo, Tamen si perpetua sit traditio q̄ Papa Romæ sedeat, at nō est diuina traditio, nec ab Apostolis diuinitus promulgata: sed est Apostolica traditio, de genere illarū, quas Apostoli propria autoritate instituerūt: quæ nō sufficiūt ad cōdendū diuinū ius, de quo multa infra dicitur sum. §. 15. in solut. ad. 4. & quarū meminit S. Th. illo loco in Solu ad. 1.

*Que sint que pertinent ad ius diuinum.* Secundò: Nihil ad ius diuinum pertinet, quod non contineatur in sacra Scriptura, aut sit diuina traditio aut ex altero horum deducatur per rectam, ac legitimam cōsequentiam: sed Papam Romæ sedere, nec expresse, nec latenter & tacitè habetur in Scriptura: nec ex his, quæ in ea continentur, deduci potest, etiam permultas, & quales consequentias, nec est diuina traditio, vt diximus obiter modo, & ex professo ostendemus inferius. §. 15. ergo non est de iure diuino. Confir. ex verbis, quibus Petro promissa est, & collata potestas, Math. 16. & 18. & Ioa. 21. in quibus nulla Romæ, aut alterius loci particularis mentio facta est, in quo pontificatus figeretur: sed id D. Petri, C ac Successorū iudicio relicū est. Et, vt bene tradit Caie. c. 13. suprā, Institutio Euangelica de his mutationibus nō se impedit: sed hanc loci, & vr̄bis designationē factis subsequētib; disponendā relinquit. Cōfirmatur hæc ratio, efficacissimè, nam tam longè abfuit Christus, cum Petrum instituit Ecclesie Principem, vt præciperet ei quidquam de Roma, quod per quinque annos priores, imò & per duodecim, Petrus non fixit Romæ sedē suā: sed post illos annos: nempe postquam quinque nullibi, septē ve-

rō

**A** rō, Antiochiæ federat vt omnes Ecclesiasticæ tradunt historiæ. At si de iure diuino esset vt Romæ federet, ibi à principio sedisset. vide infra. §. 10.

Quod si quisquam dixerit, Idcirco id esse de iure diuino, quia diuinam habuit Petrus reuelationem, vt Romæ moreretur. Hinc enim inferri videtur, diuinum esse institutum quod sedes Pontificia perpetuò esset annexa Romanis Episcopis. Respondeo, & obijcio aduersarijs, quod, vt bene tradit Soto. in. 4. d. 24. q. 2. art. 5. in fine, quāuis illius reuelationis historia ab Abdia, AEgesipo, Ambrosio, & alijs referatur: adhuc tamē nō tanta pollet auctoritate, vt rei tāti momēti solidū sit fundamentū. Præterea, quia licet illa historia irrefragabilis esset veritatis, adhuc collectio non esset satis firma. Nam Christus Petro apprensus non iussit, vt Romæ sedem figeret, sed vt Romæ subiret martyrium. Et quidem euenire posset, vt ille, qui totius erat orbis Episcopus, pateretur in vr̄be aliqua particulari, iubente Deo, sicut Moysen, qui totius populi Hebræi caput erat & princeps, iussit Dñs in certo loco animā agere. Quod si dicas id qd' rectè vidit Cordubē. lin. 4. Quætionarij. q. 1. proposi. 8. dub. 2. ex eo q̄ Christus præcipiebat, ac volebat Petrū Romæ mori, merito præsumi poterat Deū velle, ac præcipere vt Papatus esset Romæ quodq; ille, qui Romæ succederet in Episcopatu Petri, successurus etiā esset in papatu: nā in locū eius qui moritur, sufficitur ille qui succedit. Huic obiectioni dixerim, respōsurū me esse infra. §. 10. Nunc id solū dicā, nēpe adhuc nō esse satis firmā collectionē, & qualis esse debebat ad firmandū, ac cōstituendū ius diuinū. Nā in multos sensus detorqueri historia illa adhuc pōt. Præterea licet constaret Dei esse voluntatē vt papatus annexeretur Romæ, non continuò ad ius diuinū pertineret.

Aliud

*Apparitiō Christi facta B. Petro cuius sit auctoritatis & pōderis ad propositum.*

Deut. 34.



Aliud est enim iussus & voluntas, aliud statutum, & lex, A  
siue ius. Nam ordinatione Principum, vt maneant post  
mortem ipsorum, non sat est vt habeant vim cuiusdam  
simplicis voluntatis, sed vim statuti & legis oportet ha-  
beant. Non ergo fit quòd fit de iure diuino, Papatum  
esse Romæ, ex ijs coniecturis, quas nobis suppetit illa  
historia.

*Quòd per.  
37. annos à  
morte Chri-  
sti non erat  
diuinum ius,  
ut Papa esset  
Romæ.*

Tandem, quia si hæc historia tanta pollet veritate, &  
authoritate, iam sanè ex ea conspicuum habemus, quòd  
triginta septem annis post mortem Christi, non erat de  
iure diuino, vt sedes Pontificia esset Romæ. Nam, vt il-  
la habet historia. 37. anno à morte Christi, D. Petrus, ro-  
B  
gatu fratrum, Romam deserere, & in aliam ciuitatem  
transmigrare volebat. Quod & faceret nisi diuino oracu-  
lo reuocaretur Romam. Signum ego est sufficientissi-  
mum, ex eo vt conijciamus, Christum dum viueret, ni-  
hil vnquã viua voce, nec implicite & latenter insinua-  
se Diuo Petro vt Romæ figeret pedem, ac sedem. Vnde  
per quinq; primùm annos nullibi sedit, & per septem se-  
quentes, Antiochiæ: deinde per. 25. Romæ: Et inde iam  
aliò parabat se conferre. Non itaq; erat diuinum ius vt  
Romæ esset prima sedes. Dicere autem quòd tot annis  
post mortem Christi, aliquid cæperit in ius diuinum po-  
C  
situum cooptari, admitti, ac recipi quod à Christo dum  
apud viuos ageret, expresse, aut implicite non fuisset tra-  
ditum, inauditum est: ac proinde id ego non admittam.

### VIII.

*Licet esset  
de iure diui-  
no Papatum  
esse Romæ  
posset ex cau-  
sa mutari à  
Pontifice.*

Secunda cõclusio: Quauis de iure diuino esset, quòd  
S  
summus pontificatus esset Romæ, ad huc tamen ex  
magna & vrgentissima causa, dispensari per Ecclesiam,  
aut per solum Papam posset, vt aliò transferretur, & alte-  
ri annexeretur Ecclesiæ. Nã rogo, Vndenã habet sum-  
mus Pontifex tantum authoritatis, vt ex causa dispenseret

A  
in votis, & iuramentis: quorum obligatio est de iure di-  
uino naturali, & non tantum diuino positiuo, de quo so-  
lum est nobis sermo? Quòd si hoc exemplū nō arripserit  
vt non arripserit suspicor: nam id fortè non est dispensa-  
re in iure diuino. At certè quando interuenit rationalis  
causa, inferiores in superiorum legibus, & statutis dispen-  
sant aut declarant, quia per epicheiam censent, talem dis-  
pensationem non pugnare cum legislatoris intentione.  
Hac de causa quauis diuino iure naturali prohibete sint  
nuptiæ inter fratres, vt dicunt Sot. Can. Anton. Couar.  
Cather. Maioris, & alij: (licet negent alij) quorum loca  
B  
referre nec volo, nec possum, nullus ire potest inficias,  
quin Protoparentum nostrorum filij cum sororibus  
suis contraxerint. Vis ne certius exemplum? Ius di-  
uinum vetat, parentes misceri cum filijs: at si, pereun-  
tibus cæteris, soli superessent Pater, & Filia, possent  
contrahere vt habent Soto, Magister à Veracrucis Io-  
sephus Angles, &c. Quauis quædam alia sunt de iure  
diuino penitus indispenfabilia, propter innatam, &  
intrinsecam quam habent malitiam, vt mendacium,  
fornicatio, furtum, quæ ex nulla causa valent licite fie-  
ri. At huius generis non est quòd pontificatus sit extra  
Romam. Adde & aliud exemplum: quòd sacrum Eu-  
C  
charistiæ sacramentum celebretur integrum atque per-  
fectum in pane & vino, de iure diuino Euangelico est, vt  
satis patet: nihilominus tamen ex magna & vrgentissima  
causa, vt putà in regione aliqua Septentrionali, vbi vinū  
nullo modo esse, aut asportari posset, Papa dispensare  
posset vt in solo pane fieret cõsecratio, vt ego credo, licet  
id nō credant quidã alij. Similiter ergo si casus eueniret,  
quem Deus auertat, quòd Roma Romaniq; omnes fan-  
ditus absumerentur: aut tota Italia à Turcis inuaderetur,

*Papa dispen-  
sat in iure di-  
uino.*

& caperetur, ita ut nullus religioni locus ibi esset: non dubito quin Papa Salmanticam migrare, & ibi sedem posset figere: donec, dante Deo, Roma suæ libertati, ac religioni restitueretur. Quauis visum fuerit Iacobatio, lib. 8. ar. 6. & alijs, quòd tunc temporis vbiq; Pontifex resideret, diceretur esse Romana Ecclesia.

## IX.

*Quòd per se loquendo, posset Papa alio transferre papatum.*

**T**ertia conclusio: Salua sanctæ Romanæ Ecclesiæ censure, videtur dicendū, quod si Sanctissimus D. N. Syxtus Pont. Max. totā veller suæ plenitudinem potestatis exercere, posset Apostolicam sedem ab Ecclesia Romana remouere, eā ut alteri admoueret Ecclesiæ. Præfens conclusio per se loquendo, vera est. Nempe habitacione plenissimæ potestatis, qua Papa fungitur: & rei ipsius, quæ secundū, se iure tantū cōstat humano, non diuino, ut probatum est. Nam ex accidenti existimo id fortè facere non posse Pontificē. Quod sequenti debeo conclusione dirimere. Neq; verò disputo utrū licitè id possit facere: siquidem certo certius est, quod si citra magnam causam, & grauissimā, ac maturū consiliū id tentaret efficere, grauissimū ipse scelus, & flagitium perpetraret. Non enim omni lege exēptus est pontifex, & eius facta iudiciū Dei subterfugiunt. c. aliorū. 9. q. 3. Nec ad libitū Ecclesiā perdere, ac dilapidare potest, & quæ ad perpetuā ordinata sunt vtilitatē, variare: sed eius potius debet saluti prospicere. c. quæ ad perpetuā. 25. q. 1. Disputo itaq; de eo, quod secundum absolutā Papæ potentiam fieri posset.

*Probatum hæc sent. 1. ex eo quod id non est de iure diuino.*

Primū omnium, ut appareat quā sit hæc mea sententia sanæ ac veræ Theologiæ, & sacris canonibus consentanea, in mediū adduco S. Tho. supra quodlib. 4. art. 13. vbi sic dicit: Papa habet plenitudinē potestatis in Ecclesia, ita, ut quæcunq; sunt instituta per Ecclesiā, vel Ecclesiæ prælatos, sunt dispensabilia à Papa: non verò ea quæ sunt

**A** sunt iuris diuini, aut naturalis, quia ista habēt efficaciam ex institutione diuina. Quæ autē sunt iuris diuini, & naturalis ad tria statim mēbra reducitur: scilicet, ad præcepta moralia legis naturæ, ad articulos fidei, & ad sacramenta gratiæ. Et in solut. ad argu. adiungit ijs diuinas traditiones ab Apostolis diuinitus promulgatas: Horū autē nullū est, quod primaria Ecclesiæ cathedra sita sit Romæ: Ergo super hoc cadere potest dispensatio papæ. Quòd verò non sit diuina traditio, (nā reliqua non egent probatione) explicatum cursim à me est. §. 7. in prima, & vltima ratione. 1. concl. & explicandum fusius infra. §. 15. & penitus enucleandum. §. 10. & 13. quæ loca priusquam lector videat, nolo ut de mea hac opinione, iudicium proferat.

Secundò quid de amplissima potestate papæ sentiant Doctores Scholastici, paucis accipe. Duo sunt rerum, ac personarum genera, quibuscum Romanum possumus comparare pontificem. Quædam nanque supernè, quædam infernè pontificem spectant. Et quidē si de superioribus agimus, solus est Deus, quem iudicem timere potest Papa. Vnde in. cap. si Papa. 40. d. dicitur. A nemine iudicari posse Papā, nisi à fide deuiet. Et quia exceptio facta firmat regulam in contrariū, ut habēt iura,

**C**hinc est quòd quatuor esset Papa Simoniacus, scandalosus, ac incorrigibilis, modo non sit hæreticus, non est depellendus, & iudicandus, sed obseruandus potius, & obediendus. Ita etiam in. c. fin. 79. d. & c. nemo. 9. q. 3. & c. facta. & sequentibus. Præsertim cap. aliorum. sic dicitur: Sedis illius Præfulem suo, sine quæstione, Deus reseruauit arbitrio. Voluit Beati Petri Apostoli successores cœlo tantū debere innocentiam, & c. solus itaque Deus est maior Papa, nā autoritate & potestate cæteris etiam Sanctis existentibus in cœlo. c. de libellis. 20. d. etiam ipse

*Papa superiorior: ac iudicem in terris non habet.*

*Papa quantum sit scandalosus, & incorrigibilis, modo non sit hæreticus: est obediendus, & tolerandus.*

**Papa maior Angelis.** Angelis maior est, vt ex Hostien. & Augustino de Anco A  
*Angelis. & sanctis. quâ tum ad potestatem. &c.* na Ordinis nostri eruditissimo Doctore, tradit D. Ant. 3. p. tit. 22. c. 5. §. 1. 2. 3. & 4. & Cata. glor. mund. p. 4. Confid. 7. Quod itaq; Papa quantumuis scandalo sit toti Ecclesiæ, & pessimus, ac immanibus se deuoluat peccatis, tolerâdus sit, & obediendus, (vt concludam) ex Hug. Alb. Alex. S. Tho. Bona. Ric. Pal. Heru. & Petro de Tarant. grauissimis Theologis: & ex Inno. Host. Archid. Ioan. And. Iuristarum principibus ostendit Turr. lib. 2. sum. c. 93. & 98. Aug. de Ancon. de potest. Pap. q. 5. art. 4. D. Ant. 3. p. tit. 22. c. 4. §. 3. & Mag. Vict. R. elect. de Pot. Pap. n. 17. Sylu. &c.

**Papa supra Concilium.** Si verò conferamus Papam cum inferioribus, idest, B  
*& omnia Ecclesiæ Concilia, quâ tum ad auctoritatem iurisdictionis.* cū omnibus fidelibus, cūq; omniū Pontificū, ac Conciliorū decretis, & statutis: sic quidē dicā quæ apud probatos authores reperio. Alu. Pelag. lib. 1. de Planctu Ecclesiæ. ar. 6. si tota, inquit, simul Ecclesia, sentiret in aliquo negotio cōtra Papā, sententiæ Papæ standum esset, nisi in causa fidei. Et ar. 7. & 17. In omnibus, inquit, quæ non fuerint expressè cōtra Deū, obediendum est Papæ. Sylu. est. verb. Papa. §. 3. & ver. Conciliū. §. 3. hanc eandē expressam sententiā amplectitur, & dicit esse omniū Theologorū, quibus omnino standū est potius quàm Iuristis, quoniā materia C  
 est Theologica, cū Papæ potestas ad ius diuinū pertineat. Et §. 15. allegat S. Tho. dicentē, Possē Papā statuta etiā Concilij generalis tollere. Ad idē est Iacobat. lib. 6. de Concil. artic. 2. vbi ait: Si esset dubiū, an id quod Papa præciperet, esset peccatum, standum esset sententiæ Papæ, etiam cōtra Concilium: quia lex Papæ quantumcūq; sit dura seruanda est. c. in memoriam. 19. d. Et addit; si Papa ederet legem, non quidem impossibilem, sed aliā duram, & veller tollere antiquam à Concilio editam, & nouam

A nouam edere sibi fauorabilem, & de nuda voluntate, & potestate plenitudine, illam statueret, seruanda esset sententia Papæ. Et ita vult Gloss. quam Doctores sequuntur, in. c. vbi periculum. de elect. & c. nemo. 9. q. 3. & c. sicut. 15. d. Ad idē est. c. mutationes. 7. q. 1.

Quòd si opponas illud. c. sicut. 15. d. cui fauet. c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. ex quo habetur, quòd Papa non dispensat contra quatuor principaliora Concilia. Respondeo, ibi reddi rationem: Quia illa Concilia continent fidem. Ex quo fit in his quæ fidem non concernunt, posse conciliorū statuta derogare Pontifici. Vnde ad bonū sensum

*Obiectio. Solutio.*

B existimo concedi posse cum Canonistis vulgò Papam posse omnia, ac immeritò Turrianū, lib. 3. de sum. Pont. auth. id vulgare proloquium reprehendere, vt ex transcurso modo vidimus, visuri oculatiùs infra. §. 15. vbi multiplex cap. explico, quæ habentur. 25. q. 1. & contra nos esse videntur. Ex his itaq; omnibus liquidò colligitur tanta Pontificem pollere potentia, vt rescindere valeat hanc legē, qua vrbi Romanæ addicta est summa potestas ecclesiæ.

*Papa omnia potest.*

Tertiò: Exaggeremus ampliùs Romani facultatem Pontificis (si tamen exaggeratio est tantum deferre papatui.) Iacobus Almain. lib. de Pot. Eccl. c. 14. differit an etiam contra Apostolorum statuta, imò & contra ipsas D. Petri constitutiones dispensare possit Papa. Et non solum affirmat ipse, verum dicit, hanc esse communem vocem Iuristarum, & Theologorum: horum in. 4. d. 27. illorum in. c. auctoritatem. 5. q. 6. Quibus annumerare possumus Cordub. lib. 1. Quæst. q. 16. Opini. 2. Gasparem Casal. lib. 2. Axiomatum ar. 3. c. 10. Sylu. ver. Papa. §. 14. & 15. & ver. Concilium. §. 3. Iacob. lib. 5. art. 15. & lib. 10. ar. 15. De quo rursus suscipiendus nobis sermo est infra. §. 15. Atq; adeò quàm libet firmum D. Petrus, & omnes in vnum

*Quòd Apostolorū etiā D. Petri constitutiones potest Papa abolere.*

coacti Apostoli, statutum aliquod, quod papalis auctoritas semper esset Romæ, astruxissent, deltruere id possent quilibet Succellorum. Sanè, vt perspicuè vidimus. §. 7. in prima, & vltima ratione primæ conclusionis, D. Petrus non diuino iure Romæ sedit. Vnde Antherus Papa ad Bæthicos, & Toletanos. Episcopos scribens. c. mutationes. 7. q. 1. sic ait: Petrus sanctus Magister noster, de Antiochena ciuitate vtilitatis causa est translatus Romam, & c. Planè non iure diuino, sed sponte potius sua, vt ex textu colligitur. At ipse Diuus Petrus non potuit legem ferre quatenus Pontifex, & caput erat Ecclesiæ, qua successores obligaret: quia par in parem non habet imperium. cap. Innotuit. de elect. Eo autem ipso quod sunt Petri successores, non vicarij, vt vidimus. §. 2. palam liquet, omnem quam ille habuit potestatem, & ipsos habere. Quod etiam affirmant Vict. Relect. de potest. Eccles. q. 2. num. 14. & 17. Almain. lib. de potest. Eccles. cap. 5. Simancas in Catal. Instit. tit. 45. nu. 6. cuius ratio ea est, quia clauis, ac potestas Ecclesiæ non sunt traditæ Petro personaliter, sed pro eo, & successoribus. cap. solitæ. de maiorit. & obed. & c. per venerabilè. Qui filij sint legit. & c. ad Apostolicæ. de re iud. de quo latè Iacob. lib. 10. art. 7. pag. 677. Scio ex tã multis priuilegijs, ac potestatibus, quibus Christus D. Petrum cumulare dignatus est, quedam ipsi soli, & non in suos successores transferenda, collata fuisse: Quod tradunt Theologi, Dried. lib. 4. supra. c. 3. p. 3. ad. 2. & Vict. Relect. de potest. Eccl. nu. 17. Cano de Locis, lib. 6. c. 8. Caiet. de primat. Rom. Eccl. c. 12. initio, quale est illud priuilegium, Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis, & c. quale est etiã munus Apostolatus, & c. At vè rò quæ collata sunt ei vt pastori totius ecclesiæ, vt principi, vt papæ, omnino cunctis eius successoribus eadem ant

pli-

A plitudine collata fuisse, credendum est, cū D. Aug. in. c. quodcunq; 24. q. 1. Ac proinde nihil statuerunt Apostoli, nihil D. Petrus vt caput erat, & Papa, quod abolere, ac an nullare nō possint modo Rom. pontifices. De quo adhuc infra. §. 15. latè.

Quartò: A simili, qui non est modus arguendi prorsus inualidus, argumentemur. Docet Theologi, nominatim sapientissimus Vict. in illa. q. 2. Relectionis. nu. 23. proposito. 10. & ex Iuristis Sim. in Inst. Cat. tit. 45. nu. 18. D. Petrum potuisse eligere, ac designare successorem, qui se vita functo, absq; alia electione. Summus pontifex esset: & B addit, tantundè posse quilibet successorū. Quod & fecisse videtur D. Petrus nominādo, & designādo D. Clemētē, vt dicūt intemeratæ fidei scriptores, Ruffinus in Præfatione Recognitionū Clem. Damafus in Vita Clemētis Hier. lib. de Vir. Illust. A Egessip. Nicepho. & alij ex antiquis & V val. lib. 2. Doctri. c. 30. & 31. & D. Ant. l. p. hist. tit. 6. c. 4. §. 3. & tit. 7. c. 2. initio. & habetur. c. si Petrus. 8. q. 1. Quāuis id negent Iacoba. lib. 5. ar. 21. & lib. 10. art. 7. in solut. ad. 11. & Almai. lib. de Authori. Eccl. c. 9. ex Armachano, lib. 7. de Quæstio. Armenorū. c. 19. De quo multa Turrec. lib. 2. sum. c. 51. & Caiet. & alij. Si itaq; tanta eminent Pōtifex potestate, vt nominare valeat successorem, cur non nominare locum poterit, & designare? An ne melioris conditionis est locus quàm persona, vt dicamus. nominari posse personam, non locum?

C Confir. quia, nisi ego cæcutio, hoc nō est quidquā auctoritatis detrahere Romanis episcopis: imò multū ei potestatis attrahimus, si dicamus, nō esse ad eò cōstrictū, & alligatū Romæ Papam, vt si aliò commigret non sit Papa: In Apostolica enim sede. totius Ecclesiæ Christus posuit principatum. c. basilicas. de Consecr. d. 1. in fin.

&amp; in

Papa potest nominare successorem, cui omneste neantur obedire.

Quod nostra sent. potius auget quàm minuit potestatem Pape.

Tātū potest quilibet Papa quātū D. Petrus in quātū Papa.

An omnis dignitas que fuit in B. Petro. sit nunc in Syxto V.

& in. c. nolite. 11. d. non verò Romæ, aut Tolleti. Vtq; ha-  
 bent elegantissima illa D. Hieronymi verba Epist. 44. **A**  
 quæ magnoperè commendat Vvalden. supra. c. 41. Non  
 altera Romanæ vrbis Ecclesia, altera totius orbis æsti-  
 manda est. Et Gallia, & Britannia, & Africa, & Persis, &  
 Oriens, & India; & omnes Barbaræ nationes vnum Chri-  
 stum adorant, vnam obseruant regulam veritatis. Si au-  
 thoritas quaeritur, Orbis maior est Vrbe. Vbicunq; fue-  
 rit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constanti-  
 nopoli, siue Rhegij, siue Alexandria, siue Caphnis, eius-  
 dem est meritum, eiusdem & sacerdotij. Hæc ibi. Coniun-  
 gamus his verba Vvalden. supra. c. 41. in fin. Vbicunq; Papa **B**  
 sedeat, siue Romæ, siue Eugubij, ibi noster fulget antistes.  
 Non habet necesse noster præsul, vt in Romana Sede  
 mendicet authoritatem, sed vendicet. Hæc ille. Porro qui  
 asseuerant Papam, nisi Romæ sedeat, non esse Papam,  
 planè affirmant, Papam ab vrbe Romana mendicare po-  
 testatem: quod dictum indecorum videtur. Non enim lo-  
 cus hominem, sed homo locum sanctificat. c. multi. c. nos  
 qui. c. non loca. 40. d. Et ratione huius Romana Ecclesia  
 fundata est in Petro, non Petrus in illa. c. ita dominus. 19.  
 d. & c. fundamenta. de elect. in. 6. Et amplius Ecclesia ip-  
 sa est, vbi est Papa, & ibi sunt limina Apostolorum. c. ego. **C**  
 de iureiur. quod adducit Iacob.

Quintò tandem ab aduersarijs inquiramus; quis nam  
 fuit primus ecclesiæ Pontifex? Quis primus Papa; (loquitur  
 de statu euangelicæ legis, ac gratiæ.) Nonne Chri-  
 stus? Is aurem nunquid alicui in speciali præfuit ecclesiæ?  
 Fuit ne magis Romanæ antistes quam Toleranz; aut  
 Hierosolymitanæ? Minimè sanè. At summi ecclesiæ Pæ-  
 trifices Christo succedunt: ipsi sunt vniuersales Vica-  
 rij. Ergo ne ex eo quòd aliquis successorum, Romæ spe-  
 cialiter

**A** cialiter Christi cathedram fixit, non erunt vicarij Chri-  
 sti qui Romæ sedere noluerint? Vnde illis compedes in-  
 iecti sunt? Quis potestatis Pontificiæ amplitudinem, &  
 maiestatem tam angustis constrinxit limitibus, vt Ro-  
 mæ episcopatum non possint deferere (per se loquendo)  
 ac per totam Christianitatem liberè vagari, nulli addicti  
 Ecclesiæ, sed omnium æqualem curam gerentes: vt ex-  
 plicaturus sum. §. 13. in solut. ad. 1. nisi ex accidenti id fa-  
 cere prohibeantur, vt sequenti conclusione tractabo.

**B** Resolutorie ergo dico. cum Sot. lib. 1. de Iust. & Iur. q.  
 7. art. 3. & lib. 2. q. 3. art. 8. ex Innoc. cap. cum ad monaste-  
 rium. de statu monach. & ex Panor. c. non est voti. de vo-  
 ro & voti redempt. In his quidem quæ sunt de iure diui-  
 no, si Papa absq; causa dispenset, factum non tenerè: nec  
 talem dispensatum esse tutum in conscientia, vt quantū  
 ad hoc verè dixit Cordub. lib. 1. q. 19. Iacob. lib. 4. art. 4.  
 pag. 228. & Ricard. in. 4. d. 38. q. 8. art. 1. at in his quæ iure  
 tantum constant humano, peccat quidem si sine causa ir-  
 riter, ac dispenset, at factum tenet, vt etiam dicit Vict. de  
 Potest. Pap. num. 14. ex Gloss. & ex Syluest. verb. Papa.  
 §. 15. De quo rursus acturi sumus infra. §. 15. Teneret itaq;  
 factum si sedē Apostolicā Papa traducere, aut transuer-  
 tere niteretur Salmanticam. Et exinde non Romanus,  
 sed Salmanticensis Episcopus esset Papa: cui proinde om-  
 nes parere teneremur. Verum si exactam huius resolu-  
 tionem cupis, attende hæc argumenta.

**O** Bijci namq; aduersus hanc sententiā, præter ea quæ  
 à principio obiecimus, quibusq; nondū respōdimus,  
 potest. Quia solus ille qui succedit Petro, fungitur pote-  
 state papali, vt satis patet. Sed solus ille qui est Roma-  
 nus Episcopus, succedit Petro, Ergo solus ille est Papa.  
 Hoc argumentum inde suas accipit vires, quòd eo ipso  
 T t quòd

*In iure hu-  
 mano sine  
 causa ualet  
 dispensare  
 Papa, in di-  
 uino uero ex  
 causa.*

**X.**  
*Duo arg. dif-  
 ficilia quib⁹  
 exactissimè  
 explicatur in  
 ta quaestio.*

quod quispiam Episcoporum definit esse Romanus episcopus, definit esse successor Petri. Nam successor esse nõ potest Episcopi Salmanticensis, nisi Episcopus Salmanticensis, vt certo certius liquet. Ergo similiter D. Petri, qui fuit Romanus episcopus, successor esse non potest, nisi Romanus episcopus.

Secundò potest obijci: De iure diuino solùm tenemur recognoscere Romanos episcopos, ceu vera ecclesiæ capita, ac principes: alios autem non vt capita Ecclesiæ, sed vt prælatos subordinatos illi, ergo eo ipso quod quis definit esse Romanus episcopus, cessat in omnibus obligatio colendi & obediendi ei tanquam summo ac primo capiti.

*Ad. i. Notanda distinctio duplicis potestatis, quæ fuit in D. Petro, uel ut Romanus Episcopus, uel ut Papa.*

Ad primum horum existimo responderi quã optimè posse, distinguendo duplicem in D. Petro, qui fuit Romanus episcopus, potestatem. Primam quidẽ, qua solũ erat episcopus Romæ, sicut singuli Apostoli singularũ erant ecclesiarum episcopi. Alteram, qua totius erat caput, ac princeps Ecclesiæ. Et quidem quantum ad primam attinet potestatem, qui non esset Romanus episcopus, illius successor dici non posset. Quantum verò ad alteram pertinet potestatem, existimo non oportere, vt quis sit Romanus episcopus, ad hoc vt illi dicatur succedere: statuetur, ac declarante ipso met Romano episcopo, non vt Romanus est, sed vt Vniuersalis est ecclesiæ princeps, quod quanuis quis non sit Romanus episcopus, sit Vniuersalis pastor Ecclesiæ. His addiderim quod si Syxtus V. Pont. Max. de facto cum sede ac curia deueniret Salmanticam, & seipsum ecclesiæ Salmanticensi præficeret in pastore: & priuatum alium Romæ, qui vrbis esset episcopus, dereliqueret: iam ille, qui ex Syxti decreto, & Cardinaliũ electione, ac ecclesiæ voluntate succederet in ecclesia Salmant-

**A** manticensi (intendentibus Syxto; Cardinalibus, & Ecclesiæ, quod ille etiam Vniuersalis esset præfectus Ecclesiæ, & non priuatus ille alter, qui Romæ remaneret: nec alius, qui illi succederet) iam, inquam, deinceps Salmanticensis, & non Romanus esset summus Pontifex. Donec voluntate Ecclesiæ, ac nouorum Pontificum, alicui alteri ecclesiæ, aut verò pristinæ Romanæ Papatus restitueretur. Quæ adhuc. §. 13. explicanda sunt.

**B** Ad aliud respõdeo, de iure diuino esse quod Papæ, qui cunq; ille sit, quiq; à principio, & nunc, & semper fuit Romanus episcopus, subijciantur omnes fideles, ceu membra capiti: non tamen inde fit quod sit de iure diuino vt ille Papa sit Romanus Episcopus. Sanè ex alijs plerisq; materijs exempla licet petere. Sunt nanq; multæ leges, ac iura, quæ humana sunt potestate sancita: ac proinde humanitus etiam aboleri possunt. Nihilominus quando stant, ad ius diuinum pertinet, eis vt pareamus: & contra diuinum ius delinquimus, ea si violemus. Vt, humanitus taxatur pretium tritici: at eo semel taxato, iure diuino tenemur illud non transilire. Item, iure humano, seu iure gentium facta est rerum diuisio & appropriatio: at semel facta, in ius diuinum peccat, qui propriam rem alteri surripit, &c. Sic humanitus appropriatus est Papatus Romæ, eo tamen semel appropriato, diuinitus Romanum Episcopum tanquam verum Papam tenemur recognoscere. Per hoc tamen non tollitur quin humana possint hæc omnia autoritate mutari, & innouari: quibus iam innouatis, non tenebimur iure diuino illis morem gerere, sed alijs, nempe illis, quæ loco illorum succederent.

**S**ed, vt non solũ rationes rationibus, & scripturis scripturas tradamus: sed etiam Doctores Doctoribus

*De iure diuino non est quod omnes subijciamur Romano Episcopo, nõ ut Romanus est, sed ut Papa est.*

*Nota maxime hæc exempla.*

**XI.**  
*Referuntur authores pro hac nostra sententia.*

opponamus: ne aliqua ex parte præcedens sententia præsentem vincat, proferamus nonnullos huius nostre patris sententiæ. Magister Soto, Dominicanus, scholæ huius Professor Primarius, in. 4. d. 24. q. 2. ar. 5. in fine, eam, vt à nobis est asserta, & explicata, tenet expressissimè. Antonius Cordubensis Franciscanus, lib. 4. Quæstionarij. q. 1. proposit. 8. dub. 2. eandem amplexus est post multa, sic dicens: Igitur institutio diuina est quòd sit Papa, & patus supra totam Ecclesiam: humana autem, quòd huic vel illi personæ vel ecclesiæ applicetur: vel quòd sit in Ecclesia Romana, vel in alia particulari. Gaspar Casalius Augustinianus, Regius apud Lusitanos Concionator, Conimbricensis Episcopus, lib. 2. Axiomatum Christianorum, art. 3. cap. 8. subscripsit huic assertioni dicens: Est quidem nunc, fuitq; semper à Petro vsq; ad nos Apostolica sedes in Romana Ecclesia. Verùm non sic, quin posset Papa inde ad aliam Ecclesiam Sedem transferre. Tum exemplo Petri, qui primùm Antiochiæ eam habuit: tum quia primatus huiusmodi nulli particulari Ecclesiæ, aliquo diuino iure, adscribitur. Quo fit, vt diuina sit eius institutio, humana autem eius isti, vel illi Ecclesiæ applicatio. Quæ autem humana sunt, Papa mutare potest. Hæc ille. Caietanus, lib. de Prim. Rom. Eccles. cap. 13. post quàm varius in processu quæstionis, in vtrumque se latus verterat, tandem in solutione ad. 7. à nobis esse videtur: nam dicit, Romanum Pontificem non esse ex institutione Christi, prælatum cæteris Ecclesijs, & fidelibus: sed solùm præsupposita appropriatione Romanæ Ecclesiæ ad Petrum. Et statim: Sufficiebat, inquit, quòd tota Ecclesia recognosceret Petrum, vt totius Ecclesiæ pastorem: post appropriatam autem Romanam Ecclesiam,

A Ecclesiam, oportet recognoscere Romanum pōtificem successiorem Petri pastorem totius Ecclesiæ: Et addit: Non quatenus est Romanus Pontifex, sed quatenus est successor Petri, per se & formaliter loquendo. Quæ planè mea est expressa sententia. Vvaldensis Carmelitanus lib. 2. Doctrinalis. c. 41. huic parti vehementer annuit: nā sic dicit: Vbicunq; Papa sedeat, siue Romæ, siue Eugubij, ibi noster fulget Antistes. Non habet necessè noliter præsul, vt in Romana sede mendicet authoritatem, sed vendicet, &c. Et verba Antheri Pontificis, quæ illic refert, ad idem faciunt. Petrus de Palude, Tractatu de Causa immediata Ecclesiæ, pot. artic. 4. con. 3. in idem declinat: nam distinguit, & dicit in hunc modum: Romanam Ecclesiam esse fundamentum aliarum, exponitur, id est, Ecclesia, vel sedes Petri, non Ecclesia Romana, &c. Innuit quòd licet non sit Romana, potest esse sedes Petri.

B

H His nihilominus quart àttextimus cōclusionē, sub præfata Pontificis Romani cēsurā. Si Paparum quispian eò deueniret audaciæ, vt, absque rationabili causa, & Ecclesiæ consilio, sed suoapte Marte & ingenio, sedem Apostolicam, Roma abiunctam, adiungere vellet Salmanticensi Ecclesiæ, minimè hac in parte esset ei à fidelibus obediendum, sed resistendum potius. Et hac quidem in materia eius iussus, & censuræ timendæ non essent. Bene memini, concordem Doctorum hanc esse sententiam, vt partim à nobis suprā. §. 9. tactum est, quantumuis Papa sit incorrigibilis, & scandalosus, iudicem in terris non habere, præterquam in casu heresis: eò quòd eiectione Papæ, & damnatio iudicio Dei reseruatur. c. eiectione. 79. & c. nemo. & c. facta. 9. q. 3. & c. licet. de elect. De quo multa ibi. & c. canones. & c. cuncta. &c. Et præcipuè c. si Papa. 40. d. super quo cap. in signiter dece-

## XII.

*Si absq; causa, & Ecclesiæ consilio Papa uellet sedem mutare, non esset ei hac in parte a fidelibus obediendum, sed resistendum potius.*

pra est Glossa, dicens: Non tantū pro hæresi, sed pro quo A  
cunq; crimine notorio scādalofo Simonix, vel adulterij,  
vel simili, si incorrigibilis est, Papā posse deponi. Oppo-  
situm itaq; omninō reneri debet: vt Aug. de Ancona, Syl-  
ueft. Palud, &c. Nihilomius tamē quamuis sola sit hæ-  
resis, obquā deponi potest, sunt tamē per plures alterius  
generis casus in quibus minimē obediendum ei est. Præ-  
clare D. Ant. 3. p. tit. 22. c. 4. §. 3. & Turrecre. lib. 2. sum. c.

*In solo casu  
hæresis de-  
ponendus est  
Papa, sed in  
multis alijs  
resistendus,  
& obuian-  
dus.*

106. sic dicunt: Si Papa, pro vt exemplificat D. Petr. de  
Pal. Thesaurū Ecclesiæ veller dare parentibus suis, aut  
Ecclesiā S. Petri destruere, & ædificare ex ea palatia pa-  
rentibus suis, aut dare patrimoniū S. Petri, nō esset ei per-  
mittendum, sed resistendū, & non obediendū: sine tamē B  
eius depositione. Similiter, si veller cōtra statum Vniuer-  
saliſ Ecclesiæ generaliter aliquid attentare, sicut si veller  
omnes episcopos deponere. c. per principalem. 9. q. 3. aut  
similia, ex quibus vniuersalis turbaretur Ecclesia. Et hoc  
modo dicunt Hostiensis, & Inno. & Archid. quod nō ef-  
set Papa sustinendus, id est, permittendus: Sed ei, tamen  
cum humilitate, & reuerentia resistendum foret. Hæc  
Tur. Et addit D. Ant. ex Palud. Quando Papa est ita ma-  
lus, q̄ moribus suis destruit Ecclesiā Dei, tunc exemplo  
Pauli, qui Petro in faciem restitit, quia inducebat gentes C  
ad Iudaizandum. 2. q. 7. c. Paulus. sic Papæ in malis nō ef-  
set obediendum, sed resistendum per honestam repre-  
hensionē. Eade est cōmunis doctorū mēs. Sylueft. verbo  
Cōcil. §. 3. In cōcernētibus, inquit, vniuersale statū Ecclē-  
siæ, nō pōt papa disponere cōtra statutū Cōcilij Genera-  
lis, neq; decolorare vniuersalē Ecclesiæ statū. 1. q. 7. c. Et  
si illa. Idē Inno. c. Quanto de consuet. Vnde dicit Petrus  
de Ancarrano q̄ potest Papa tollere hoc, vel illud statu-  
tum iuris positum, sed non omnia simul: quia hoc esset  
destruere

*Galat. 2.*

A destruere vniuersalem Ecclesiam. His adijce Iacobatiū,  
vbi suprā, in solutione ad. 16. vbi idem dicit ex. c. Cū qui-  
dam. 25. q. 1. & ex Innocent. c. Inquisitioni. de sentent. ex-  
com. Et paulō ante sic dicit: Mihi placet quod Papæ scā-  
dalizāti Ecclesiam vniuersalem, & incorrigibili, potest  
resisti, sed non deponi, nec iudicari. Vide ipsum lib. 4. de  
Concil. art. 4. laūsimè, & lib. 6. ar. 1. §. Quid dicendum.  
& addit rationem, Quia ipse Papa curare debet, vt sa-  
lus vniuersalis Ecclesiæ salua sit. c. Quæ ad perpetuā. 25.  
quæst. 1. Victor. Relect. de Post. Pap. nu. 23.

Diffinitio itaque quod quanuis omnes leges humane,  
B humana sint voluntate sancitæ, non inde fit posse ad li-  
bitum, & citra omnem causam & rationem, eas destrue-  
re & abolere Pontificem. Alioqui nouam ipse ferē Ec-  
clesiam posset condere, si omne decretum, omnes decre-  
tales Pontificum & Conciliorum autoritate ordinata,  
eo quod positivæ & humane leges sunt, posset destruere,  
& alias ipse leges ac iura construere. Certo certius Theo-  
logis est, vt tractat Victoria in Relect. n. 18. ex D. Thom.  
in. 1. 2. leges, ac præcepta, vt subditos obligent, iusta ac ra-  
tionabilia esse debere. Et quanuis examinare, an supe-  
riorum iussa sint rationabilia, subditi non debeant ta-  
C men quando tam manifestam præferunt insolentiā, &  
tā apertē à regula rationis præcepta maiorum deuiant,  
quantū voluntas Romani Pontificis deuiaret si absq;  
vlla causa sedem Apostolicam aliō transuerrere conare-  
tur: sanē nullatenus esset ei obediendum, sed resisten-  
dum potius, propter certissima schismatis, & aliorū nocu-  
mentorū pericula, & vniuersalis Ecclesiæ perturbationē,  
quæ ex tali mutatione meritō timeri possent. Nō itaq; ef-  
set ei obediendum, quātumlibet solum sit de iure huma-  
no, quod sedes Apostolica, Ecclesiæ sit annexa Romane.

*Non potest  
Papa annul-  
lare totum  
ius canonici-  
cū, & aliud  
condere, li-  
cet humani-  
tus sit statu-  
tum.*

*Quod pluri-  
ma damna se-  
querentur,  
& scandala  
in Ecclesia,  
si papatus  
aliō transfer-  
retur.*

Quam



Quam certò autem schismata, & scandala in Ecclesia se-  
querentur, ex eo quòd, inconsulta Ecclesia, Papa alio cū  
Sede commigraret, testis est illa translatio qua non se-  
des, sed curia solùm Romana in Auinionem translata  
est, tempore Alberti Germani Cæsaris, & Philippi Gal-  
lorum Regis, à Clemente. V. anno. 1305. sanè sedes, ac  
papatus non fuit Romæ tunc ablati, nam illi Papæ etiã  
apud Gallos diuersantes, Romani erant Episcopi. Sola  
itaque curia translata est. Et tamen damna Ecclesiæ inde  
sequuta, in hunc vsq; diem experimur. Quæ verò, quan-  
tæq; schismatū, & hæreseò procellæ coarrentur, si non  
solùm curiam, sed & sedem, ac papatū transferre in Gal-  
liam, aut Hispaniam Papatum nunc quispiam adnite-  
reretur, vel cæci vident.

*Duopuncta,  
in quibus  
statauthoris  
sententia.*

His itaque duobus mea sententia cardinibus voluitur.  
Quos sic constituo. Primus est, quòd ex eo quòd huma-  
num est institutum, & ius, vt Papatus sit Romæ, mini-  
mè sequitur quòd absoluta & sola voluntate, Papaid  
possit immutare, propter grauissima damna inde enasci-  
tura: sequitur tamen quòd vbi verisimiliter hæc damna  
cessarent: vt si Ecclesia in talem consentiret mutatione,  
id posset fieri, & factum omnino teneret. Secundus est,  
quòd si maiora damna ac scandala timerentur ex resistē-  
tia ac contradictione, quæ Papæ fieret, attentis circums-  
tantijs, iuxta virorum prudentiam sententiam, tunc Papæ  
omnino esset obediendum, volenti cū sede Apostolica  
alio commigrare & priuatum Episcopum Romæ dere-  
linquere, qui solius Romæ diocæsis esset antistes. Et  
eatenus conciliari hæc conclusio cum præcedenti debet,  
dicendo, scilicet, quantum est ex natura rei, & per se lo-  
quendo semper Papæ standum esse, obediendum esse,  
plusquam Concilio, ac toti simul Ecclesiæ oppositum  
deret-

**A** determinati, ac præcipienti: præterquam in his, quæ per-  
tinent ad fidem, & ius diuinum. Et hoc probant illa tam  
multa, & tam efficacia argumenta, & testimonia præce-  
denti conclusionis. At verò quando ex accidenti, & ha-  
bita ratione circumstantiarum, ex eo quòd Papæ obedia-  
tur, imminent grauissima damna, quæ evitari debent si  
ei resistatur, vt videtur in nostro proposito contingere,  
tunc diffinio in hac. 4. conclusione, cum reuerentia ac  
timore esse Papæ obuiandum, potius quam cum teme-  
ritate obediendum. Hæc omnia, vt fatèar, curiosiora quã  
necessaria sunt. Nam certissimum cum mihi, tum cæte-  
ris fidelibus esse debet, Deum paterna cura, ac speciali  
**B** studio, & prouidentia, consulere, ac consulturum fore  
semper Ecclesiæ Romanæ, & Romanis Pontificibus.  
Ac proinde nec Romam desolandam, aut inuadendam  
aut in hæresim vnquam pertrahendam, aut ab ea primã  
sedem remouendam esse, certum, & indubitatum Catho-  
licis esse debet. Verùm Theologis postquam indubita-  
tas omnes etiam fidei quæstiones in dubium vocare da-  
tum est, hanc prætermittere minimè debuerunt.

**A**d primum ergo argumentum in oppositum factū  
respondetur, omnia illa testimonia, quibus Christo  
Ciubente, aut Deo instituyente & prouidete, sedes Roma-  
na dicitur esse supra cæteras omnes Ecclesias, non loquū-  
tur de sede Romana, quatenus Romana est, sed quate-  
nus Apostolica, & vniuersalis est. Rursus, non loquun-  
tur de Romano pontifice, vt Romanus est, sed vt succeda-  
neus est Petri & Ecclesiæ caput, & orbis Episcopus. Vn-  
de si hæc duo separarentur per Ecclesiæ decretum, aut per  
voluntatem Papæ, Episcopus totius Ecclesiæ, & Episco-  
pus Romanus, iam omnia illa tam illustria priuilegia,  
& prærogatiuas, Episcopus totius Ecclesiæ sibi vendi-  
carer,

*Quòd Deus  
specialè cu-  
rà gerit Ro-  
mæ urbis, ac  
Pontificis.*

XIII.

*Argumentis  
initio factis  
difficillimis  
respondeatur.*

careret, tanquam de se dicta, & sibi concessa: manente Romano Episcopo sine illis ut enucleatissimè §. 10. explanatum à me est. Quod autem illa duo diuini possint, satis superque ostendimus §. 7. 9. & 10. quandoquidem nõ diuino iure, sed humano coniuncta sunt, scilicet, Episcopatus orbis, & vrbis. Quod hoc ego exemplo illustrare soles. Ordinis, atque instituta Fratrum Religiosorum in duplici sunt differentia, quo ad præfens attinet. Nam quædam sunt, quæ Generalis habent toti ordini præfectos, qui nulli particulari conuentui præpositi sunt: sed quæ

omnium conuentuum curam habent, & regimen: ut sunt Generales quatuor Ordinum Mendicantium: alij sunt Ordines: qui generales habent vni peculiari præfectos conuentui, licet vniuersales sint totius Religionis pastores, ut in ordine D. Benedicti, in hac obseruantium monachorum Hispaniensi cõgregatione: in qua Generalis, vnius peculiaris conuentus est Abbas, atque prælatus, videlicet, Vallisoletani: cui tamen cura etiam totius congregationis incumbit. Et similiter in Ordine Dini Hieronymi prior Sancti Bartholomæi de L. triana, eo ipso quod illi præficitur conuentui, totius est Ordinis

præful. Porro, quis veruerit, quin si Patris harum Religionum vellent oppositum statuere, ut scilicet dignitas generalatus ab illis conuentibus abiuncta, applicaretur prælati aliorum conuentuum, vel nulli in speciali, sed per totum Ordinem liberè vagarentur Generales, æquam omnium cõnobiõrum curam gerentes? Quis inquam prohibet, quin hoc possint facere in suis capitulis, & comitijs? Nisi forte superior aliquis, videlicet, Papa earum mutationum faciendarum potestatem, ob iustam causam, ipsis ademerit, aut limitauerit. Ad hanc ergo modum cum nullam ius superius

*Aptissimè  
exemplum  
de Generali  
bus Ordinibus  
Monachaliũ  
& mendicantiũ  
ad hoc  
propositũ.*

*non lego  
no sicut  
et in  
ca. v. de  
v. de*

*III*

*ad hunc  
et in  
ca. v. de  
v. de*

*Applicatur  
exemplum*

Arius, videlicet diuinum, Pontifici ipsi summo aut Ecclesiæ in hac parte, arctauerint potestatem, quare non poterit tota Ecclesiæ, atque adeo Papa ipse pro suo arbitratu, hanc pontificiam dignitatem, quæ Romanæ nunc Ecclesiæ nexa est alio transferre, aut nulli collocare: sed relinquere penes aliquem vniuersalem pastorem, qui, licet nulli esset Ecclesiæ specialiter deputatus, omnium esset pastor & præful? vide §. 9. in 3. & 5. ratione.

Ad secundum argumentum, quod Historiarum authoritati innitebatur, existimo me §. 7. congruè respondisse. Ad illum lector recurat locum: nam ego earundem rerum, atque verborum iterata scriptio, nolo ad iniustæ magnitudinis volumen, meum crescere librum. Solutionem etiam præcedentis argumenti consulat pro explicatione illius cap. fundamenta de electio. in 6. nam quod in eo videtur astrui, scilicet in vrbe Romana Christum instituisse caput Christianæ religionis, soluitur, aut dicendo ex præcedenti solutione, quod aliud est Christum instituisse Romanum Pontificem: aliud instituisse quod Pontificatus perpetuo esset Romæ. Horum duorum primum, verissimum est, ad bonum sensum, quod, scilicet, illum Christus instituit, qua ratione summus est pontifex, non quatenus est Romanus: Secundum verò, ut falsum refellimus. Aut dicendo ex secunda probatione. i. concl. illam priuatam Christi voluntatem, quæ soli Petro manifestata est, quod Papatus esset Romæ, vim non habere ad statuendum diuinum ius, ut inibi videtur. Vide etiam §. 10. omnibus, sed ab honor. ecclesiæ. Romæ.

Ad tertium argumentum, ut respondemus, cõcedimus. Maiorẽ illius syllogismi, scilicet, De iure diuino est

*Historia ap  
partitionis  
Christi iam  
ostensum est  
§. 7. quod nõ  
constituat ius  
diuinũ. & c.*

*III  
ad hunc  
et in  
ca. v. de  
v. de*

*XIII  
Ex unade iu  
re diuino,  
& altera cui  
denique se  
quatur.*

est, quòd Petrus habeat successorem, quodque ille qui succedit illi, sit papa totius Ecclesiæ. Rursus, concedimus Romanum Pontificem esse, qui de facto illi succedit. Et cum inferitur, de iure diuino est, quòd Romanus Episcopus sit pastor Ecclesiæ. negatur consequentia, propter variationem appellationis. Nam quod ad minorem attinet, sanè non succedit Petro Romanus episcopus, quatenus Romanus est, sed quatenus Papa est, & caput Ecclesiæ, sicut nec Petrus vicaria Christi potestate functus fuit, aut habuit totius Ecclesiæ principatum, quatenus futurus erat Romanus episcopus, sed quatenus princeps & caput fidelium, ab ipso instituebatur. Cuius rei insignis est coniectura, quòd per quinque annos priores à suo pontificatu. imò per. 12. non fuit Romanus episcopus, vt iam ter quaterque dictum à nobis est. Sed. exactam huius resolutionem iam à me audiit Theologus, nisi præterijt solutionem cuiusdam argumenti, super præ. §. 10. vbi ego accuratè, & perfectè, vt exultimo, hunc nodum dissolui.

*Not. De fide est quod Romanus Episcopus est Papa, nõ tamen est de iure diuino.*

*Non est idè, ppositionem pertinere ad fidem, et ad ius diuini.*

Ad id verò quod opponitur, scilicet, Ex vno principio de fide, & alio naturaliter cognito, sequi conclusionem de fide. Respondetur, id ad nostrum institutum non pertinere. Non enim negamus nos, esse nunc de fide, quòd. Romanus Episcopus sit Papa: sed quòd negamus est, quòd id pertineat ad ius diuinum. Quis ignorat multa esse de fide catholica tenenda, quæ ad ius diuinum minimè pertinent. Nam quæcunque propositio à Papa, vel à Concilio definiatur, continuò pertinet ad fidem catholicam: non sic ad diuinum ius. Vt, de Fide Catholica teneri debet, Matrimonia clandestina nunc temporis irrita esse: at minimè hoc pertinet ad diuinum ius, sed ad humanum: quandoquidem ab hinc

A ab hinc triginta annis, non erant irrita: & rata fieri rursus per Ecclesiam possent modò. Sed & hæc multas etiam implicat difficultates, quæ expendendæ à nobis in præsentiarum non sunt. Naclantus, Tractatione. 12. Theologica, & Cano, lib. 6. c. 8. ad. 10. & Corduba. q. 19. in lib. 1. & Ioan. Medina, Cod. de Pœnit. in. q. de cõfessionis necessitate. §. Esset tamen dubium. videntur confundere propositiones, quæ sunt de fide cū his, quæ sunt de iure diuino.

Quod si pergas objicere, Ex vno principio pertinente ad ius diuinum, & alio moraliter, aut naturaliter cognito, quid sequitur? Respondetur, parum referre quòd illud alterum sit euidenter cognitum, si aliunde non habet pertinere ad ius diuinum, sed ad humanum. Nam si ad humanum pertinet, conclusio inde elicita ad humanum pertinet ius: quod contingit in proposito syllogismo. Id ego productis exemplis elucidavi. §. 10. ad fi. Neq; verò est satis certum, Conclusionem ex vna præmissa de fide, & altera eui deti collectam quidquid dicat Cano, esse de fide: imò existimo non esse de fide. Vt, verbi gratia, in hoc syllogismo: Omnis homo est risibilis, Christus est homo, ergo Christus est risibilis. Hæc conclusio in rigore non est de fide, quidquid etiam dicat Vega, lib. 9. super Concil. c. 39. Verum quidem est, in duobus illis syllogismis, in illo tertio argumento adductis, conclusiones illas ad fidem pertinere: non tamen propterea quòd sequantur ex vno principio de fide, & alio euidenter cognito, vt perperam existimauit Cano supra ad. 10. Et quantum ad hoc optime dicit Vega, circa medium illius cap. nam cum conclusio sequi de beat debiliorem partem, non poterit conclusio habere certitudinem fidei, ex vi præmissarum, quarum altera sola habet certitudinem luminis naturalis. Habent itaq; conclusiones illæ adductæ in arg. certitudinem fidei, non

*Obiectio.*

*Solutio.*

*Conclusio deducta ex una de fide, et altera euidenter, non pertinet proprie ad fidem.*

ex vi præmissarum, aut syllogismi per quem inferuntur. A sed aliunde; & ab extrinseco. Nempe, quia altera illarum conclusionum, videlicet, Christus habet duas voluntates & duas operationes, immediatè diffinita est in Concilio Chalcedonen. tempore B. Gregorij Papæ, contra Monothelitas: altera verò, scilicet, Concilium Nicænum non erravit in diffinitione fidei & morum, etiam est de fide, quia tota Ecclesia, ab hinc plus mille ducentis annis, illi concilio assensum fidei præbuit. Est autem de fide, quod per multum tempus ecclesia non potest in magno errore versari. Verum extra chorum saltare, veteri præmia prohibemur.

si dicitur

si dicitur

XV.

*Tria traditionum genera tractantur, & expendantur.*

**A**D quartum argumentum, quod sacris traditionibus nitebatur, respondendum est, si præfari quædam per tempus nobis licuerit. Enimverò non omnium traditionum par est vis, & authoritas. Sunt namq; quædam traditiones diuinae, quæ, scilicet, à Christo domino emanarunt: vel immediatè ab ipso, vel mediante Apostolorum prædicatione. Aliæ sunt traditiones, quæ dicuntur non diuinae, sed Apostolicæ, quia ab ipsis Christi Apostolis primo traditæ sunt, & institutæ. Aliæ tandem dicuntur Ecclesiasticæ, quæ, scilicet, Romanorum pontificum, & vniuersalis Ecclesiæ vsu, & applicatione ad nostra vsq; tempora peruenerunt. Scio, Martinum Chemnicium Germanum hæreticum, Traditionum octo genera posuisse, eas vt pessundaret, & irrueret. Verum, quoniam negotium esset fastidiosissimum eas recensere, remitto vos ad Diægum Paluam, Defensionis Fidelis lib. 2. vtrum de Tridentina fide optimè meritum, cuius suauis lectione, prolixi Hereticis fastidia compensabitur. Nunc ad tria omnes membra reducimus. Et quidem traditiones primi generis, quæ, scilicet, diuinae sunt, tanta eminent au-

*Traditiones diuinae faciunt ius diuinum.*

v. 25

tho-

**A**uthoritate, vt perinde ac ius ipsum diuinum, quod in sacra scriptura continetur, sint nobis amplectendæ & venerandæ. Huiusmodi sunt, quod sacrum Eucharistiæ sacrificium in Ecclesia quotidie celebretur: quod præmittatur confessio sacramentalis: quodq; confessio ipsa sit auricularis: quod per subdiaconatus, & diaconatus ordines ad presbyteratum fiat promotio: quod in consecratione sanguinis dicatur, æterni testamenti, mysterium fidei: quod sacramentum baptismatis, & confirmationis non iterentur: quod sanctorum memoria in templis, & orationibus publicis fiat, &c. Iste, & alia huius generis, sunt traditiones, quas Apostolos ab ore Christi pendentes, & eius doctrinam iugiter auscultantes, inde hauisse semper existimauit Ecclesia. Pertinent igitur ad ius diuinum, licet neque in scriptura contineantur, nec inde per multas consequentias deduci valeant.

**B** Secundi generis traditiones, quas Apostolicas appellabamus, quoniam ab Apostolis tanquam ab Ecclesiæ rectoribus, & fundatoribus humano instituto acceptæ sunt, non faciunt diuinum ius, sed humanum. Tales sunt Dominicam diem festiuam esse. Quadragesimale tempus: Minorum ordinum institutionem, & susceptionem: Religionum monasticarum vsu, &c. Igitur huiusmodi traditionum vis non exuperat authoritatem ecclesiæ, quæ penes Romanum Pontificem residet: ac proinde authoritate Pontificia, & ecclesiastica potenter aboleri, & transmutari, vt latissime videmus supra. d. 9. & ferè dicitur in. c. significasti. de electis. & c. bene quiddam. dist. Quod si objecias. c. requiritis. n. q. 7. & c. confidimus. & de creta per quam multa quæ habentur in. 25. quæst. cap. 1. c. omne. & c. sunt quædam sed præsertim capiti contra statuta. & est de creta. Zozimi Papæ. Contra statuta patrum

*Exempli diuinarum traditionum.*

*2. generis traditiones sunt Apostolicæ, quæ non faciunt ius diuinum.*

*Exempli traditionum humanarum.*

*Obiectio.*


**Solutio.** trum addere aliquid, vel mutare, nec huius sedis potest  
**Quod Papa** authoritas. Dicendum, illud verbum, potest, non signifi-  
**non potest,** car absolutam potestatem, secundum quam Papa abro-  
**nempe, lici-** gare potest cuncta statuta Patrum & Pontificum, & Apo-  
**te dispensare** stolorum; imò & ipsa D. Petri, quæ quatenus rectores  
**in aposto-** erant & episcopi Ecclesiarum instituerunt. Nam & quod  
**licis, tradi-** ipsam diem Dominicam, & paschalia festa infirmare pos-  
**tion, ibus** set, & profus dehonore, & profeta facere, dicunt Syl-  
**potest tamè** uester, verbo, Dominica. S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad. 4.  
**absolute sup.** Tur. de consecratione. d. 3. c. pronuncianum Abb. c. li-  
**9.** cer de Ferijs, &c. Igitur illud verbum, potest, significat,  
 non posse Papam hæc instituta abrogare potestate ratio-  
 nabili, secundum quam dicit regula iuris. Id possumus  
 quod iure possumus. Secus tamen de plenitudine potesta-  
 tis suæ. Et eandem habet explicationem. c. istud requiri-  
 tis. 1. q. 7. Alias duas explicationes horum canonum addu-  
 cit Aug. de Ancona doctissimus, in lib. de potestate Pape.  
 q. 60. ar. 8. vbi tractat etiam, quomodo contra statuta om-  
 nium Conciliorum, (exceptis quæ ad articulos fidei per-  
 tinent) possit Papa dispensare. De quo supra. 7. & 9. 9.  
**Tertio ge-** Tandem in tertio traditionum ordine constituimus  
**nus traditio-** eas, quas Ecclesiasticas appellant Theologi, quæ, scilicet,  
**num, nempe** à Romanis Pontificibus, atq; ab vniuersali ecclesia, pau-  
**Ecclesiastica** lō post Apostolorum tempora statim cœpta seruari, nul-  
**rum, a quas** la vnquam defuerunt ad hæc vsq; tempora defecerunt:  
**Papa potest** cuius generis multæ referuntur. c. Ecclesiasticarum. 1. d.  
**annulare.** vt, signare nos signo crucis, vngere oleo quos, baptiza-  
**Exempla ha-** mus, has, illasq; cæremonias in sacro altaris, & aliorum sa-  
**rum, tradi-** cramentorum ministerio exercere; &c. Is autem canon  
**tionum.** 1. d. sub Augustini nomine refertur, cum tamen Augu-  
 stinus non sit, sed D. Basilij. lib. de Spiritu sancto. c. 27. quan-  
 quis mendosus, & vniuersus, de quo alias. Igitur quod ex tam  
 multis

**A** multis vnum promamus, quod nostra interest, dicimus:  
 Papatum esse Romæ, esse quidem perpetuum Apostolo-  
 rum, & Ecclesiæ traditionem, at non esse diuinam: quia,  
 vt bene tradit Caiet. in illo. c. 13. Institutio Euangelica in  
 his mutationibus non se impedit. De Traditionibus mul-  
 ta in Lindano videri possunt lib. 4. suæ Panopliz Euangeli-  
 cæ, vbi eruditissimè, & diligentissime loquitur. c. 100.  
 & lib. 5. per totum aduersus perfidum Brentium, qui Tra-  
 ditionarios, & Traditores ore blasphemus appellat Catho-  
 licos: quod sacris traditionibus fidem, & Ecclesiam con-  
 stare etiam dicant. Scio Lindanum lib. 4. c. 86. vehemen-  
 ter declinare in oppositam sententiam, quæ dicitur de iure  
 diuino esse quod papatus sit Romæ: verum postquã  
 allatæ autoritates, ac rationes, in eam non potuerunt  
 nos abducere, Lindanus timendus nobis non est. Cæte-  
 ra verò, quæ in eodem. 4. argumento obiecta sunt, facili-  
 ter diluuntur, si falsi fuerimus, verum esse quod Christus  
 Dominus specialissimam gerat Romanæ ecclesiæ curam,  
 non solum quæ Vniuersalis est, sed quæ Romana est. Id-  
 que tum ob alias causas, tum meritis B. Petri, qui eam vr-  
 bem à se præ alijs electam illustrauit, aluit, fouit, & cœ-  
 lesti doctrina seminauit, & suo demum irrigauit sangui-  
 ne. Atq; adeò minimè formidandum est, permissurum  
 Deum, vt tantis Beatissimi Petri meritis & precibus spre-  
 tis, suprema sedes è Romano solio, in alium locum trans-  
 portetur.

**A**D quintum argumentum responderetur nostram ha-  
 tenus traditam doctrinam toto cœlo ab hæreticorū  
 tramite aberrare, vel, vt verius dicamus, ipsorum senten-  
 tiam à nobis errare. Quauis enim demus, non esse de di-  
 uino iure, quod papatus sit Romæ, non continuo sequit-  
 ur, quod hæretici sequi percipiunt, videlicet, Romanos  
 Xx Episco-

*Papatū esse Romæ tradi- tio est, sed nō diuina, & idō est à Pa- pa delectabilis, & dispensa- bilis.*

**XVI.**  
*Quòd nostra sententia pe- nitus differt ab hæreticis contēdenti- bus Papatū usurpari à Rom. episco- pis.*



Episcopus sibi vniuersalē Ecclesiæ potestatem vlturpare: **A** nā non à seipsis, aut à paucis prædecessoribus, sed ab omnibus, sed à Petro traditum est, & à cæteris acceptum, quòd cum primùm quis Romanæ sedi præficitur, totiecclesiæ præfectus intelligatur. Vnde præclare Thomas Vvaldenfis, in Doctinal. fid. ant. lib. 2. art. 3. cap. 41. contra Vviclephū, qui fideles demētare conatus Romæ insidiabatur, & detrahebat: Si tibi, inquit, o Vvicleph, ripa Tibris non videtur honesta, noli Romam obiurgare, non Constātinum, vel Caium, sed Romulum. Non iste Papa hodiernus, nō prædecessor eius ante mille annos nouissimos, Romā elegit in sedem, sed ante eum Fabianus, ante eum Syxtus, **B** Euaristo, ante eum Anacletus, & ante eū Clemens, & à primo Petro & quidem vt iam dicit Aug. non hoc Petrus à se ipso sed à Deo vocante delegit, &c. Hæc Vval. Qui tamē dicit, id Christum instituisse, vt ab extremo hereticorum errore discedat. Præterea, dicimus, non esse scintillam apparentiæ, quòd Romana sedes à tēporibus Phōcæ, aut Cōstantini cœperit, vt superiùs à nobis in quæstionis huius initio ostensum est, & tractat Lindanus lib. 4. Panoplæ. c. 85. vbi omnino videndus est, cū Aluaro Pelag. lib. 1. de Planctu Ecclesiæ. art. 37. Vvald. supra. c. 33. & Iacoba. lib. 10. ar. 7. ad. 33. argumentum. Vnde **C** non ideò Romanus Pont. prælatus est toti Ecclesiæ, quia Imperatores id instituerunt. Vide. d. 96. per multa capita. Quòd autem authoritates illæ allatæ in argumento sonare videntur, scilicet, à Phoca, aut Constantino cœpisse, congruam habent intelligentiam, videlicet, quòd illi Imperatores declarauerint, & defenderint Romanæ Ecclesiæ excellentiām ab insurgentibus alijs, siue Græcorum, siue Latinorum Ecclesijs contra Romanā.

Quòd verò adducitur, potiùs Hierosolymitanam, aut Beth-

Quo pacto  
Imperatores  
instituerint  
Ecc. Rom.  
Ec.

**A** Bethlehemiticam ecclesiam fore supremam, quàm Romanam, facile confutatur dicendo, quòd licet prior fuerit aliquando ecclesia vniuersalis Hierosolymis quàm Romanæ, non sequitur quòd modò sit maior: nam similiter antiquitùs ecclesia Alexandrina erat prima post Romanā, postea verò fuit ei præfecta Constantinopolitana. c. renouantes. 22. d. & c. antiqua. de priuileg. Ceterū **B**. Petrus, & Paulus spreis Iudæis, & eorum regno, excussò à proprijs pedibus puluere vt dicit scriptura, conuersi sunt ad Genes, propter Iudæorum incredulitatem, & duritiam. Petrus Soto in defensione catholice confessionis. 1. p. c. 100. & Vvald. c. 41. Imò eandem ob causam, de toto Iudæorum regno prædictum fuerat. Et derelinquetur filia Siō, sicut vmbaculum in vinea, & quasi tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Quando itaque apud Nicephorum, lib. 12. hist. Eccl. c. 16. in Concil. Constantinopol. tempore Theodosij Impera. in Epistola ad Ecclesiam Romanam, dicitur Hierusalem mater omnium Ecclesiarum, & Iacobus, qui erat Hierosolymitanus antistes dicitur Apostolorum princeps, vt in argumento quinto relatum est: hoc eam ob causam factum fuit, quia tunc temporis patriarchatus omnium ecclesiarum Palesthinæ, & finitimarum regionū, erant Hierosolymis. **C** Ac proinde dicitur Ecclesiarum mater, vel matrix. Adde, dici matrem Ecclesiarum: quia vt habent testimonia psal. 109. & Mich. & Isai. inde exordia Euangelij erant auaspicanda, & in totum orbem protendenda. Vnde non est cur Brentius, nunc tēporis, in Romanæ Ecclesiæ odium, conetur nobis erigere Hierosolymitanam ecclesiā, quam re ipsa constat iam diu à synceritate fidei defecisse. Et, si qui relictī sunt in ea Christicolæ, adeò in multas sectas dissecti sunt, vt contendere, quòd illa Ecclesia sit omnium

In quo sensu  
ecclesia Hierosolymita  
na sit, aut fuerit  
unquam prior. & superior  
quàm Romana.

Act. 13.  
Luc. 10.

Isai. 2.

Psal. 109.  
Mich. 4.  
Isai. 2.

Christiani  
qui nūc sunt  
in Hierusalem  
in varias sectas  
dissisi sunt.

ecclesiarum mater, sit bicipitè, imo & multicipitem (vt sic dicam) facere Ecclesiam: quod est contra aperta sacre scripturæ testimonia, quæ vnitatè fidei vel maximè predicant. Vide O sium, lib. illo. 2. contra Brentium, V vald. & Petrū Soto, supra, & Siman. tit. 24. nu. 24. Alia, quæ ab hereticis, in quinto illo argumento obijciuntur, solutione non indigent.

## XVII.

*Quod nun-  
quā potuit,  
nec debuit  
Papatus  
trāsferri in  
aliā ecclesiā,  
licet de iure  
humano est  
Romæ.*

**A**d sextum argumentum concedi omnino debet multas Ecclesias, Oriëntales, & Meridionales, imò & Occidentales aduersus Romanam surrexisse: verum omnes vi veritatis compressas tandem obmutuiffe: & Ecclesiā Romanā & eius Episcopū coluisse, ceu inferior colere ac reuereri potest suū superiorem. Quod tractat Lyndanus lib. 4. Panopliæ. c. 92. Et quæ pertinaci cōtentione in schismate perdurauerūt, pro hæreticis & schismaticis habitæ sunt. Nam, vt habet Nicolaus Papa in dicto. c. omnes. d. 22. fidē violat, qui aduersus illā agit, quæ est mater fidei. Quauis aut possent pontifices summi supremā sedē in Asiā, siue in Africā trāsportare, minimè tamen id vnquā facere debuere. Tū, quoniā an illa mutatione illis damnis consuleretur, incertū erat: tū verò, quoniā certissimum reputabatur infinita & numero, & magnitudine nocumenta enascitura esse ex tali mutatione, si fieret.

*Paterna cura, & prouidentia, semper Deus prosequutus est Rom. ecclesiam.*

**C** Ad septimum responderetur, negari non posse (vt superiorius non semel diximus) specialem paternam curam Deum Opt. Maxi. semper adhibuisse erga Romanæ Ecclesiæ fidem, & diurnitatem, & cōseruationem, vt probat argumentum. Non tamen inde illatum putes, de iure diuino esse, quod Romæ sit suprema sedes. Sanè eò quod coniuncta sunt duo ista, scilicet, Episcopatus Orbis & Urbis, nō potest Deus curam Orbis gerere, nisi specialem Urbis prouidentia habeat. Habet ergo Romanæ Urbis

**A** bis paternam sollicitudinem, propterea quod coniuncta est sedi summæ: licet coniunctio ista nō sit per se, & diuino iure facta, sed humano, vt in solutione primi argumenti explicabamus. §. 13.

Ad octauum responderetur, omnia illa testimonia explicanda esse vt in solutione primi, vt dignitas Romanæ Ecclesiæ non tribuatur sibi, quatenus est Romana, sed pro vt est Vniuersalis, & caput cæterarum. Aut secūdò, vt fateamur quidem voluisse Deum, vt prima illa sedes figeretur Romæ, tamen non ob id ad ius diuinum hoc pertinet, vt satis superq; in prima conclusionè huius longissimæ Quæstionis explicabamus. Sed tantas in hac quæstione moras traximus, vt plures facere peccatum sit, præcipuè cum quæstio sine argumentis, nos ad sui tractationem vehementer alliciat, quoniam voluptatem habet, pariter & vtilitatem.

Xx 3

QVAE-

# Q V A E S T I O

## Q V A R R T A P O S I T I V A,

*De illo, Deut. 7. Non erit apud te sterilis vtriusque  
sexus, &c. An virginitas aliquando  
sancta non fuerit.*



**S**I in genere demonstratiua constitutam orationē de virginitatis & pudicitiae laudibus, potius quàm Quæstionem scholasticam, Doctoris Theologi more, tractandam assumpsissem: sanè huiusce tractationis abruptum exordium, nullis alijs verbis auspicerer, quàm quibus Maximus Valerius librum sextum exorsus est? Vnde, inquit, te virorum pariter ac fœminarum præcipuum firmamentum, Pudicitia, inuocem? Tu enim prisca religione consecratos Vestæ focos incolis: Tu Capitolinæ Iunoni C puluinaribus incubas: Tuo præsidio puerilis ætatis insignia munita sunt: Tui numinis respectu syncerus iuuentæ flos permanet. Te custode matronalis stola censerur: Ades igitur, &c. Veruntamen, quoniam scholasticam disputationem, quanuis sine argumentis, vt aiunt, tractare est animus, circa explicationem illius loci Deute. 7. Non erit in te sterilis, &c. aliter mihi procedendum erit. Primum autem omnium, quædam præmittendæ sunt probationes, quibus demonstremus, minimè illorum sacrorum

**A**rum verborum sensum esse, quòd Deus Virginitatē vnquam vetuerit.

**P**incipiò, nescio, an vel ipsa cœli & stellarum constitutione, quā habuit Christi natiuitas, fuerit adumbratus amor vehemens, quo Christus Dominus virginitatem profequitur. Albertus Mag. in lib. qui dicitur Speculum referēs descriptionē Signi cœlestis, quod appellatur Virgo ex Albumasar Astrologo, in suo maiori Introductorio Astronomiæ, tractatu. 6. dicit, sub ascendente Signi Virginis natum fuisse Dominum Iesum Christū.

**Q**uibus, post multa tempora, hæc addidit Petrus Aliacen. Cardinalis, Fuit in natiuitate Christi horoscopus, pars Virginis octaua, quæ religionis mutationem portendit: & in culmine cœli Saturnus, imum cœli tenente Sole, &c. Vt latius in Sixto Senen. lib. 6. annota. 10. de quo videatur Marfilius in. 1. quæstio. 2. artic. 3. in. 2. argumento principali. Non quia stellis subiaceat natum desideratissimus, qui creauerat ipsas stellas: sed quia, cum extenderet cœlum sicut pellem in initio mundi, formaretque librum vniuersitatis, & stellis ceu literis ipsum conscriberet: voluit vt noua hæc Verbi natiuitas sub ascendenti signi Virginis contingeret: vt vel ipsum signum, quod hac nomenclatura sit insignitum, sibi gratum esse demonstraret. Nam & D. Hieronym. lib. 1. aduersus Iouinianū in virginitatis honorē putat cadere, quòd signorum cœlestium vnum sit Virgo. vt. §. 5. videbis.

**S**ed nullo commodiori medio, Virginitatem plurimū placuisse Deo, valet ostendi, quàm producendo veteris etiam nū. testamenti sanctos homines, qui virginitatē coluerint. Primum D. Ignatius, in Epistola ad Philadelphos, multos illius testamēti enumerat virgines, sanctos homines,

**I.**  
Prima probatio quòd magno Deo amore Virginitatē profsequatur.

Christus Dominus natus sub ascendente signi Virginis.

**11.**  
In omni lege Deo grata fuit virginitas. etiam in statu natu. re. &c.



homines, Melchisedechum, Iosue, Heliam, Helisæum, A Hieremiam, Ioannem Baptistam, &c. His adijciunt Abelem Sancti Patres, Ireneus, Hierony. & August. de quo Geneb. in Chronogr. Verum est quòd D. Epiphanius, lib. 1. con. hæres. hæresi. 39. dicit. Abelem duxisse vxorem, scilicet, Saue sororem suam. Et quâuis negemus eam duxisse, negare tamen non possumus, quòd si vixisset diutius, eam duxisset, & ex ea suscepisset filios. Quod eleganter insinuat Paraphrastes Chaldaicus, Gen. 4. Nam vbi nos legimus, Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, sic vertit: Vox sanguinis generationū, quæ à fratre tuo Abel erant deriuandæ, clamat ad me de terra. Quòd licet verum sit, adhuc alicui videri potest verosimile, quòd nisi virginitas Abeli placuisset, tandiū à ducenda vxore se ipsum minimè continuisset. Erat namque centēnarius cum à fratre occisus est, vt ex communi Hebræorum, & Christianorum traditione tradunt Genebr. supra, & Abulen. Tracta. de optima politia, qui simul cum paradoxo circumfertur, vbi num. 65. dicit, Abelē occisum esse à fratre suo, cētesimo trigesimo anno à creatione Adę: nā Adamus quintodecimo à sui creatione genuit Caimum, & post alios quindecim, Abelē, deinde verò post centum, Caim occidit Abel. de quo nō nihil statim, in rei huius gratiam producemus.

Anno. 130.  
mūdi, Caim  
occidit Abe  
lem centena  
rium.

III.  
In primordijs mundi per centum ferè annos continebant sese homines in virginitate.

Accipe tertiam probationem, vt, quantū Deo virginitas placuerit, animaduertas. Certè etiam in initio mūdi cum tantopere oportebat, vt rei vxorix omnes operam darent, vt homines multiplicarentur, quod pro tali tempore præceptum eis fuerat, seruabant sese homines in continentia & virginitate prius per sexaginta, octoginta, & centum annos. Nicolaus Lyranus super Genes. c. 11. dicit, tempore Abraham, cum ætas hominum tam multum

A tum decreuerat, vt vix triginta supra centum annos uerent, homines generare incipiebant quando erat sexaginta annorū, vel septuaginta. Quin mirabile est, vt per totum. c. 5. Genesios, vbi hominum generationes referuntur, nemo ponitur generasse minor sexagintaquinque annis: donec tandem tempore paulatim procedente, trigesimo & 29. anno ætatis, referuntur nonnulli generasse. Quoad vsq; in alium extremum, hominum declinauit conditio, vt referat D. Hieron. in Epist. ad Vitalem, tom. 3. quæ incipit, Zenon nauclerus; ante pubertatis annos, Salomonē, & Achazem genuisse filios, id est, cū haberent vndecim annos, vel decē ætatis. Nā dicit Hieron. Deprecaris, vt exponam tibi causas, quare Salomon & Achaz vndecim annorū, filios genuisse dicantur, &c. Et mox annorum facta computatione dicit: perspicuū est, vndecim annorum fuisse Salomonem, siue decem, quia decem menses à conceptu vsq; ad partum sibi mater vēdicat. Et mox: Ex quo intelligitur Achaz quoq; vndecimo siue decimo anno, Ezechiam filium procreasse. Et inferius: Quis crederet mortalium, vt vndecim annorū puer generaret filium? Et adhuc: Nunquid quia nostra ætate, duplex Lydię natus est homo, duorum capitum, quatuor manuum, vno ventre, & duobus pedibus, omnes homines, ita nasci necesse est. Audiui, Domino teste, non mentior, quædam muliercula, cum expositum nutritur infantem, & instillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretq; cum ea paruulus, qui vsq; ad decimū iam pervenerat annū: accidit vt plusquam pudicitia patitur, se mero ingurgitaret, accensaq; libidine, obscenis moribus ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis, & cæterarum deinceps fecit consuetudinē: necdum duo menses fuerant euoluti, & ecce fœminæ

Genes. 5.

Salomon, & Achaz decem annos habentes genuerunt filios.

Tempore D. Hiero. puer decem annorum genuit filium.

Y y vterus

uterus intumuit. Hæc Hierony. Quam historiam, quoniam ego cum inhonestè, tum incredibiliter dicerem verbis meis, Hieronymianis enarraui. Sed & D. Gregor. in dialogo, ut referunt Iurista Ioã. Andr. in. c. final de eo qui cogn. con. vxor. su. & Hostien. in sum. titulo de pœnit. §. Cui confitendum. Panor. c. 1. de delict. puer. & alij, asserit, Puerum nouem annorum suam nutricem grauidam reddidisse. Vide Tiraquellum doctissimum, in sextam legem Connubialem, glossæ. 1. p. 6. nu. 37.

Sed ad rem iterum conuertamur. Homines illius primæ mundi ætatis non statim ac poterant, generabant, sed multam post ætatem: nam Caim, qui primogenitus Adami videtur fuisse: licet (ut habet scholium marginale in Cal. super Gene. cap. 4. initio) nonnulli temere dixerint oppositum, contra quos est August. lib. 15. de Ciuit. cap. 15. & Chrysoft. homil. 18. in Gene. Caim igitur anno. 15. à Creatione Adæ, genitus ab illo est: cum tamen statim ac creatus est, potuisset generare, ut obseruauit D. Aug. 15. de Ciuit. c. 12. quia ut dicit Mag. in. 2. d. 20. & prius. d. 17. ex Aug. lib. 6. de Genes. ad litera. c. 13. & 14. & S. Methodius, ut in Histor. Scholastica in florida, & robusta pubertatis, seu maui virilitatis ætate, creatus à Deo fuit, scilicet, quasi triginta annorum: licet Caiet. putauerit, quasi. 60. Abstiniuit ergo per quindecim annos à corporis commixtione. Nam quod post. 15. annos à creatione genuerit Caimum, habet scriptores non ignobiles, Petrus Comestor, author Historiæ Scholasticæ, super Gene. c. 25. cuius est quadringentorum annorum antiquitas: nam floruit tempore Federici Imperatoris, anno Domini. 1160. Idem habet D. Anto. 1. p. Histo. titulo. 1. c. 1. §. 4. & Vincentius Belluacen. in specul. Hist. lib. 2. & S. Methodius, quem adducit Hist. Scholast. c. 25. supra & Abulena.

*Puer nouem annorum genit.*

*Adam per quindecim annos à sui creatione continuit se in uirginitate.*

A len. Tractat. de optima politica, nu. 65. De quo multa dixerit D. Aug. lib. 15. de Ciuit. à c. 12. vsq; ad 20. ubi, præferim. c. 15. duas adducens rationes, ob quas homines illius sæculi tam serò tamq; longè à prima ætate generare incipiebant, videlicet, centenarij, sexagenarij, dicit, pubertatem tunc temporis serioreni fuisse, scilicet, per proportionem ad ætatem sexcentorum vel septingentorū annorum quos tunc uiuebant. Atq; adeò nihil mirum quòd ante sexaginta annos generare non inciperent.

Cæterum cum non esset tunc tēporis natura debilior, imò ualentior & robustior esset, quàm modò sit, adhuc ratio desideratur, ob quam tam serò homines inciperent generare nisi dicamus, per traditionem à primis illis sæculi hominibus acceptum, ut se in sancta uirginitate homines continerent prius per. 60. 70. aut centum annos, quàm liberis vacarent. Eo quòd & Deo id, & rectæ rationi consentaneū iudicabant. Nam dicere, quòd tunc temporis aliter computabantur anni quàm modò, quodq; anni essent breuiores, videlicet, trimestres, vel sex mensium, vel quatuor, ut computabant Aegyptij, Arcades, Arcanæ, de quibus D. Aug. 15. de Ciuit. cap. 12. alienum est à sacris literis, ut inibi ostendit Aug. Nunc autem finis gignendi ferè est qui tunc erat initium, nam Arist. lib. 5. de natura Animal. cap. 14. dicit, quem refert & sequitur Cælius Rodig. lib. 15. Lectionum Antiq. c. 20. finem gignendi uir, ut plurimum, esse septuagesimum annum: mulieribus quinquagesimum. Usque ad annum. 80. extendi posse hanc vim in aliquibus uiris, dicit Albertus Magnus, lib. 5. de Animal. Tracta. 2. cap. 1. de quo multa in Andrea Tiraquello in sextam legem Connub. i. glossæ. p. 6. nu. 48. Nisi aliquis occurrat rex Numidarū Massinissa quem refert Tullius & permulti alij, nonagenarius

*Ex D. Aug. cur tam serò generare homines incipiebant.*

*Quòd amore uirginitatis se continebāt à nuptijs per tot annos.*

*Vis gignendi in uiris, & feminis, quæ nunc terminū habet.*

nariū ferè genuisse filium. Nam Plinius lib. 7. ca. 14. dicit A  
86. annos habuisse, cum genuit. Et de Catone Censorio,  
quòd octogenarius genuit. Sed iam tempus est vt  
his per occasionem dictis contenti, institutum perse-  
quamur.

III.  
Inter Gen-  
tiles reserat  
excellēs, &  
sancta Vir-  
ginitas.

Q Vartò his adijce, Ethnicos etiam virginitatis, & ca-  
stimonix excellentiam agnouisse. Apud illos lauda-  
bilissima erat virginitas, & laudatissimæ virgines. Pri-  
mum omnium, sacerdotibus siue maribus, siue fœmi-  
nis, venerea prohibebatur ad sacra peragenda accessuris.  
Nō enim sine causa Virgi. Aeneid. lib. 6. & Ouid. 2. Fast.  
sacerdotes cognominabant castos.

*Quiq; sacerdotes casti dum vita manebat.*

Et Ouid.

*Casti sacerdotum tempora fronte gerit.*

Sacerdotes  
attingere,  
& nomina-  
re caprā nō  
licebat.

Quin Plutar. in problemat. Rom. cap. 11. idcirco dicit,  
Romanos sacerdotes capra abstinere solitos, vt non mo-  
dò attingere, verū nominare, putarēt peccatum, quod ani-  
mal tāquā libidinis symbolū abhorrerēt. Hircus enim &  
capra immoderatissimæ libidinis sunt, Columella lib. 7.  
c. 6. de hirco dicit, quòd dū matris vberibus alitur, adhuc  
paruulus ipsam matrē plerunq; stupro superuenit. Ver-  
ba sunt Columellæ. Festus etiam Pompeius tradit, Diali  
Romæ nefas fuisse hederam tangere, propterea quòd he-  
dera antiquitatis lasciuix signū erat. Nam & Horati. lib.  
1. Ode. 36. dixit,

*Laciniis hederis ambitiosior.*

Hedera libi  
dinosa.

Et lib. Epod. ode. 15. rationem reddidit.

*Arctus atq; hederaprocera astringitur ilex.*

*Lentis adherens brachijs.*

Vesta-

A Vestales quoq; Virgines, quæ, more nostrarum Sancti- Vestales Vir-  
monialium, templis abditæ & interclusæ seruabantur, gines.  
quoniam sacris inferuebant, tantopere virginitatem ex-  
colebant, vt siquam reperissent pudicitix claustra teme-  
raste, viuam sub terra defoderent. Quod minimè facerēt,  
nisi tantum crimen putaretur læsa Virginitas: vt verbis  
vtar D. Hieronym. lib. 1. aduersus Iouin. vbi de hoc loqui-  
tur. Quò respexit Ouid.

*Nullaq; dicitur vittas temerare sacerdos,*

*Hoc duce, ne uina defodiatur humo.*

B Et Iuuenalis eiusdem etiam laudatissimæ consuetudinis  
recordatus, dixit, Satyr. 4. initio,

*Incestus, cum quo nuper vittata iacebat,*

*Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.*

Appellat autem sacerdotem vittatam, aut propterea Vittæ sacer-  
quòd vitta, capitis sacerdotalis ornamentum erat: aut quia doti, & Vir-  
pudicarum matronarum gestamen etiam fuit. ginū insigne.

Ouid. *Este procul vittæ tenues, insigne pudoris.*

Hunc autem morem in subterraneum specum de fodien- Vestalis lap-  
di virgines constupratas, à Numa Pompilio cœpisse, au- sa, uina deso-  
thor est Plutar. in eius vita, cuius etiā moris meminerūt diebatur.

C Valer. Max. lib. 8. c. 1. Aug. 3. de Ciui. c. 5. Liuius, Decad. 1.  
lib. 8. & Dec. 3. lib. 9. Dion. Halic. lib. 3. Aul. Gel. lib. 1. De  
quo multa in Ioanne Rosino, lib. 3. Antiq. Roman. c. 19.  
Præterea, vt in eodem persistamus: Tertull. lib. de Mo-  
nogamia, paulò ante finem dicit, Sacerdotes Iunonis,  
Dianæ, Apollinis, imò Veneris, impudentissimæ alioqui  
Deæ, virginitatem colebant. Sed & eodem Tertull. ibi-  
dem referente, & Plinio lib. 11. cap. 49. & lib. 35. cap. 12. Sa-  
cerdotes matris Deorum, id est, Cybeles, sibi virilia am-  
putabant, eò quòd maxima sacra obibant, vt in casta reli-

Exempla ca-  
stitatis apud  
Ethnicos.

Y y 3, gione,

gione, ac religiosa castitate permanerent. Plut. etiam in Sympofiacis, & lib. de Ifide & Ofiride, scribit, Aegyptios sacerdotes castitatem inoffensam seruasse, atq; adeo illos à falis vsu abstinere solitos, vt pote qui caloris vi libidinè conciter. De quo plurima. F. Mich. de Medina, de Sacrorum homi. continentia, lib. 1. c. 53. & lib. 3. c. 8. & Iodocus Cliftorus in Propugnaculo Ecclesiæ aduersus Lutheranos, lib. 2. per totum: Martinus etiam ab Ayala. p. 3. in Tradi. de sacro cœlibatu, art. 1. V. vihelmus Lyndanus lib. 4. Panopl. c. 98. Multa etiam de fœminarum, atq; virorum castitate Gentilium, refert Cælius etiam Rhodig. lib. 8. lectionum antiquarum. c. 1. & Author Catalogi gloriæ mundi. p. 2. Consideratione. 11. & p. 3. Consideratione. 39. & Tiraque. eruditissimus, locis citatis in lege. 15. Connub. à nu. 115. vsq; 124. Præ ceteris verò nullus plura, nullus veriùs, & elegantiùs adducit exempla, quàm D. Hiero. lib. 1. aduersus Iouinianum. Ex quo temperare me non potui quin pauca hæc excriberem in superiorum confirmationem.

**Elegantissima uerba D. Hiero. de laude Virginis apud Gentiles.** Quoniam, inquit, intellexi in Commentarijs aduersarij, prouocari nos etiam ad mundi sapientiam, quòd nunquam hoc genus in sæculo sit probatum, & nouum dogma contra naturam, religio nostra prodiderit: percurram breuiter Græcas, & Latinas, Barbarasq; historias, & docebo, Virginitatem semper tenuisse pudicitiaë principatum. Referunt fabulæ, Atalantam Calidoniæ Virginem semper in venatibus, semper in syluis, non tumentes uteros fœminarum, fastidiaq; conceptuum, sed expeditam, & castam amasse virtutem. Harpalicen quoque virginem Thraciam insignis Poeta laudare volens, non ampliùs habuit quid diceret, nisi virginem nominaret:

O de-

O decus Italiae, Virgo.

**A** Chalciæcus quoq; filia illa Leo perpetua virgo pestilentiaë patriæ, scribitur, spontanea morte soluisse: Et Iphigeniaë Virginis sanguis aduersos placasse ventos. Quid referam Sibyllas, quarum insigne, virginitas est: & virginitatis præmium, diuinatio? Et inferius de Vestalibus multa. Et post pauca: Nec mirum hoc de hominibus, cum Mineruam quoq;, & Dianam, Virgines Deas finxerit error gentilitium. Et inter duodecim signa cœli, quibus mundum volui putant, Virginem collocarint. Magna iniuria nuptiarum: vt ne inter Scorprios quidem, & Centauros, & Cancers, & Pisces, & Aegocerotes, vxorè, maritumq; cõtrufferint. Hæc ille. Quibus, ad virginitatis laudem pertinere dicit, quòd Virginis nomen sit ad cœlestia signa translatum: & tamen nomen Nuptiarum ibi locum non inuenit, inter signa cœli, in quibus computantur Scorprios, Cancer, Piscis, & Cætaurus, id est, Sagittarius, & Aegocerotes, id est, Capricornius. Et post multa tradit, quasdam excellentes personas, salua & impolluta matrum suarum integritate, genitas, & natas, dicens: Apud Gymnosophistas Indiaë, quasi per manus huius opinionis authoritas traditur, quòd Buddam principem dogmatis eorum, è latere suo virgo generauit. Neq; hoc mirum de barbaris, cum Mineruam quoq; de capite Iouis, & Liberum patrem de femore eius procreatos, doctissima finxerit Græcia. Speusippus quoq; sororis Platonis filius, & Cearchus in laude Platonis, & Anaxilides in 2. lib. Philosophiæ, Perictionem, matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt: & Sapientiaë principem, non aliter arbitrantur, nisi de partu virginis editum. Sed & Timeus scribit, Pythagoraë Virginem filiam choro virginum præ-

Vnū ex signis cœlestibus, Virgo, nullum, nuptiaë.

Salua Matris uirginitate plures natos credere Gentiles.

præfuisse, & castitatis eas instituisse doctrinis. Ac ne nobis, Dominum saluatorem de virgine procreatum, Romana exprobraret potentia, authores Urbis & gētis sue, Ilia virgine & Marte genitos arbitrantur. Hæc de virginibus sæculi currens per multiplices historias, & prope-rans sermo perstrinxerit. Hæc D. Hierony. Quibus si ad dideris, quæ D. August. de Vestali virgine refert, lib. 22. c. 11. & lib. 10. c. 16. de Ciuit. nihil est quod desiderari possit vltcrius.

*Insigne miraculum pro uirginitate apud Gentes*  
 Inter magna, inquit, miracula Deorum suorum, profecto magnum illud est, quod Varro commemorat, Vestalem virginem, cum periclitaretur falsa suspitione de stupro, cribrum impleffe aqua de Tiberi, & ad suos iudices, nulla eius parte stillante, portasse. Hæc ille. Cui concinit alterum, alterius miraculum virginis Vestalis, quod refert Linius, lib. 2. de bello Puni. Valer. Max. lib. 8. Ouid. in Fast. & August. 10. de Ciuit. c. 16. quod his verbis Hieronymus refert: Claudia Virgo Vestalis, cum in suspitionem venisset stupri, & simulacrum matris Ideæ in vado Tiberis hæreret, ad comprobendam pudicitiam suam, refert, cingulo duxisse nauim, quam multa millia hominum trahere nequiperant. Melius tamen, inquit Lucani Poetæ patrius, cum illa esset actum, si hoc quod euenit, ornamentum potius exploratæ fuisset pudicitæ, quam dubiæ patrocinium. Hæc Hieronym. Per illum patruum, intelligit Senecam, cuius hæc de Claudia sententia est, quod fuerit quoddam infœlicitatis genus, egere patrocinio Numinis ad purgandam infamiam pudicitæ: nam Vestalem ita castam oportet esse, vt nec falsus rumor vltus de illa possit oriri. Quod obseruauit Erasmus ibi in scholijs. num. 46. & consonat huic, quod Pericles apud Thucididem, primam iam muliere virtutem esse, ait, vt ne

*Aliud insigne miraculum.*

*Perfecta Virgo illa est, de qua nec falsus rumor oriatur*

**A** de virtute quidem illius ad homines fama emanet. Quod tamen ego mihi persuadere nolo, & nequeo, vt scilicet, nullus mulieribus campus relictus sit, in quo earum virtus excurrere, & cognosci possit. Nam si tum diuinas, tum humanas percurrere vellemus historias, tantus nobis occurreret castissimarum & excellentissimarum mulierum chorus, vt nedum eas laudandi, sed neq; enumerandi finem facere possemus. Innumeras retulit & collegit Tirraquell. in. 11. leg. nu. 30. Ex Plut. lib. de Claris mulie. Philippo Bergomen. Rauisio Textore. Sed valeant hæc, quæ à nostro instituto paulatim nos auocant, & ad id quod cœpimus, reuocemur.

**B** **Q**uinto loco, accedant veteris testamenti auctoritates. Quarum, cum multæ sint, quæ ante vestros oculos constitui hodie à me possent, illam seligo, breuitati consulens, quæ habetur apud Isai. c. 56. Hæc dicit Dominus Eunuchis, &c. dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Hunc locum deprauant nostri temporis Hæretici Lutherani, de quorum fonte Petrus Vermelius, cognomento Martyr, Florentinus, hanc hausit doctrinam. Præmium illud quo Deus pollicetur daturum se Eunuchis nomen melius à filijs & filiabus, hoc est, melius nomen quam sit illud quod habere poterant à filijs & filiabus, id est, à generatione, & posteritate, non promitti virginibus, aut alijs quibusq; spontaneum seruantibus cœlibatum, sed Eunuchis, qui à natura, vel ab hominibus, ad Veneris vsum inepti sunt redditi. Quasi voluerit Deus eos consolari, quod à delicijs essent carnis exortes. Verum impudenter hac in parte mentiuntur heretici: nam sancti patres Ecclesiæ, ante quos oppilare, & obstruere ora debet tota horum Nouatorum cohors, de Eunuchis, qui propter

**V.**  
*Vnicus locus productur ex uct. test. in laudẽ uirginitatis.*

*Isai. 56.*

*Eunuchi, quos laudat scriptura, sunt uirgines, non necrocastrati.*

regnum cœlorum se castrant, hoc est, voluntariam ser-  
uãnt virginitatem, locum illum interpretantur. Ita D.  
Aug. lib. 1. de sancta virginitate. c. 23. & 24. & lib. 14. con-  
tra Faustum in fine. Ambrosius in Exhortatione ad Vir-  
gines, non longè à principio: & in institutione Virginis.  
c. 6. D. Gregor. 3. p. Pasto. c. 29. Orig. Hilar. Hiero. Chryf.  
Euthy. Theophil. in illum locum Matth. 19. Nam Eunu-  
chos, qui vel à natura, vel ab arte facti sunt, non tanto san-  
cti Patres dignantur honore, imò diris, & amarulētis ver-  
bis solent prosequi. Et vice omnium sonent trium verba  
præconum Christi, Basilij Magni, & eius familiarissimi  
Gregorij Nazi. & huius discipuli D. Hieronymi. Ergo  
Basilius Epist. 87. ad Simplicia: Ignominiosum illud, ac  
perniciosum Eunuchorum genus: genus, inquam, nec fœ-  
mineum, nec masculum: in saniens in mulieres, inuidio-  
sum, vilis pretij, animo feroci, effœminatum, ventri dedi-  
tum, fractum, illiberale, furiosum, & zelotypum, &c. Ve-  
rùm hæc omnia, alioqui acerba, & rigida probra, vmbra  
sunt si conferantur cum tam multis illis quæ dicit idem  
Magnus Basil. lib. de Vera virginit. vbi post multa, & an-  
te plura, quæ in Eunuchos iactat, refert de quodam Eunu-  
cho qui cum virginē quandam vitioso cōplecteretur af-  
fectu, totusq; toti affusus, non haberet quo posset con-  
cupiscentiæ suæ satisfacere, dentibus vtebatur, ardentem  
in carne concubitus rabiem moribus indicans. Hæc Basi-  
lius. Greg. Nazi. in Monodia in vitam Basilij, de Eunu-  
chis loquens, sic dicit: Viri nãq; sunt inter mulieres, ad eas  
custodiendas, oblectandasq;: mulieres verò inter viros ad  
omnia obscœna patienda. Hieron. lib. 15. Cōment. in Isai.  
c. 56. Ergo in Eunuchis, ait, quos laudat Isaias, nequaquam  
illi intelligendi sunt, quos ardens Poeta describit,

*Nec non infelix ferro truncata inuentus,*

Atq;

*Atq; execta virum.*

**A** sed illi de quibus Dñs in Euangelio loquitur, Qui se ca-  
strauerunt propter regnum cœlorum. Francif. Forerius  
elegantè & religiose hunc locum Isaiæ versat, qui omni-  
nò vidèdus ibi est: simul cū Mich. de Medina, lib. 3. de sa-  
cro. hom. cont. c. 10. & 31. Castro de heresibus. lib. vltimo  
verbo, Virginitas.

Non fert animus apologiam contra Hæreticos, pro vir-  
ginitate facere, nam hoc me onere iam dudū viri nostra  
tempestate grauissimi, exonerarunt: Alber. Pyghius con-  
trouer. 25. Lindanus lib. 4. Panoplæ Euāg. Canisius lib.  
**B** 2. de Maria deipara. c. 14. Michael de Medina: latissimè,  
Clictoueus, Martinus Ayala, Stunica, & alij sanctæ virgi-  
nitatis vindices. In quam nostri temporis hæretici infre-  
mentes, procacissimè debacchati sunt, Lutherus, Buce-  
rus, Oecolampadius, cœlibes illi quidem primū, ac san-  
ctissimum monachatus institutum professi, post à sacra-  
tissimis religionibus apostate, perfrictissimæ frontis, & ef-  
frænatisimæ libidinis. Suscitarunt isti ab inferis, & exh-  
umarunt Arrianorum vetustissimum in virgines odium:  
qui tam erant virginibus infesti, teste Theodoretō, lib.  
2. histo. Eccl. c. 14. & lib. 3. c. 6. vt virginum sanctarum al-  
uos dissectos, hordeoq; impletos, porcis & equis obijce-  
**C** rent. At abominabile & execrandū horum dogma meis  
nunc impugnationibus non eget.

**H**Is tenui calamo præiactis, explicemus locū Deut. 7.  
Nō erit in te sterilis, &c. quo sancta videtur virgini-  
tas lædi, ac lacerari. Simile etiã est quod Exodi. 23. dicitur,  
Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua. His enim  
locis, ceu arietibus militaribus Hæretici in virginitatis ar-  
cem, alioqui munitissimam, ruunt.

Secundo obijci nobis potest cōmune totius Hebræici

Zz 2

po-

Matth. 19.

*Aduersus  
Eunuchos  
odium uehe-  
mens sancto-  
rum Patrū.*

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

populi interpretamentum, sic intelligentis loca allegata, A  
 quasi miseræ & infœlicitatis nota esset sine liberis de-  
 dere: contra verò gloriosum longam filiorum seriem re-  
 censere. Quocirca vulgare erat omnium proloquium,  
 Maledictus qui non reliquerit semen in Israel. Quod li-  
 cèt Origè. homil. 11. in Gene. de semine spiritali intel-  
 lerit, tamen negari non potest de carnali omnes He-  
 bræos illud intelligere. Vnde maledictioni & ludibrio  
 obnoxios se esse putabant, si sine liberis decederent. Id  
 nos probemus, Iudicum. 11. filia Iepte iam iam à patre suo  
 maectanda, duorum mensium inducias efflagitat, quibus  
 suam deploraret virginitatem, hoc est, vitam sterilitate  
 actam. Rachel etiam tantoperè matrem se esse desidera-  
 bat, tantoperè dolebat suæ sterilitatis, vt virum suum  
 queribunda, & moribunda interpellaret, dicens, Genes.  
 30. Da mihi filios, alioqui moriar. Quos cum suscepis-  
 set, lætabunda hæc in verba prorupit: Abstulit Deus à  
 me opprobrium meum. Sara filia Raguelis Tob. 3. de-  
 precabatur Deum, se vt ab sterilitatis improprio libe-  
 raret. Isai. etiam cap. 5. habetur quòd tempore destructio-  
 nis Hierosolymitanæ, septem mulieres apprehensuræ  
 erant virum vnum, & dicturæ ad eum, Panem nostrum  
 comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantum C  
 modò inuocetur nomen tuum super nos: aufer oppro-  
 brium nostrum. Qui locus ad litteram, cuius est pri-  
 mùm habenda ratio, significat, mulieres illas tanto  
 generandi filios amore capiendas esse, vt certatim  
 ad vnum virum, alijs deficientibus, deberent recur-  
 rere, dicentes, Nolumus à te panem, non vestem, licèt  
 hæc alioqui vxores à viris iure suo petere soleant,  
 etiam miseris, & inopibus: Id ergo solum volumus,  
 vt nomine tuo cognominemur, & insigniamur, vo-  
 citent

Vulgus He-  
 bræorum pu-  
 tabat, male-  
 dictos steri-  
 les, & infœ-  
 cundos.  
 Iudic. 13.

Genes. 30.

Tob. 3.  
 Isai. 5.

A citent nos, la de fulano: Aufer opprobrium nostrum. Su-  
 scipiamus ex te liberos, non obeamus sine liberis. Sanctus  
 etiam Zacharias, & Elisabeth eius vxor idem vehemen-  
 tissimè exorabant Deum. Et demum frequentissima hu-  
 ius veritatis testimonia in scriptura reperire, facillimum  
 est passim.

Tertio etiam opponi potest aduersus quartã catho-  
 licorum probationem, vt pila pilis minentur, etiam apud  
 Ethnicos homines pluris factos coniugatos, quàm cœli-  
 bes. Plato sub fine dialog. 6. de legibus, eos qui annis tri-  
 ginta quinq; transactis in sua ciuitate coniugè non habe-  
 rêt, neq; habere vellent, pecunijs & honoribus multari  
 constituit. Lycurgus etiam, vt habet Plutar. in vita eius,  
 cœlibibus grauissimam ignominiam inussit. Arcebãtur,  
 inquit, in gymnicijs ludis, à spectaculo: per hyemem ve-  
 rò principes iubebant, eos in orbem nudos in forum cir-  
 cumire. Romanarum etiam tabularum ea lex erat, cen-  
 sores in ciuitate cœlibes esse prohibento. Et huiusmodi  
 plura alia. Contra verò, neq; in sacris, neq; in profanis le-  
 gibus, vnam aut alteram reperire licet, in qua virginitas,  
 aut cœlibatus hominibus præcipiatur.

C VERùm has calumniatium vires infringere, nobis erit  
 perfacile. Nam quod primo loco obijcitur ex Deut.  
 c. 7. & Exo. 23. ex apertissima in consideratione contextus  
 sacri abortum est. Neque enim illic præcipitur, vt nullus  
 sit sterilis, sed extrema quædam fœlicitas promittitur ser-  
 uantibus legem Dei. Itaque illa verba non sonant præ-  
 ceptum, sed benedictionem. Nam sic dicitur: Benedictus  
 eris inter omnes populos: non erit apud te sterilis vtrius-  
 que sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis: au-  
 feret Dominus à te omnem langorem. Ita Lyr. Iud. 11.  
 Rursus, quòd non sit præceptum hoc, inde perspicuum  
 fit.

Pœna cœli-  
 bibus imposi-  
 ta apud Eth-  
 nicos.

VII.

Respondetur  
 ad argum.

Quòd illa  
 verba. Non  
 erit in teste  
 rillis, nõ sunt  
 præceptum,  
 sed benedi-  
 ctio.

fit, quòd non dicit, Non erit apud te Virgo, aut cœlebs, A sed, Non erit apud te sterilis: cum verò sterilem esse non sit in hominis arbitrio, & potestate sitū non debuit neq; potuit à Deo præcipi. Præterea, si tibi edicitur præceptū, sanè brutis & iumentis præceptum etiam iniunxisset Deus: nam dicit, Non erit in te sterilis, tam in hominibus, quàm in gregibus, at bruta præcepti nō sunt capacia.

**Obiectio.**

Sed adhuc stat difficultas: nam si benedictio diuina erat filijs abundare, & diuina pollicitatio eos vt gignerēt in magno numero: non apparet, qua ratione qui virginitatem & cœlibatum colerent, gratum Deo facerēt. Adde quòd maledictos & exosos à Deo se esse putabāt, qui absque liberis decedebant.

**Responsio prima.**

His respondemus primò, Deum id solum fuisse pollicitum, quòd nullus eorum futurus esset sterilis: non verò quòd omnes deberent inire coniugia, & filios propagare. Nam quòd nullus eorum esset sterilis, ad fœlicitatem nonnullam spectabat, cum sterilitas alioqui monstrum quoddam & error naturæ videatur. Quòd verò vulgò putabant indictam esse maledictionem non relinquētib; semen in Israel, errabant planè toto cœlo, vt alias sæpe: nam similiter ex eo quòd Deus dixerat, Non videbit me homo, & viuēt colligebant illi, quantumvis finistrè: Non stat quempiam videre Deum, quin statim subito pauore correptus, ac si phantasma viderit, moriatur. Ac proinde à Dei visione in maximopere abhorrebant, ceu à re mortifera. Hæcque erat communis Hebræorū opinio. Et quanuis id non testaretur expresse Tertū. lib. cōtra Praxeā, & Lyra Iudic. 6. Abul. q. 29. & 30. habetur apud lib. Iudic. 6. & 13. vbi Gedeon, & coniuges illi metu perterriti ac conturbati, putabant iam mori se, quasi Deum vidissent. Est & aliud exemplum appositum,

Exodi

**A** Exodi, vbi, ex eo quòd lex præcipiebat, diligere amicum, illi peruersè deducebant, licere sibi odisse inimicos. Mat. 5. sic ergo, ex eo quòd pollicebatur Deus sterilitatem à coniugibus abfuturam, inferebant illi præceptum esse de vacando liberis & maledictos esse, qui eos non haberent. Verum quàm rectè, vel cecè vident.

Responderi potest secundò, non semper hominibus illius sæculi, Deum id quòd melius erat, polliceri, sed id quòd pro eorum desiderio & appetitione, imò pro eorum imperfectissimo captu erat optabilius. Non enim dubium est, quin diuitias tēporarias abdicare, ac in paupertate viuere semper fuit longè præstantius, ac perfectius quàm bonis temporalibus scaturire. Nihilominus quia homines (quòd eorum est innatum ingenium) per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes, ideò Deus in veteri testamento, qui perfectorum non erat status, pollicebatur diuitias passim. Isaie. 1. Si audieritis me bona terræ comedetis. Et in Psalmo omnium elegantissimo, Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius. Id est, quoniam id homines sibi præparari percipiunt. Sic hominum vulgò id est ingenium, vt posteris gaudeant, ac sui expressam imaginem transfusam in alium velint relinquere. Quòd locus ille. 2. Regu. 7. in sensu germano elegantissimè demonstrat, vbi Sanctus Dauid cum à Deo impensius longam seriem posteriorum efflagitaret, post multa sic dixit: Hęc est enim lex Adam Domine Deus, hoc est, Hęc est communis hominum conditio; id ingenium studium, & inclinatio, vt exoptent filios habere, ac magnas, & opulentissimas domos, & habitis gaudeant. Quoniam, inquit, ita est præparatio eius: Et, Hęc est lex Adā, Dñe Deus. Mutuò enim se hæc duo loca iuuat. Hanc certè ob causam duplicem,

**Responsio.**  
2.

*Hominibus ueteris test. non p. omittebat Deus id quòd melius, sed id quòd eis gratius erat.*

Isai. 1.  
Psalm. 64.

2. Reg. 7.

*Nota hæc loca maxime.*

psal-



Psal. 127.

psalmum conscripsit Dauid, vt vberem filiorum copiã A polliceretur timentibus nomẽ Dei: Beati, inquit, omnes qui timet Dominum, &c. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Filij tui sicut nouellę oliuarum, in circuitu mensę tuæ, Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum: Quod per epiphonema dictum, exaggerat præcedentia. Et Psal. sequenti, Nisi dominus edificauerit domum, &c. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini, filij, merces, fructus ventris. Hęc, inquam, est hereditas, & benedictio digna quam à Deo speremus, & quam Deus tribuat. Filij, nominatiuus est. Filij ergo, qui sunt fructus ventris, est merces, & hereditas dilectorum Dei. Cum ergo dederit dilectis suis somnum. Antithesis est illius, Vanum est vobis ante lucem surgere, & laborare: nam dilectis suis etiam non laborantibus, sed sedentibus & dormientibus, dabit Deus mercedẽ, filios, fructum ventris. Deum enim esse, à quo specialiter sperandi essent filij, semper intellexerunt Hebręi.

Tres clau  
sibi; Deu  
seruauit. cœ  
li, vitę &  
vuluę: ex  
traditione  
Hebręorũ.

Aedificare  
domos. idem  
est quod gi  
gnere filios,  
apud He  
bręos.

Vnde, vt obseruauit Hamerus, super Gene. c. 30. trium rerum clauẽ sibi Deus assumpsit, & reseruauit, & est communis traditio Hebręorum, scilicet, clauẽ cœli, clauẽ vitę & mortis, clauẽ vuluę. Nam, quod ad hoc vltimũ attinet, per verbum claudendi & aperiendi, tribuere solet scriptura Deo, sterilitatis & fœcunditatis vim. Conclufit dominus vuluam eius, Aperuit vuluam eius. Passim superpetunt exempla. Imò à verbo claudendi deriuatam vocem, quę significat sterilitatem, dicunt Hebręi, scilicet, Foreri. in. c. vltimo Isaïę. Itaque totus psalmus. 126. qui incipit, Nisi dominus ædificauerit domum, ad hoc propositum est confectus. Sed modum scripturę loquendi, quę phrasi ædificandę domus, vtitur pro generatione filiorum, explicemus. Exodi. 1. sic dicitur: Quia timue-

runt

A runt obstetrices dominũ, ædificauit eis domos, idest, dedit eis copiã filiorũ. Eis, inquã, siue obstetricibus Aegyptijs, siue hominibus Hebręis, nam pronomẽ, eis, ambiguum Hebraice ibi est. Tractat Aug. 15. de Ciuit. c. 19. vbi adducit illud Virgil. A Eneidos. 1.

At domus Assaraci.

Et subdit Aug. imitarum esse Virgilium sacras literas, in quibus dicitur Dõmus Iacob, tã ingens populus Hebręorum sed hæc extra litẽm posita sunt.

Psal. 113.

B Ad secundam obiectionem, iam patet, nihil glorię detrahi virginitati. ex eo quod vulgus illud Hebręorum existimaret, maledictione sterilibus iniunctã esse. Nã existimatio erat præpostera, & fallax, vt vidimus. Verũm nõ est ideo exhausta difficultas: na sanctos homines & pias fœminas consideratissimẽ doluisse scimus, de sterilitate, vt patet ex argumento adducto.

Crescit hinc  
difficultas.

C Dicitur P. N. Augustinus, cuius est scripturarum inuolacra enodare, lib. 2. de Mirabilib9 sacre. Scripturę c. 28. disputas causas, ob quas S. Ezechias apud Isaia &c. 4. Reg. tã acerbẽ lachrymabatur immaturã mortem suã, dicit, ideo dolere Regem illum, quod sine liberis decedere se e viuis videbat. Et addit: Quia in Christi venturi generatione sui generis profapiam, in throno Dauid lucernã non dereliquit. Itaq; dolebat Rex, quia cũ fide crederet, de suis posteris Meisiã generandũ, & videret se sine liberis mori, suspicabatur spes de Meisiã frustratũ iri. Et quide potuisset dolere ille sanctus, iuxta ac prudens Rex. eo quod in florente. 39. annorum ætate occidebat: quod deducit Abul. 4. Reg. 20. q. vlt. in fi. doctissimẽ. Dicit em Arist. Plato, Plinius, & omnes, illo annorũ statu vigere hominem præ cæteris statibus. Vnde ipse euilãs dicebat, Ego dixi in dimidio dierũ meorũ, Vadam ad portas

VIII.

Causa præci  
pua ob quã  
in ueteri tes  
ta. dolebant  
qui filios nõ  
habebant.

Isai. 38.

4. Reg.

Expeditur  
causa ob quã  
Ezechias ste  
bat instante  
morte.

a infe-

inferi, vel, vt habent. 70. Ego dixi in excelsis annorum, &c. Quæ sui residuum annorū meorū. id est, quæro alteram meorum annorū medietatē, quæ viuēda superest. sequitur: Non videbo dñm Deum in terra viuentiū, hoc est. Promissionis factæ Dauidi, de eius semine nascituri Christi, ego particeps non ero. Cōsonat Verbo. 70. Dixi: Non videbo salutare Dei, in terra viuentiū. Per salutare Dei in scriptura intelligitur Verbū incarnatū, vt Luc. 2. Quia viderunt oculi mei salutare tuū, & habent Patres, Eusebius lib. 5. Demons. Euang. c. 35. & lib. 4. c. 37. Irineus lib. 3. c. 11. & omnes. Sedulo propterea obseruauit Leo Caftren. ibi Isaia. 38. verti posse: Non videbo Deū dei, vt cōstet Ezechiam dolere q̄ filios non relinqueret, qui futuri essent parētes Mesiæ. Vnde adiecit, Generatio mea ablata est, & cōuoluta est à me, &c. Cur enim dicamus, tota mentis, tanta animi cōsternatione, & eiulatu pene fœmi neo, tantū Regē prosequi mortē suā, nisi ob pregrandē aliquē & infelutū casum, qualis erat promissiones de Christo vēturo irritas fieri. Nec solus est Aug. huius veritatis assertor: nā Hiero. lib. 11. super Isai. c. 38. & antiquior vtroq; Iosephus lib. 10. Antiq. c. 3. idem habent expressē.

*Ex distis li-  
quet Hebræ  
os odisse ste-  
rilitatem,  
quis time-  
bant ne Mes-  
sias deforet.*

*Aut quia  
unusquisque  
optabat ut  
Messias es-  
set suus filius  
aut nepos.  
&c.*

Ergo dolebant, & lamentabātur Hebræi, si sine liberis morerentur: & eatenus rei vxorix incubebāt, ne Christus deforet, quē affore vehementissimē exoptabāt. Aut curabāt filios habere, quia posse fieri existimabat vnusquisq; vt ipse esset pater Mesiæ, aut auus, atauus ve. Hoc habet etiā Lypomanus in Catena. Gen. c. 30. & prior illo D. Tho. in. 4. d. 30. q. 2. artic. 1. q. 1. & hac quidem intentione excusari poterant, qui tanto filiorum procreandorū desiderio tenebantur. Quæ tamen nihil obstant, quominus quidam alij viri sanctissimi ab hoc filiorum studio se continerent: quia non rem magnæ gloriæ apud Deum esse

A esse existimabant, esse patres aut progenitores Mesiæ secundum carnē cum perditissimi homines in serie progenitorum Christi numerantur à Mattheo & Luca.

Sed laxandi animi gratia sciendum, id quod primo loco adducebatur in secūdo argumēto, de filia Iepte deplorante virginitatem suam prius quā a patre mactaretur, à diuersis diuersimodē explicari. Fuere qui dicerent, vt fufissimē habetur in Abulen. super Iudic. 11. q. 96. Iepte nō occidisse filiā suam, sed potius reclusisse eam, quali in monasteriū Sanctimonialiū, vt ibi cœlibem vitam ageret, quo ad viueret Deo dicata cum reliquis sanctis fœminis, de quibus supra ex scriptura. q. 2. posit. Prius sciendū

B ex Abul. super Iud. 11. q. 50. turpiter & nefarie errasse dicentes flere illa suam virginitatem, hoc est, quod nō fuisset experta libidinē, ac venerem. Proinde dicit Abul. flere illam suā virginitatem nihil esse aliud quam flere se tam tenerā, & paruā tamq; precociter, & immaturē mori. Aut flere q̄ a sine liberis moreretur: nā vt visum est, & habet elegans testimoniū Osee, omnis gloria illorū erat à conceptu, ab vtero, & à partu. Sed redeamus ad rē. Sanē, vt vidimus q̄ tūc tēporis femine essēt pudicitie & castitatis studiosæ, instar nostrarū monialiū, arguit virginitatem nō omnibus fuisse contemptui, imò sanctoribus fuisse in

C pretio & honore. Quod verò primo loco dicunt, Iepte nō interfecisse filiā suā, sed reclusisse eam in illud monasteriū, solebat mihi, vt fatear, placere multū ppter auctoritatē Lyrani id asserētis, plurimū verò propter rationes quas adducit. nam sic ait: Hebræi dicunt quod ipsam non immolauit. sed votum eius fuit relaxatū per ipsum Phinees. Et aliqui dicunt q̄ fuit interpretatum per sapientes, quod non deberet votum adimpleri per mortem filie innocētis. Vnde quædā glossa Hebraica super illud verbū

*Non erat  
quid magnū  
esse patrem  
Mesiæ secū-  
dum carnē.  
Matth. 1.  
Luc. 3.  
IX.  
An Iepte  
occiderit fi-  
liam suam  
ut uouit.*

*ose. 9.*

*Quod Iep-  
the reclusit  
filiā suā  
in monaste-  
rium monia-  
liū.*

**Iudic. 11.** Dimitte me vt circumeã mōtes, sic dicit, id est sapiētes in lege, quia forsitan inuenient modū relaxationis, seu interpretationis voti tui. Et mox: sine præiudicio dici potest, q̄ filia Iepthe non fuit sacrificata Dño per morte corporalē, sed potius per ciuilē, seu spiritualem, eo modo, quo religiosi dicuntur mūdo mortui, &c. Hæc Nicol. quem Vatab. sequitur. Quia tamē Patres cōmuniter tenent, q̄ vere & propriē eã occiderit, eis assentiendū est, dissentiendum verò à Lyrano & Vata. Id habet D. Aug. 1. de Ciu. c. 21. & q. 49. super Iudicū, latissimè, & Ambr. lib. 1. de officijs. c. 50. Greg. Nazianz. Oratione de Machab. Athana. in Synopsi lib. 7. D. Hiero. & oēs. Id etia habetur in Con. Tolerano. 8. c. 2. Inter probandum q̄ iuramenta illicitanō sunt seruanda. Ad idē hoc adducit D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 2. ad. 2. Et quanuis sancti & Concilia tacerent, loqueretur ipse textus biblicus; nam habet, q̄ Iepthe vouit occisurum se suã filiã: & deinde dicit q̄ fecit ei sicut vouerat. Vnde Caiet. ibi Iudic. 11. non solu credit quod Iepthe eã occiderit, sed quod obtulerit eam in holocaustum, id est, totã absumpserit. Quod explicat Abulen. ibi dicēs. q. 52. quod eã prius occidit: post eã cremauit, vsq; quo redacta est in cineres: & sic eam dicauit Domino.

**X.** **Zachariam** **ingressum cēplum dicunt quidã uidisse se asinum.**  
**R**estat testimoniū quoddã explicandum, quod de Zacharia inducebatur in. 2. argumento. Na primum, q̄ filios à Deo peteret, eadem habet explicationem, quam habuerūt cetera testimonia. Duo tamen sunt que circa hanc Zachariæ petitionē & orationē, cōsiderari possunt, licet in eorū tractatione tãtiſpe: à proposito diuagemur. Hęc enim est presentis actus cōditio, in quo aliqua iocūde vtilitatis illecebra tēdiosam disputationē leuare, necessum est. Igitur in libro quodã Gnosticorū, cuius meminit Epiphanius, li. 1. Panarij, narrabatur, Zacharia ingressū templum

- A** templum ad orandum, vidisse formam quãdam asinino capite præditam, quam cum reuelare veller, is qui visus est, vocis & linguæ vsus illi ademit: sed ademptum paulò post restituit. Tandem hinc consuetudo inoleuit, vt sacerdos ingrediens ad sacra peragenda, tintinnabula vestimento appensa gerat, quo sonitu admonitus Asininus ille Deus, se occulter, ne forma eius intēpestiuē cōspecta, interitum afferat spectatori. Occasione huius Christiani olim accusati ab Ethnicis sunt, quod Iudæis permixti asinum, Iudæorum numen, colerent. Tertulli. tamen in Apologeiico autumat, Cornelium Tacitum lib. 5. ansam dedisse huic suspicioni: nam dicit, Iudæos ex Aegypto pulſos, cum in vaita Arabiæ solitudine siti macerarentur, ab asinis syluestribus, qui de pastu ad potum petebant, aquarum fontes didicisse: & beneficij memores bestiam diuinis honoribus coluisse, & eius effigiem in templo cōsecrasse. Inde Christianos, vt Iudaicæ religionis propinquos, asinum colere suspicabantur Gentiles. Vnde tempore Tertulliani, fuit locator quidam asinorum, qui ante eorum stabulum, appendere tabulam ausus est, in qua de pietus erat homo semiasinus, seu asinus semi homo, cum hac inscriptione: Deus Christianorum Ononychus, id est, Asiniunguius. Refert Syxtus Sen. lib. 2. Biblioth. ver. Mariæ stirps. Quem locum consulat Lector. Verum caueat, ne in immediatè præcedentem annotationem conijciat oculos, nam nō solūm si coniecerit, eos statim auersabitur, sed & stomachum cōtinere vix poterit à nausea, spectaculo turpissimæ deformitatis, & deformissimæ turpitudinis concitatus.

Alterum quod fidem astrinxi dicturum me, adducitur à D. Aug. tomo. 4. lib. 2. Quæstionum Euangel. c. 1. & est consideratissimè obseruatum, quod Zacharias, tempore

Gentiles imputabant Iudæis. & Christianis quod Asinum colerent.

*Zacharias in templo non orabat pro filiis, sed pro aduëtu Messie.*

illo quo templum ingressus est ad precandum Deum, **A** (fungebatur enim tunc temporis sacerdotio in ordine vicis suæ) tunc, inquam, non deprecabantur pro habendis filiis, quia vero simile non est, cum sacerdotio publico fungeretur, & offerret pro salute populi, & redemptione hominū (expectabat enim foris totus populus offerentem ipsum intrā) quòd relictis publicis votis, homo senex, uxorem habens sterilem & anum, de rebus priuatis ageret. Et probari hoc potest primò, quia Angelus qui ei apparuit, dixit, Exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi filiū. Erat aut̄ munus sacerdotis officio sacerdotali in templo fungentis, perere Messiam redemptorē. Hanc ergo communem petitionem exaudita esse, **B** dixit Angelus à Deo, & in signū eius adiecit, Vxor tua pariet, &c. Secundò, quia promittenti Angelo filiū nō credidit Zacharias, desperabat ergo se filios habiturū, tantū abest vt eos esflagitaret. Alias huius cōiecturas adductas videbis in Theophilacto & Caiet. ibi Luc. 1. Igitur non orabat Zacharias contra sterilitatem, & orbitatē filiorū.

**XI.** **R** Estat testimonium Gen. 1. Crescite & multiplicamini, explicandū. Nā pro tempore, quo hæc verba dicta sunt, nō potest dici quòd virginitas licite seruaretur. Hoc vt explicemus, præmittamus, fuisse quosdam, qui non de carnali corporum fœcunditate & filiorū naturalium copia, sed de mentium & animorum spirituali virtute propaganda, illud Genesis intelligerent. Et in eo quod sequitur, Implete terram, & dominamini eius, per terram intelligebant carnem, quam præsentia sua implet anima: ita tamen, vt post peccatum, fœcunditatem spirituales in carnalem conuersam esse dicerent. Itæ refert Aug. lib. 14. de Ciuit. c. 21. & 22. & fauet huic parti in lib. de Genes. contra Manicheos. c. 19. & lib. 13. confes. c. 4. & de bono coniugali.

Lact.

*Explicatur illud. Crescite. & multiplicamini. Gen. 1.*

*Opinio quod ante peccatū non poterunt parentes nostri misceri carnaliter.*

**A** iugali. c. 2. & lib. 1. de ferm. Dom. in monte. c. 21. & Chrysof. lib. de Virgin. c. 27. & homil. 18. in Genes. & Gregor. Nissenus, lib. de Creatione hominis. c. 28. & Damascen. lib. 2. de fid. Orthodox. c. vltim. & lib. 4. c. 16. & 25. Quod non semel approbat Abulensis super Genes. 1. & fauet Mag. in 2. Sent. d. 20. dicens: Ad gignendos filios parentes nostros in paradiso misceri non potuisse, nisi post peccatum. Cæterum breui nos ab hac eximemus quæstione, nam constanter asserimus, illa verba, Crescite & multiplicamini, ad carnalem filiorum propagationem pertinere. Itaq; si status innocentie perdurasset, ibi in paradiso, **B** carnali copula se prothoparentes nostri, & eorum filij miscuissent. Tractat neruose & eleganter Aug. lib. 14. de Ciuit. cap. 22. Orige. homil. 1. in Genes. Rupert. & Iunil. vt in Cathena Lypomani Genes. 1. & in Syxto lib. 5. annot. 20. 21. & 63. Michaele de Medina latissimè, lib. 5. de sacror. hom. cont. controuersia. 2. c. 1. Vbi patrum dicta explicantur, simul & in D. Thom. 1. par. quæstione. 98. articul. 2.

Nunc respondeo: Verum esse illis verbis, Crescite & multiplicamini, contineri præceptum: non tamen pro quocunq; statu, ac tempore, sed pro illis mundi primordijs, donec humana species extenderet propagines suas, hoc est, multiplicarentur homines. Recte Scotus in. 4. d. 26. q. vni. §. Per hoc patet, ait: Crescite & multiplicamini, est institutio per modum præcepti affirmatiui, ita quòd obligat, non ad semper, sed tempore necessitatis. Idem habet Mag. eadem. d. S. Tho. 1. p. q. 98. ar. 2. ad. 3. in fin. Historia Schol. in Gen. c. 29. Lyran. in lib. Iudic. cap. 11. Quocirca id quod in eadem Hist. Schol. c. 29. refertur ex Strabo, quod post mortem Abelis vouit Adam non ultra uxorem suā se cogniturum, tamen ibidem dicitur, Deo per Ange-

*Quòd carnalis copulatio est pœna peccati, sed conditio nature.*

*Initio mundi erat præceptum de matrimonio.*

*Genes. 1.*

Angelum præcipiente, fregisse votum. Imo Iosephus re-  
fert Adam extincto Abele, & Caim effugato, procrea-  
tioni filiorum vehementius quam antea, st uduisse: nam  
existimabat præceptum id sibi esse à Deo. Id etiam ex Iosepho  
re. fert Ioa. Nauclerus in Chronographia, Volumi-  
ne. 1. Generatione. 2. Vnde nescio quid moueri: Michaelé  
de Medina, se vt communi Theologorum sententiæ op-  
posuerit in hac parte, nam dicit lib. 4. de sacrorum hom.  
continent. Controu. 2. c. 3. & 4. neq; in communi, neq; in  
singulari vsquam obligatos esse, aut obligari posse homi-  
nes ad contrahendum matrimonium. Sed eius obiectio-  
nes frigidæ sunt, licet ipse ardentissimè se existimet, &  
quod intendit efficere. Verùm nos alia necessaria vo-  
cant.

*Genes. 2. Nō  
est bonū ho-  
minē esse solū*

Illud verò Genes. 2. Non est bonum hominem esse so-  
lum, quo Hæretici quasi Babylonias cœperint, trium-  
phant, facillè, & eleganter explicatur ex Glossemate Va-  
tabli, quod ibi sic habet: Dicunt Hæbrei hoc loco, vocem  
Hebræam, Tob, significare perpetuitatem, & diurni-  
tatem, quasi dicat, Non bonum est, vt semper solus per-  
maneat. non enim diu duraret humana natura. Hæc ibi.  
Præstantior etiam est Caiet. Glossula ibi Genes. 2. nam di-  
cit: Nomen Adam ex propria significatione significat C  
hominem: ex appropriatione autem significat primum  
virum creatum. De primo enim viro dicitur, Non est bo-  
num esse solum ipsum. Hæc ille. Quibus docemur, ver-  
ba illa non de quouis homine, sed de solo Adamo dicta,  
quòd scilicet, nō erat bonum ipsum esse solum, eò quòd  
si solus absq; coniuge maneret, species non cōseruaretur:  
at cæteris, postquam multiplicatum est genus humanū,  
bonum est esse solos, & melius, quam sociatos coniugio,  
vt dicit Paulus.

*1. Cor. 7.  
Matt. 19.*

Ad

A Ad tertiam obiectionem dico, Cœlibatum interdum  
prohibuisse Gentiles, non quòd cœlibum castimoniam  
auerfarentur: sed quòd cœlibum status erat apud Gen-  
tiles licentiosum viuendi genus. Quia sub continentiæ  
prætextu vagam quandam, & promiscuam libidinē exer-  
cebant. Aut dico cū D. Chrysofomo in sermone, Quod  
regulares fœminæ viris cohabitant. to. 3. apud Gentiles  
Virginitatis florem non floruisse, ingenuè fatentes, rem  
suprà naturam esse: & ea propter omnibus gentibus ad-  
mirationi fuimus, ait ibi Chry. vbi elegatissimè loquitur.  
Virginitas ergo propria est Christianorum virtus. Idcir-  
co parùm refert quòd Gentiles infestos se ei exhibuerint.

B Quod si hæc te adhuc cura remordeat, Quantam fi-  
liorum seriem enumerauit Adam, qui tandiū vi-  
xit, & multiplicandi præceptum habuit, & tam bonæ erat  
constitutionis, seu complexionis. Dicam breuiter quod  
hac in parte reperi, apud Historiographos, nam meo ca-  
pite ortam rei verustissimæ resolutionem, vt mendacem  
omnes iure refellerent. Dicam etiam, quid de filiabus  
Adæ sentiendum sit, nam scriptura nullam earum men-  
tionem facit. Dicam, cum filij Adam sorores suas duxe-  
rint in vxores, cur sacra pagina id inuoluit silentio? Vlti-  
mum horum decidit August. 15. de Ciuit. c. 16. & D. Hieron.  
& alij, hoc scripturam tacuisse, ne si apertè diceret,  
C Filios Adam cum suis sororibus congressos fuisse, in ex-  
plum sibi imitandum tradi, putarent homines. Quauis  
inter Gentiles fraterna coniugia permessa sint. Nam non  
solum ferunt, Saturnum duxisse Opem sororem suam, &  
Iouem Iunonem sororem: sed Aegyptios, & Athenien-  
ses idem fecisse produnt. Romani tamen id semper auer-  
sati sunt. Vide Viuem lib. 15. de Ciuitat. cap. 16. & D. Epi-  
pha. lib. 1. cōtra hæres. to. 3. hæres. 39. Chrysof. hom. 1. Im-

*Gentiles in-  
terdum præ-  
cipiebant nu-  
ptias, ut ma-  
iora mala  
euitarētur.*

XII.

*De numero  
filiorū Adæ.*

*Filij Adæ cū  
sororibus cō-  
traxerunt.  
Etc. scrip-  
tura id ta-  
ceat.*

b perf.

per. super Matt. circa finem. Cum matre autem nunquam dispensatum est, ut quis contraheret: nam ab hoc natura ipsa vehementissimè abhorret. Vnde referente Andr. Tiraquel. lege. 7. Connub. num. 47. ubi de his multa tradit, & S. Thom. 2. 2. q. 154. ar. 9. ad. 3. ex Arist. 8. de Animal. cum quidam equus deceptus fuisset, ut matri commisceretur, seipsum postquam factum cognouit, præcipitem dedit, &c. Idem referunt A. Elianus, de Animalibus lib. 3. Plinius expressè lib. 8. c. 42. Auicenna lib. 9. de animal. Idem de Elephante refert Lyra. super Matth. c. 19. in illa verba: Et dixit, propter hoc dimittet homo. His adde quod de Camello, Arist. 9. de animal. c. 47. dicit quod cum deceptus fuisset ut cum matre coiret, re absoluta, & cognita in ipsum hominem Camellarium, qui author incestus fuerat, irruit, & illum morsu defixo interemit. Verba sunt Aristot.]

Adam quot  
filios habue-  
rit.

Dicit verò D. Epiph. lib. 1. Contra hæreses, to. 3. hæresi. 39. Adam habuisse. 12. filios, & duas filias, quæ appellatæ sunt Saue, & Azura: & Saue nupsit Setho, & Azura Caimo: nam Abelem nondum ducta vxore, ait, fuisse occisum. Chrysof. hom. 1. in Imperf. super Matth. prope fin. refert alias duas Adami filias, Rifam, & Edoclan. Sed cætera, quæ ibi dicuntur ab authore illorum Commèntariorum titulo Chryf. Alterius filia Adam meminit Philo in Antiquit. bibli. quæ dicebatur Noaba. Historia Scholast. super Gene. c. 25. & 27. & Vincetius Belluac. lib. 2. Speculi. c. 56. refert aliam, quæ appellabatur Chalmana: & alteram, quæ Delbora. Nauclerus Volumine. 1. Generatione. 1. in Chronographia, dicit, præter Cain, Abel, & Seth cum suis fororibus, Adam genuisse alios triginta filios. Et Abulen. Genes. 5. quæst. 1. dicit triginta filios, & totidem filias. Nauclerus supra, allegat. S. Methodium alle-

Afferentem, Adamum habuisse centum filios. Fuit sanctus Methodius homo sanctissimæ vitæ, & illuminatissimæ: habuitq; de primis mundi temporibus cœlestes reuelationes, ut dicit Historia Scholastica Genes. c. 25. Aliqui dicunt. 32. filios, & totidem filias habuisse Adamum, scilicet, Georgius Cedrenus, in Compendio historiæ, & Fasciculus temporum. Sciendum rursus ex Iosepho, Naucl. Belluac. Abulen. vehementissimo generandi filios studio flagrasse Adamum. Adeo ut referat Abulen. in Genes. q. 404. c. 13. dixisse Thalmudistas, quod Adam præter Euam, habuit aliam vxorem dictam Lilis, per. 130. annos, quibus fuit excommunicatus per cõmissionem ligni vetiti: & in toto illo tempore genuit ex ea non homines, sed demones. Idem refert in. c. 2. Gen. q. 28. sed hæc anilia sunt, Thalmudistis digna. Mihi vero simillimum, imò certissimum est, Parentes nostros multam sobolem reliquisse: quod probè deducit D. Augusti. tomo. 4. in Quæstionibus super Gene. quæst. 1. quauis filiorum numerus incertissimus mihi sit. Nam & librum quendam, qui appellabatur, Liber filiorum Adam, seu Genealogia filiorum Adam, quem confixisse Manichæos, dicit Augustinus contra Faustum, tanquam apocryphum damnauit, & reiecit Gelasius Papa, in cap. Sancta Romana. 15. dist. de quo vide Couarruiã, lib. 4. Variar. resolut. cap. 14. & Syxtum Senen. lib. 2. verbo, Adæ reuelationes.

Hoc ego, quidquid quæstionis est, in eorum gratiam, quibus cœlibatus, ac pudicitia cordi est, elaborauit: ex omni Veterum historia, ceu amantissimo hereto, pauculos hos, sed odoratos flores, delibans, qui vobis, vtinam, suauiter spirent, ac redoleant. Diuus Gregorius Nazianzenus, carmine,

b 2 erat

Error quod  
Adã genuit  
etiam Demo-  
nes.

Authoris  
peroratio.

D. Gre. Nazianzen. de uirginitate optime meritis. Poetarum Gentilium lectio, &c.

erat iuuenis, de sacra Virginitate quàm optime meritis, A lusit. Induxit veluti in scenam, duas vitas, cœlibem, & conjugatam, suam causam agentes, & super victoria con certantes. Vicit cœlibarus. Dedit se Diuus iste, & ap pulit animum ad cudenda carmina: propterea quòd Iu lianus Apostata, Poetarum Gentilium lectionem Chri stianis interdixerat. Confecit ergo Gregorius sacra car mina, quibus subdolum Iuliani consilium frangeret: & Virginum coronæ, Christo, gratum faceret: quo auspice cœpta, quo duce ac comite, nostra quæstio ad finem perducta est.

QVAE

A Q V A E S T I O Q V I N T A S C H O L A S T I C A,

Vtrum homines vita functi apparere viuenti bus valeant?

Et Christus post Ascensionem, an nunquam apparuerit?

B



Heretici, qui, vt ait Comicus, nisi quod ipsi dicunt, nihil rectum putant, omnia vetustissima Ecclesiæ dogmata proculcant, & sanctos Patres velut ex alto despiciunt, suas vt aniles fabulas, & stultissima figmenta nobis obtrudant. Vnde & in quæstione proposita totos contendunt

C

neruos, eam vt eludant: nam dicunt apparitiones mortuorum, quæ à Catholicis sanctè creduntur, & fideliter referuntur, fabulas esse, & meras præstigias ad decipiendos viuos confictas. Id habent Magdeburgenses, & quidam alij, qui ex Hydra Lutherana veluti capita emerferunt: Matthæus Iudex, Ioannes Vuigandus, Ioannes Riuius Marbachius, Goltuurnius, Melacthō, SueucKfeldiani (nomina Diabolica Diabolicorum hominū). Refert Petrus Canisius lib. 5. de Maria Deipara. c. 21.

Heretici apparitiones mortuorum negant.

I. Diabolus sepe mentitur se esse animam hominis mortui.

Hanc nos vt controuersia dirimamus, obseruemus primo ex D. Augu. lib. 10. de Ciuit. c. 10. & 11. Chry-

soft. homil. 29. super Matt. ante medium, Ludouico Cœli, lib. 1. lect. Antiq. c. 34. Dæmones frequenter simulare se esse animas mortuorum, ad errores Gentilium confirmandos. Refert Lud. Viues super Aug. supra, eadem fuisse sententiam Platoniorum, præsertim Iamblichi. Hæretici etiam interdum simulauere sibi animas defunctorum apparere, quod fecit Vincentius Donatista, aduersus quem loquitur August. lib. 3. de Anima, & eius orig. c. 2. tom. 7. Id velut talis capitis, Diaboli, scilicet, membrum nituntur efficere. Refert Diodorus Sic. lib. 2. id quod D. Paulus tradit, Sathanam transfigurare se in Angelum lucis. Nam & Diodorus ait, Diabolum in omnium animalium naturas interdum sese transformare, sicut de Proteo, dixit Virgilius.

*Formas se vertit in omnes,*

Inde est quod D. Thom. 1. p. q. 117. ar. 4. ad. 2. refert ex D. Clemente in Itinerario, quod Simon Magus per magicas artes pueri à se interfecti animam retinebat, hoc est, ille debatur Simon ab aliquo Dæmone, simulante se esse animam illius pueri, quem Simon interfecerat.

II.  
Possè diuina  
virtute fieri  
veras appa-  
ritions.

Secundò præmittendum est, nemini vnquam in dubium vocari, veras defunctorum apparitiones, virtute diuina posse fieri. Qua enim virtute animas de nihilo creauit, & immerfit corporibus, aurea præsentis vitæ luce stans temporibus perfunctorum: eadem potest, post hanc vitam conseruare, & hinc inde pro sua voluntate transferre. Quinimò & Ethnici fidei luce destituti, mortuorum apparitiones posse fieri semper existimauerunt. Et, referente Abulensi super Leuiticum. cap. 16. quæstion. 15. hanc ob causam, prima die mensis Februarii, solenne fuit Gentilibus annua festa facere, quæ vocabantur purifica-

A rificationes, pro animabus defunctorum, ne viuos apparitionibus perterrefacerent. Et ab his purgationibus dictus est mensis Februarius, nam Februa, Græcè, purgatio Latine est. Et Plutonem dici Februum, cui Februarius mensis dicatus esset, habet Augustinus, lib. 7. de Ciuitate Dei. cap. 7. & Viues, lib. 3. cap. 12. sed Ouidius sic habet.

*Februa Romani dixerè piamina Patres.*

Et mox.

*Deniq; quodcūq; est, quo corpora nostra piantur,*

*Hoc apud intonsos nomen habebat auos:*

*Mensis ab his dictus, &c.*

B

Vide Macrobius lib. 1. Satur. c. 13. & 14. Rursus Alexander ab Alexandro, lib. 5. Dierum Genialium, cap. 23. & 27. harum meminit apparitionum, & August. Eugub. lib. 8. de Pe. enni Philosophia. cap. 25. Itaq; animas Defunctorum apparere posse viuentibus, extra controuersiam, positum est. Quod e. go inquirimus est, an re ipsa id vnquam effectum fuerit.

Tertio loco magnopere est considerandum, interdum contingere, vt multa sibi homines cogitatione con-

C fingant, quæ sibi visi sunt videre: cum tamen nihil viderint. Tractat Ludouicus Viues. lib. 10. de Ciuita. cap. 16. Hinc est quod ex magia naturali fuere, qui facerent in conuiuio subito apparere conuiuas omnes truncos, aut asininis capitibus. Et Maga apud Virgilium. 4. AENEI. iactabat, se posse vertere lydera retrò: & D. August. lib. 18. de Ciuit. c. 16. dicit, socios Diomedis in volucres fuisse conuersos: & c. 17. cōmemorat ex Varrone, Circen in signè Magam, socios Vlysis mutasse in bestias. Et Archades traninatantes quoddam stagnum, cōuertit in lupos. Et. c.

18.

Mensis Fe-  
bruarius un-  
de dictus.

et mox  
et mox  
et mox  
et mox

III.  
Homines ple-  
runq; se pu-  
tant spectra,  
& visiones  
videre, cū ni-  
hil re uera  
tale uideant.

Varie muta-  
tiones ex Au-  
gust. hominū  
in bruta.



18: sic loquitur: Nos cum essemus in Italia audiebamus A  
 talia, de quadam regione illarum partium, &c. In sum-  
 ma dicit, quòd mulieres stabulariæ dabant viatoribus  
 nescio quid in caseo, ex quo statim in iumenta verteban-  
 tur, & necessaria quæq; portabant: & post perfuncta ope-  
 ra, iterum ad se redibant. Veruntamen hæc omnia præ-  
 stigiosè fieri, secundum illusionem sensuum ipsorum  
 videntium, non secundum veram & realem transmuta-  
 tionem, tradit ibi August. dicens: Non ita solùm animū,  
 sed neq; corpus quidem vlla ratione crediderim, Dæmo-  
 num arte, vel potestate in membra, vel lineamenta be-  
 stialia veraciter posse conuerti, sed phantasticum homi-  
 nis, &c. Et statim: Nam quidam nomine Præstantius, pa-  
 tri suo cōtigisse indicabat, vt venenum illud per caseum  
 in domo sua acciperet, & iaceret in lecto suo quasi dor-  
 miens: qui tamen nullo modo poterat excitari: post ali-  
 quot autem dies, eum velut euigilasse dicebat, & quasi  
 somnia narrasse, quæ passus est: Caballum se, scilicet, fa-  
 ctum, anqnam inter alia iumenta baiulasse militibus, &c.  
 Hæc August. Similia sunt quæ in Concilio Ancyrano dif-  
 finita reperimus, & referuntur. 26. q. 5. c. illud. vbi dicitur.  
 Quædam sceleratæ mulieres, retrò post Sathanam con-  
 uersæ, Dæmonum illusionibus seductæ, credunt se no-  
 cturnis horis cum Diana Dea Paganorum, vel cum He-  
 rodiade equitare super quasdam bestias, &c. Quapropter  
 sacerdotes populo prædicent, vt nouerint hæc omnia fal-  
 sa esse, & à maligno spiritu talia phantasmata mentibus  
 fidelium irrogari, &c. Vide Rosam auream Sylues. q. 4.  
 super Euang. Couarr. lib. 4. c. 6. & August. Eugubi. lib. 8.  
 Perennis Philosoph. ac. 26. Victoriam in Relect. Malleū  
 Maléficarum, cuius hoc ferè solum est argumētum. Ve-  
 runtamen huiusmodi illusionibus Diabolicis referti sunt  
 libri,

Notabilis hi-  
 storia ex  
 Aug. de ho-  
 mine uerso  
 in caballum.

A libri, quæ omnia vt amplius explicemus, libet quæstiun-  
 cula quandam introductoriam ad eā, quæ præcipuè est  
 agitanda, præmittere.

D Vbi ergo est, vtrū huiusmodi verè mortuorū appa-  
 ritiones vi & potestate naturali Diaboli fieri queat.  
 Et sanè videtur quòd queant: primò, quia Pythonilla vir-  
 tute Dæmonis. 1. Reg. 28. apparere fecit: Samuelem de-  
 functum Sauli viuo, de quo multas complere paginas  
 inferius debeo. Secundò, quia apud antiquos in confesso  
 semper fuit, has apparitiones per Magiam posse fieri. Ad  
 quod propositum multa coaceruat. D. Hieronymus, lib. 8.  
 Etymolog. c. 9. dicens: Hinc apparet non esse in totum du-  
 bium, quod Poeta de Magica scæmina scripsit,

*Hæc, se carminibus promittit soluere mentes:*

*Nocturnosq; ciet manes, &c.*

Prudentius quoq; de Mercurio, sic ait:

*Traditur extinctas, sumpto moderamine virgæ,*

*In lucem reuocasse animas, &c.*

Statius etiam, lib. 6. Thebaidos,

*Tibia, cui suetum teneros deducere manes.*

C Consonat his quod tradit Abulensis. 1. Reg. 28. q. 25. He-  
 bræorum communem fuisse credulitatem, quòd arte  
 Magica possent animæ suscitari. Sed opus non habemus  
 testimonio Abulensis, cum Iosephus, vetustate & graui-  
 tate paucis inferior, lib. 6. Antiq. c. 14. hoc ipsum vt certif-  
 simum supponat. Sed neq; Iosephi indigemus testimo-  
 nio, nam Deutero. 18. in illis verbis, Non sit inter vos,  
 qui diuinos consulat, & quærat veritatem à mortuis, &c.  
 satis insinuat, posse fieri, vt arte Diaboli mortui redu-  
 cantur, quòd ventura prædicant.

III.  
 Dubiū præ-  
 ambulum,  
 An potètia  
 Diaboli pos-  
 sint fieri ap-  
 paritiones  
 mortuorum.  
 2. Argum.

Hebræi pu-  
 tabant arte  
 Diaboli pos-  
 se apparere  
 animas.

**3. Argum.** Tertio, ad veram mortuorum exuscitationem, sicut **A** & ad productionem viuorum, nihil videtur requiri aliud, quam perfecta materiae dispositio: ea enim disposita, necessum est, vt forma introducatur: sed Diabolus, applicando actiua passiuus per motum localem, potest disponere materiam eodem prorsus dispositionis genere, quo primum fuit disposita ad primam viuentis productionem, nam qualis illa prior dispositio fuerit, ipse optimè nouit, ergo potest facere veram mortui resurrectionem.

**4. Argum.** Quarto, quia apparitio defuncti ad motum localem pertinere videtur, cum nihil sit aliud animam apparere, quam loco, quem habet, deserto, ad alium deuenire: sed **B** sic est quod in his quae ad motum localem spectant, nihil est quod Diaboli potentiam possit effugere, vt liquet ex S. Thom. 1. p. q. 110. ar. 3. & de Verit. q. 6. ar. 3. & ex professo q. 16. de Malo. art. 10. nam & turrim suo loco motam, in alium potest transferre, vt habetur in Rosa aurea. q. 4. su per Euang. ergo poterit Diabolus vt appareat anima facere.

**Prodigia ple**  
**raque referuntur arte Diaboli facta.**  
**Genes. 19.**  
**Exod. 7.**  
**Lunam caelo deduci ui Magiae.**  
Quinto: alia miracula, ac prodigia longè maiora, virtute Dæmonis effecta miramur: nam, referente D. Clemente in Itiner. Simon Magus faciebat canes loqui. Et Val. Max. lib. 1. c. 5. & 8. dicit, simulacrum Fortunæ, quod Romæ erat in via Latina, fuisse aliquando loquutum. D. August. de Ciuit. lib. 10. c. 16. & lib. 22. c. 11. testis est, virginem Vestalem in vase perforato, idest, in cribro aquam de Tiberi asportasse. D. Tho. de malo. q. 16. ar. 9. ad 3. asserit, vxorem Loth per Diabolum, in salis itatuam fuisse conuersam. Quid referam de Magis Pharaonis? quos fecisse muscas, & ranas, & vertisse virgas in colubros, & fluuios aquæ in sanguinem, refert scriptura. Porro quid mirabilius, quam vi Magiæ Lunam, cœlestium planetarum

(ex-

**A** (excepto sole) lucidissimum, cœlo detrahi & deduci, vt creditum est ab antiquis. Virgilius, Ecloga. 8.

*Carminibus cœlo poteris deducere Lunam*

Et Lucanus lib. 6. Pharsali.

*Præcipiti deducta prolo, Phæbeq; serena, &c.*

Et Ouid. de Medea sic.

*Illareluclantem cursu deducere Lunam*

*Nititur, &c.*

Et Seneca in Hippolyto, Lunam alloquens, sic dicit:

*Sic te, regentem frænanocturni atheris,*

**B** *Detrahere nunquam Thessali cantus queant.*

Et Prosper.

*Cantus est è curru Lunam deducere tentant.*

Horum meminit D. Aug. lib. 18. c. 18. de Ciui. & Viues ibi dē. Quis iam inficiabitur, Diabolū animā ab inferis posse trahere, vt viuus appareat: postquā tā portētofa prodigia, ac pdgiosa portēta pprio Marte, & virtute valet facere.

**F**ateor argumenta hæc fortia esse, sed non veritate fortiora. Veritas autem est, virtute propria Diabolū miracula nequaquā posse facere atq; adeo nec veras mortuorum apparitiones. Sanè miraculum est efficax diuinitatis argumentum: ac proinde folius est Dei miracula facere. Tractat D. Tho. 1. p. q. 110. vsq; ad 114. & 2. 2. q. 178. & 3. p. q. 43. & lib. 2. & 3. Contra Gentes, & in Disput. de Verit. de Potent. & de Malo. Neq; id in Quodlib. & Opusc. præterijt. Consule Abul. 4. Reg. 2. q. 14. & Victoriam, Relectione de Magia. nu. 19. Quos postquā cōsulueris, huc redibis, & me propositis argumētis respōdentē inuenies.

Ad primū dico, aut illum non fuisse verum Samuelē, aut non apparuisse virtute Diabolica, sed diuina. Quo-

c 2

niam

**V.**  
Diabolus ui  
sua nō potest  
uera facere  
miracula, ni  
si illusoria  
&c.

niam tamen statim, in huius historiæ latissimo campo A debeo paulo liberius expatiari. §. 8. nunc ad alia transeo.

Ad secundum responderetur, apud antiquos sapientes & catholicos nunquam fuisse receptum, quod arte Diabolica mortui reuocari possint, nisi secundum præstigiosas sensuum illusiones vt per transennam (quod aiunt) modò vidimus, visuri id statim oculatius. Quòd verò vulgus sibi nonnunquam persuaserit, Diabolum id posse facere, nullius argumenti, quod contās sit, materiam suppeditat. Vnde quod Abulensis. & Iosephus, imò quod Moyse. Deute. 18. referunt, Solùm conuincit, vulgus illud Hebræorum id sibi persuasisse, quod oracula mortuorum possent consuli, alicuius rei sciendæ gratia. Tamē re vera nihil ab illis aut verū aut falsum expectandū nobis est. Quare Nauclerus Volumine. 1. Generatione 24. §. qua ratione homines Dij cœperūt nominari. cū reuulisset, tria millia animarū detineri in quodā viridario, in forma, ac figura bestiarum & animalium, statim dicit, Deū permittere vt Dæmones id faciant, non secundum veritatē, sed secundum apparentiam, vt seducant peccatores qui seruiunt creaturæ plusquam Deo. Ita Naucl. Ergo solus est Diabolus, qui non per verum miraculum, sed per fallaces, & illusorias nānias, simulans se animam hominis mortui esse, potest & solet responsa daret, & apparere, &c.

Ad tertium negandum est, quòd possint Diaboli materiam disponere ad eiusdem animæ susceptionem imò nec alterare, generare, corrumpere aliquomodo possunt, vt latè tractat Abulen. super Exod. cap. 23. quæst. 68. & cap. 31. quæst. 12. Et colligitur ex Aristot. & Comment. 7. Metaphy. tex. 28. S. Thom. de Veritat. quæst. 6. artic. 3. vbi copiosissime, & doctissime loquitur. Fateor quòd

- A quòd applicando actiua passiuus, possunt producere ignem, formicam, equū. Adde & hominem: vt si semē hominis dormientis arreptum, & celerrimè aduectum infunderent in vas muliebri: sanè sic producerent hominem. Non ita quòd diceretur Diabolus generare hominem, aut esse pater hominis, nam pater potius esset ille, à quo semen illud effluerat: sic nanq; factum est in Merlino, qui ex incubo & succubo Dæmone genitus esse, perhibetur satis veraciter. Verba sunt doctissimi Abulensis, in Tractatu super locum Isaia, Ecce Virgo concipiet. nu. 35. 36. & 37. Hac enim ratione contendunt D. Chryso. homil. 22. in Genes. Casianus eius discipulus lib. 12. Collat. c. 8. Philaster, & alij, Angelum non posse coire cum fœmina: ita vt ipse verè generet: at aduecto hominis semine aliunde, vt dixi, non dubium est, Angelum posse generare. Vide Aug. lib. 15. de Ciuit. c. 23. De quo latius infra. q. 9. Scholast. Præterea quantumuis Diabolus disponere possit materiam, ad hoc vt necessariò introduceretur forma muscæ, equi, hominis: at minimè posset disponere ad introductionem eiusdem formæ, quæ semel extitit in tali materia, & nunc est iā aut corrupta, aut abiūcta. Nā necessaria essent eadem omnino dispositiones numero, eadē actio, idē agēs, & alia accidētia, quæ secundū numerū nō possunt totius naturæ virtute reduci. Vnde meritò D. Aug. lib. 12. de ciu. c. 13. & S. Tho. 4. Cont. Gen. c. 82. rident illa doctrinā eorū, qui asserēbāt, post triginta sex millia annorum (qui vocabatur ab eis annus maximus) reituras, ac denuò futuras res omnes easdem numero, quæ iam semel corruptæ sunt. Hoc dixere Platonici, præsertim Iamblichus, de quo latè Marsil. Ficinus, lib. 11. de Theologia Platonis. Vide Capr. 4. d. 43. Sor. ibid. q. 1. ar. 3. & d. 44. q. vnic. ar. 1. Ferr. 4. Cont. Gent. c. 81.

Applicando actiua passiuus potest Diabolus producere ignem, equū, hominem, &c.

Merlinus ex incubo, & succubo genitus.

Annus maximus. 36000. annorum.

*Diabolus nõ  
potest ani-  
mas hinc in-  
de trahere.*

Ad quartum responderetur, quòd licet admittamus, per A motum localem animas defunctorum posse à Diabolo hinc inde transportari, quæ est suæ potestatis magnitudo: veruntamen Deus, quæ sua est in prouidendo suauitas, minime permittit totam, quam habet Diabolus, exerere potestatem: imò habet ipsum ceu ministrum suum, ad punitionem animarum deputatum, iuxta præscriptum sibi à Deo, summo iudice, modum, & normam. Vnde Abulens. 2. Reg. 28. quæst. 24. sic dicit: cum Gregor. in lib. 4. Dialog. scribit, animas damnatorum per aerem interdum cum Dæmonum turba discurrere, illæ animæ non trahuntur pro libito Dæmonū, B sed quia Deus iubet, &c.

**VI.**  
*Canes. & la-  
pides uno  
duorum mo-  
dorum loqui  
possunt arte  
diaboli.*

**A**D quintum, quod multa inuoluit, distinctè ac sigillatim dicamus. Primùm, negamus Canes, aut Fortunæ simulacrum lapideum vnquam fuisse vera loquutione loquuta: sed solum illudebantur à Diabolo sensus astantium, vt viderentur sibi loqui canes ac lapides, qui tanquam elingues, & muti omninò tacebant. Aut dico, ipsummet Diabolum dedisse canibus ac lapidibus, non veram loquutionem, sed sonum quendam litterarum, & articulatae vocis similitudinem: ita vt per motum localem, collide- C ret Diabolus aerem existentem in gutture canum, & sic formaret fonos, quos volebat. Facit Abulens. super Matthæ. capit. 25. quæstione. 775. Sic in gutture asinæ Balaam, efformauit bonus Angelus similitudinem vocis humanæ: & in gutture serpentis, Diabolus, vt habet Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 165. articulo. 2. ad quartum. Quia verò, iuxta Abulensem, guttur requiritur, vt in eo formetur vox humana, existimo, non esse satis certum, quòd lapides, hoc modo loque-

*Asina Balaam  
& serpens in  
paradiso sine  
miraculo lo-  
qui potuerunt.*

**A** loquerentur, propter defectum organi intrinsecè requisiti ad talem vocum humanarum formationem: licet Diuus Thom. de potentia. quæstione. 6. articulo. 5. ad tertium & quartum, & Victoria in illa Relectione, de Magia numero. 19. ad. 2. existiment, idem quod de canibus, & asina Balaam, dici posse de lapideo Fortunæ simulacro. Præstat vt lapidem, per solam sensuum astantium illusionem, visum fuisse loqui, dicamus.

Ad id quòd de Virgine Vestali adducebatur, dicendum cum Sanct. Thom. de Pot. quæst. 6. art. 5. ad. 5. non esse absolum dicere, quòd Deus in commendationem castitatis, per angelos suos bonos, illud miraculum retentionis aquæ faceret. Quòd si Dæmon id fecit, sanè miraculum non fuit: nam quiescere, & moueri localiter, ab eodem principio sunt: vnde, sicut Dæmones possunt mouere corpora localiter, ita possunt & à motu retinere: atq; adeò potuerunt virtute sua aquam sistere, ne flueret. Ad aliud dicendum, Sanctum Thomam non asserere, quòd illa vxoris Loth transmutatio in statuam salis, fuerit facta virtute Dæmonis: sed dicit, in casu quòd facta fuerit per Dæmones, tunc non per Dæmonem virtute propria, sed per ipsum, tanquam per instrumentum diuinæ virtutis, facta est. Neq; verò est incōueniēs, quòd illa transmutatio facta fuerit per angelos bonos: nam licet Gloss. ordin. ex Aug. super illum versum psal. 77. Immissiones per angelos malos & Abulens. super Matth. c. 15. quæstione. 508. & 513. dicant, Deum punire ministerio malorum Angelorum: nihil tamen inconuenit, quòd aliquando per bonos Angelos puniat, vt tradit. S. Thom. in. 4. d. 21. q. 1. art. 1. quæst. 5. ex Dionysio. cap. 4. de diuinis nomi. id expresse asserēte, vt Angelus qui percussit Iacob

*Virgo Vestalis in cribro perforato, aqua quomodo tulerit.*

*Vxor Loth in statuam Salis virtute Dæmonis.*

*Psal. 77.*

*Deum punire ministerio malorum Angelorum.*

in foemore, bonus erat: & similiter Angelus qui percussit castra Assyriorum, bonus erat. Porro statuat illam falsis, Iosephus conspexisse se, dicit. Vbi tamen præterminandum est figmentum Hebræorum, quod in illo loco Gen. 19. refertur à Nicol. Lyrano.

Genes. 32.  
Isai. 37.

Magi Pharaonis tribus molis facere miracula poterant.

Ad aliud de Magis Pharaonis, multi multa dicunt: ego pauca, sed vera referam. Sanctus Thom. de Pot. q. 6. ar. 5. ad. 8. ex gloss. ibi Exod. 8. dicit, non fuisse veram conuersionem virgarum in serpentes, nec veras ranas: sed id effectum fuisse secundum apparentiam tantum, per præstigiosam illusionem. D. August. lib. 18. de Ciuitat. Dei. c. 18. & lib. 3. de Trinitat. c. 7. & 8. ex illimat, veros serpentes, veraq; ranas fuisse. Cæterum id per miraculum non est effectum, nam hoc fecerunt Dæmones per aliqua femina collecta, quæ habebant vim putrefaciendi virgas & materiam, & in serpentes & ranas conuertendi. Tertius modus, qui mihi plurimum etiam placet, est ex Cœlio Rhodiginio lib. 4. c. 29. cuius ista sunt verba: Non insiciabimur, potuisse Dæmones celeritate incredibili, virgis emotis, serpentes earum loco subijcere, vel aliunde allatos, &c. Cætera quæ in argumento adducuntur, vno horum trium modorum fieri potuisse, dicimus.

Luna detinere ac sistere non potest Diabolus uisus, nec terra commouere, &c.

Ad aliud de carminibus, seu incantationibus & veneficijs, quibus luna cœlo auferri, & detineri credebatur ab antiquis, fateor ita creditum: sed ex dictis abundè constat, hæc sicut & alia, præstigiosè & per illusionem sensuum apparenter fieri, non verè. Præterea licèt huiusmodi deductio ac detentio lunæ, ad motum localem spectare videatur, non admitto, à Diabolo fieri posse. Expressè S. Thom. q. 16. de Malo. ar. 10. ad. 4. & 8. dicit, quod neque corpora cœlestia, neq; totam terram, quoniam hæc corpora excedunt eius virtutem, potest Angelus mouere localiter.

**A** caliter. Sed licèt posset, non admitto vt id Deus illi permittat primas, & vniuersales naturæ causas commutare: alioqui confusus, & perturbatus totus iste sublunaris noster mundus videretur. Cum enim ab ordinatissimo solis, lunæq; motu totus pendeat, illis perturbatis, quis ordo & motus vitæ nobis reliquus esse potest? Quæres quid sibi vult id quod toties diximus, illusoriè & præstigiosè Dæmones facere miracula. Respondeo, id ipsos efficere imprimèdo sensibus nostris species earum rerum, quas volunt nobis apparere, & quibus volunt nobis illudere. Cautè tamen hoc intellige, nam Diabolus immutare sensum nostrum, aut phantasia non potest, producendo formam aliquam, aut speciem, & eam imprimendo: sed solum componendo, & diuidendo formas præexistentes: idque per quandam commotionem spirituum, & humorum, quod latius explicatum videri debet in sanct. Thom. de Verit. q. 6. ar. 3. ad. 13. Id sanè contingit in Somniantibus, & phreneticis, qui non per receptionem nouarum specierum, sed per commotionem præexistentium, multa sibi videntur videre, quæ non vident. Illa verò commotio ad localem motum reducitur: & ideò Angelo, & Dæmoni subijcitur. Quod omninò videatur in S. Tho. 1. p. q. 111. ar. 3. in corp. & ad. 2.

His præmissis vt ad institutum nostrum iam tandem deueniamus: ex dictis summatim duo colligimus. Alterum est, veras defunctorum apparitiones (de quibus solū loquimur, non de præstigiosis & illusorijs) diuina virtute posse fieri: nullo verò modo facultate, ac vi Diaboli. His ergo extra controuersiam positis, ad id deueniamus, super quo totus difficultatis cardo vertitur.

**S**It prima conclusio: Animæ defunctorum viuis apparuerunt multoties, siue de cœlo, siue de inferno locis

d ve

Quo pacto Diabolus possit imprimere species & immutare sensus nostros.

VII.

Conclusio tentius dubij re solutiua.

ve alijs deuenerint: nam id in dubium nunc non vocatur. In gratiam huius conclusionis proferam quatuor testimonia illustriora, & circa quæ non vno modo, sed multiplici opinatum est ab antiquis.

## Dubium, An sit vera defuncti apparitio, qua Moyse apparuit Christo, in transfiguratione.

Matth. 17.



Primum testimoniū est Mat. 17. de Moyse, & Helia: qui cū ante multas annorū centurias, iā olim defuncti essent, apparuerūt in trāsfiguratione Christo Dño, eiq; amicè & familiariter cōuersati sunt. Quòd si quis aduersus hanc tam illustrem apparitionem insurgere audeat, dicatq; cum Hugone Cardinali super Lucam. c. 9. Moysem, & Heliam non verè sed imaginariè apparuisse in Christi transfiguratione: quòd & D. Ambros. quem ibi adducit Hugo, docere videtur. Quin & aliqui glossulam illam Hugonis, desumptam dicunt ex D. August. lib. 3. de mirab. sacræ Scripturæ. capit. 13. quod Sanct. Thom. 3. part. quæstione. 45. articulo. 3. ad secundum, refert. Ad hoc omninò dicendum est, glossulam illam esse absurdissimam: sed neque est Diui Ambrosij, vt probè ostendit Syxtus Senen. lib. 6. Bibliothecæ annot. 145. An verò sit desumpta ex Diuo Augustin. in dubium vertipotes. Sanct. Thom. in illo loco docet, à quibusdam credi quòd sit D. August. in illo libro de mirab. sacræ Scripturæ: at liber ille non est Augustini. Sed sanè, siue liber sit Augustini, siue non, hoc certum est, in toto illo libro D. August. talem sententiam non reperiri.

A periri. Quin potius opposita continentur in lib. 3. cap. 10. vbi non imaginatis, sed veris corporibus Moysem, & Heliam apparuisse dicitur. Ergo vt temerarium reijciendum est glossema illud, & indubitanter est asserendum cum omnibus Patribus, & interpretibus, veros Moysem & Heliam comparuisse Christo. Et quanuis tacerent interpretes, loqueretur textus Euangelicus; Matthæi, Marci, & Lucæ expressissimè asserentium, ipsum Moysem ipsumq; Heliam astitisse Christo, &c. Et ratio id suadet: nam inducti illi tanquam testes erant dominicæ transfigurationis: atq; adeò non fictè & simulatè, sed verè & realiter apparere debuerunt. Fatèor quidem à plerisque dubitatum esse, an in corpore proprio, vel assumpto, vel alieno apparuerint. Verùm siue hoc, siue illud asseramus, nō tollitur apparitionis veritas: nā nos minimè de hominibus in proprio corpore, sed de animabus ipsis defunctorū, à principio perquirimus, an viuis apparuerint.

B Alij, quòd huius historiam apparitionis infirmant, dicunt, Heliam non fuisse mortuum, sed neq; Moysem. Et sic illè mortuorum apparitiones minimè fuerūt. De Helia quidem, quòd adhuc uiuat tenent Patres innumeri Hiero. Aug. Ambr. Greg. Epiph. Iustin. Iren. Tertul. D. Thom. Lyran. Abul. Caiet. & alij qui super Apoc. scripserunt, quorum aliquos paulò post referam. Loca horum Patrum referre, mihi quidem pigrum; vobis autè non necessarium est, &c. Quòd verò ibi. 4. Reg. 2. dicitur, Ascendit Helias per turbinem in cœlum: nullus intelligat, in cœlum Empyreum, nam vox Hebræa pro, In cœlu, ibi, vertipotes, Versus cœlum, aut, Velut in cœlum, vt credibile est veruisse. 70. nam ad hanc versionem alludit Chrysostom. in sermone de Ascensione Domini, ad fin. dicēs: Nec quis arbitretur, quòd tanquam in cœlum ascende-

Quòd verè, & visibiliter apparere Moyse, & Helias Christo.

Matth. 17.

Marc.

Luc.

Quòd Helias nondum sit mortuus,

4. Reg. 2.

Quòd Helias non ascendit in cœlum sed elati in cœlum.

rit Dominus, sicut Helias: sed ad cœlū ascendit. Et mox: A Helias quidem tanquam in cœlum ascendit, nam seruus erat, Iesus autem in cœlum, nam Dominus erat. Hoc ipsum ad literam sequitur Theophylactus, super Lucam. c. 24. in illis verbis, Et ferebatur in cœlum. Vide Honcalam Abulen. Canonicum, super Genes. cap. 5. Verum est quod adhuc aliqui dubitant de morte eius, ut etiam dicit Vatab. in scholio super. c. 4. Malachiæ. Sed nihil refert, nam etiam communis Hebræorum traditio est, quod uiuat, victurusque sit vsq; ad finem mundi. Vnde & ab Hebræis appellatur, septimus ætatis humanæ continuator. Septem enim viris omnem à mundi principio vsq; in finem, vitam humanam continuatam asserunt. Primus homo Adam: hunc vidit Mathusalem: hunc Mathusalem, vidit Sem: & Sem vixit vsq; ad Iacob: Iacob vsq; ad Hamram, patrem Moyse: Hamram durauit vsque ad Ahiam Silonitem: Ahias verò vsq; ad Heliam: Helias autem vsq; ad finem mundi. Sic refert Syx. Senen. lib. 2. suæ Biblioth. verbo Helias propheta.

Quod verò Moyse non fuerit mortuus, habent non pauci, nec obscuri nominis interpretes. Primum hoc referunt, D. August. Tract. 124. in Ioan. Abulen. super Deuter. 34. q. 3. Rupertus Abbas, lib. 2. de Trini. & operib. eius C. super Deuter. c. 34. & plerique alij. Sed qui id affirmant sunt D. Ambros. lib. de Cain, & Abel. c. 2. D. Hilar. in Matth. 17. can. 20. Ambros. Cather. super Gene. in illa verba: Plan tauerat dominus paradysum: & Ioannes Arboreus lib. 11. suæ Theosophiæ. Et idem Cather. in illa etiam verba Gene. 3. Collocauit ante paradysum Cherubim, ait, Moysem vnà cum corpore uiuentem fuisse translatum in paradysum voluptatis, ut ibi vsq; ad consummationem seculi uiueret cum Enoch, Helia & Ioanne. Niti autem  
hæc

Septē uiris  
continuatur  
totū tempus  
mūdi ab Adā  
usque ad An  
tichristum.

Opinio Am  
br. & Mila.  
& aliorum  
quod Moy  
ses nondum  
obierit.

- A hæc doctrina videtur quatuor cōiecturis. Prima est, quod simul cum Helia uiuus apparuit Christo, in transfiguratione. Hanc adducit Ruper. c. 22. supra: Secunda est, tribus coniecturis, quæ mouit D. Ambros. quia dicitur Deuter. 34. secundum translationem. 70. Mortuus est Moyse per verbum Dei. Et quia dicit, Per verbum Dei, quod quidem Verbum non est lapsus, mors, & ruina, sed potius fundamentum rei, & vita rerum: nam in ipso vita erat, & Apud eum est fons vitæ: idcirco non esse mortuus, credi potest. Tertia est, quæ mouit D. Hilarium, quia in c. 11. Apocalyp. dicitur, Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt, &c. his autem duobus testibus, Bestia quæ ascendit de abyssu, per quam Patres intelligunt Antichristum, mortem inferre debet. Vnde fit adhuc diem non obiisse, nam tunc interimendi sunt. Quod verò sint duo isti testes Moyse, & Helias, apparet certum, propter id quod eodem cap. dicitur: Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat, &c. quia verborum periphrasi Helias significatur, cuius illud fuit insigne, claudere, scilicet, & aperire cœlum ad pluuiam. 3. Reg. 18. & Iacob. 5. Et mox: Et potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quibus verbis, præter Moysem, nullus valet intelligi, ut ex c. 7. Exodi perspicue colligitur. His adde quartam coniecturam, videlicet, quod, ut refertur Deuter. 34. non cognouit homo sepulchrum eius, vsq; in præsentem diem: videlicet locū in quo sepultus & tumulatus fuerit. Quo insinuat, mortuum non fuisse, sed potius raptum, sicut Enoch, & Helias.

Veruntamen ab hac opinione non possumus non vehementer dissentire: nam ipsa sacra pagina luce clarius dicit, Mortuum fuisse Moysem, nam Deut. 34. sic habetur,

Argumenta  
huius sent.  
Primum.  
Secundum.  
Ioan. 1.  
Psal.

Tertium.  
Apoc. 11.

3. Reg. 18.  
Iacob. 5.

Exod. 7.  
Quartum.

Vera sent.  
quod fuerit  
mortuus.  
Deut. 34.

tur, Mortuusq; est ibi Moyses, seruus Dñi, in terra Moab, A  
iubente Domino, & sepeliuit eum in valle terræ Moab,  
& c. Mortuus est ergo, & à Deo ipso sepelitus, quod non  
modicam laudem parat Moyfi, quòd Deum ipsum ha-  
buerit sacrilam, & sepulcorem funeris officia exequen-  
tem: quod ponderat Abulen. in Deut. c. 34. q. 3. Verum id  
Deus exequutus est ministerio Angelorum, vt tradit D.  
Epipha. lib. 1. contra hereses tomo. 1. secta. 9. circa fin. con-  
tra Samaritas. Rursus Iosue. 1. dilucidè eiusdem Moyfi  
mors exprimitur, Moyses seruus meus mortuus est, surge  
& transi Iordanem, & c. super quæ verba, Abulen. q. 5. eli-  
minat errore quorundam, qui asseruerunt, Moysen fuisse  
se damnatum, quia ad aquas contradictionis peccauit. Et  
q. 7. contendit, quòd nec ad purgatorium descenderit: sed  
in sinum Abrahæ cõtinuò atq; mortuus est descendit. De  
mum, quòd mortuus fuerit, ex mille alijs scripturæ locis  
liquidò colligitur, quæ congesit Abulen. super Deute. c.  
34. q. 3. & Rupertus supra, vbi & dicit Abulen. non fuisse  
relictum inhumatum ipsum Moysen. Nam inhumatū  
relinqui est grauis & acerbissima pœna: videlicet relin-  
qui expositum ferocium alitum moribus laniandum.  
Et hoc non tantum apud mundanum & profanum vul-  
gus, id est, apud Gentiles, quod tradit Seneca lib. de Remē-  
dijs fortunorum: sed & apud sacras literas, nam Hier. 22.  
minatur Deus Regi Ioachim sepultura a fini sepeliendū,  
id est, non sepeliendum.

Ad leues itaq; illas coniecturas labefactandas, nõ opus  
est calamū, aut ingeniū acuerè. Nā primò quòd in trans-  
figuratione Christo apparuerit, non tollit quim mortuus  
ia olim fuerit. Nā quis nesciat, facillimū Christo fuisse, ip-  
sum Moysen ab inferis reuocare, & aduehere, quo eius  
transfigurationi altaret? Porro maius ponunt isti & sine  
causa

*Laus Moyfi  
quòd. Deus  
ipse illum se-  
peliuit.*

*Iosue 1.*

*Moyses nec  
ad infernū,  
nec ad purga-  
torium dese-  
ndit.*

*In sepulchro  
relinqui gra-  
uis pœna.*

*Hier. 22.*

*Resp. ad ar-  
gum. aduer-  
sarium.  
A. 1.  
Matt. 17.*

**A** causa miraculū, quā nos ponamus: nam dicunt, ad hunc  
vsq; diem viuum seruari Moysen: nos verò mortuum  
quidem fuisse, sed virtute Dei apparuisse. Apparitiones au-  
tem vt non tam magnum & insolitum miraculum, sæ-  
pissime factas scimus: at præseruationem à morte, per tot  
sæcula, paucis aut nulli accidit.

Ad secundā coniecturam dicimus illam particulā, Per  
verbū Dei, nihil aliud significare, nisi quod Moyses de-  
functus fuerit, iuxta verbum & promissum Dei: fuerat  
enim cõminatus, quòd priusquā terram ingrederetur pro-  
missam, moriturus esset. Quod si legatur, illo loco, Iuben-  
te Dño, vt habet vulgati codices, minus habet apparitæ,  
opinio D. Ambr. nā tunc significatur quod Deus iusserit  
eū mori. Itaq; mortuus est Moyses, viiusionis diuine, seu  
vt habet Caiet. super illū locum Deut. 34. ex vi & effica-  
cia verbi, quo dixit Deus, Ascende in montem, & more-  
re ibi, quod dictum fuerat Deut. 32.

Ad tertiā dico D. Hilar. in illa sententia singularē esse:  
nam cæteri scriptores vno ore fatentur, duos illos testes,  
de quibus loquitur Ioan. in Apoc. futuros Enoch, & He-  
liā. Ita habet glos. ord. & Dion. Carthu. in illū locū Apoc.  
11. ar. 12. & Collectaneorū in Apoc. author, qui est Cælius  
Pannon. & Isid. Clar. Vatab. Hugo Card. S. Tho. Beda,  
Ansel. Ansbertus, Haimo, Rupertus, & Ricard. qui super  
Apoc. scripserunt. Ideò Arethas, seu maus And. Cefariē-  
sis Episcopus, in illū locū Apoc. 11. c. 30. hanc esse cõmu-  
nē traditionē omniū præconū Christi, inuiolabiliter in ec-  
clesia receptā, dicit: Vnde negandū est, quòd vnus illo-  
rum duorum testium, futurus sit Moyses.

Ad vltimā dico, nõ casu, sed magno cõsilio effectū fuis-  
se, vt nullus mortalium cognouerit sepulchrū Moysi. Nā  
si Hebræi corpus Moysi præ oculis aut manibus haberēt  
diui-

*Ad. 2. Quod  
est Moysen  
fuisse mor-  
tuū per Ver-  
bum Dei.  
Deut. 34.*

*Deut. 32.  
Ad. 3. Duo  
testes de qui-  
bus in Apo-  
c. 11. qui sint,*

*Ad. 4. Quod  
est quod nul-  
lus unquam  
cognouit se-  
pulchrū  
Moysi.*



diuinos ei honores impenderent, cui tam magna & incredibilia beneficia accepta referebant. Et hæc est pugna illa, & altercatio, quam B. Iudas prodidit in sua Epistola. Nam Angelus Michael corpus Moyfi, ab Hebræorum oculis abiungere & occultare nitebatur, vt occasionem illis idôlolatriæ præriperet. Contrà verò Sathan illud reuelare & detegere, vt materiam eis idôlolatriæ ministraret. Scire etiam curiosiores debent. D. Clementem Alexand. lib. 6. Strom. allegare visionem quandam Iosue & Caleb, qui Moysem, dum assumeretur, viderunt inter Angelos gloria illustratum. Caiet. super Deuter. 34. dicit corpus Moyfi visibiliter ad profundam vallem, quæ infernè posita erat, vectum per aerem, & nubes quædam operuit aliquantum spacium vallis illius. Oecumenius & Arethas super Iudam, existimant altercationem illam Diabolum cum Moyse, inde ortam esse, quòd causa Moyfi, recens mortui, apud Deum delata, Diabolus producebat in iudicium crimen Moyfi, quòd Aegyptium interfecisset, & propterea non permittebat vt honorificam Moyse adsequeretur sepulturam. Sed multùm licet Doctores secum hac in parte dissentiant, in hoc tamen vnù conspirant, quòd Moyse verè fuerit mortuus, quodq; Christo in monte apparuerit. Apparere itaque mortui viuentibus possunt, & solent.

A L-

Pugna Diaboli & B. Michaelis super corpore Moyfi.

Altera explicatio de pugna Diaboli & Michaelis.

Exod. 2.

## A Alterum testimonium de vera Samuelis iam demortui apparitione.



Ecundum, ipsumq; perquam illustre, & celebre testimonium, ad comprobandas veras mortuorum apparitiones, est quod refertur. 1. Reg. c. 28. de Diuo Samuele. Vt autem distinctiori in re hac excutienda, ordine procedamus, verba ipsa sacre pagine primùm omnium producenda, & deinde examinanda sunt. Locus ergo vt à me referatur & explicetur, attentum lectorem & auditorem desidero: multa enim paucis complectar, & rem inter multos adhuc indecisam succinctis rationibus concludam. Igitur post enarratam mortem Samuelis, & descriptum metum pauoremq; Regis Saul, circumdati à castris Philistinorum, sic dicitur. *Consuluitq; Saul Dominum, & non respondit ei, neq; per somnia, neq; per sacerdotes, neq; per prophetas. Dixitq; Saul seruis suis. Quærite mihi mulierem habentem pythone, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam, &c.* Et infra: *Dixit Saul ad mulierem, Diuina mihi in pythone, & suscita mihi, quæ dixerit tibi.* Et infra, *Dixitq; ei mulier, Quem suscita bo tibi? Qui ait, Samuelem mihi suscita, &c.* Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul: *Quare imposuisti mihi, &c.* Et mox: *Deos vidi ascendentes de terra.* Et post pauca, facta exuscitatione (quanuis quæ hic prætermitto dif-

VIII. *Tractatur latissime, & diligentissimè hoc testimonium.*

Recitatur totus locus. 1. Reg. 28.

e filia

ficilia sunt, fateor, sed mea nõ interest eorum sensum pan-  
 dere.) *Et intellexit Saul, quod Samuel esset, & in-*  
*clinavit se super faciem suam in terra, & adoravit. Di-*  
*xit autem Samuel ad Saul. Quare inquietasti me ut*  
*suscitarer? Et ait Saul, Coarctor nimis: siquidem Phi-*  
*listhijm pugnant aduersum me, &c. Vocavi ergo te,*  
*ut ostenderes mihi, quid faciam. Et ait Samuel, Quid*  
*interrogas me? Et mox: Dabit Dominus etiam Israel*  
*tecum, in manus Philisthijm: cras autem tu, & filij*  
*tui mecum eritis, Statimq; Saul cecidit porrectus in*  
*terram, extimuerat enim verba Samuelis, &c. Et di-*  
*xit mulier ad Saul, Ecce obediuit ancilla tua voci*  
*tuae, &c. Et hætenus de contextu sacræ paginæ.*

D. Aug. to-  
 tus dubius  
 ubique est,  
 super hæc Sa-  
 muelis appa-  
 ritione, An  
 uera fuerit.

D. Aug. à quo, lætis auibus, initium dicendi facere libi-  
 tum est, dubius animi plærung; hæsit in huius apparitio-  
 nis explicatione. Principio autem, libro. 2. Quæstionum  
 ad Simplicianum. q. 3. to. 4. postquã multa hinc inde dis-  
 cussit, tandem in eam declinat partem, vt dicat, non fuis-  
 se verum Samuelem, qui Sauli apparuit: sed aliquod phã-  
 tasma (ait) & imaginariam illusionem, Diaboli machina  
 tionibus factam. Et subdit: Quam propterea scriptura no-  
 mine Samuelis appellat, quia solent imagines, rerum ea-  
 rum nominibus appellari, quarum imagines sunt. Quis  
 enim, qui hominem pictum videt, dubitet vocare homi-  
 nem? Veluti cum intuentes tabulam, aut parietem, dici-  
 mus: ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, ille He-  
 ctor, hoc flumen Simois, illa Roma, &c. Et Pharaõ spi-  
 cas se dixit vidisse in somnijs, & boues: non spicarum, aut  
 bouum imagines. Hæc Aug. Qui. lib. de. 8. Dulcitiij quæ-  
 stio-

Declinat  
 Aug. in par-  
 tem negati-  
 uam quæstio-  
 nis.  
 Genes.

A stionibus. q. 6. eandem reperit ad verbum sententiam. Et  
 lib. Quæstionum vet. & no. testam. q. 27. apertius expri-  
 mit mentem suam, dicens: Quomodo fieri poterat, vt  
 te Magica attraheretur vir & natiuitate sanctus, & vitæ  
 operibus iustus? Aut, si non attractus est, consensit: quod  
 vtrunq; de viro iusto credere, absurdum est. Si enim in-  
 uitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia: si  
 autem volũtarius, amisit meritum spirituale. Et subdit:  
 Porrò autem hoc est præstigium Sathanæ, quo, vt pluri-  
 mos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit.  
 Hæc ibi. Et statim tractans, quomodò Saul adorauit phan-  
 tasma illud, subdit: Alium adorauit quàm Deum, & pu-  
 tans Samuelem, adorauit diabolum, vt fructum fallaciæ  
 suæ haberet Sathanas. Hoc enim nititur vt adoretur qua-  
 si Deus. Si enim verè Samuel illi apparuisset, non vtiq;ue  
 vir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat Deum  
 solum esse adorandum. Et quomodò homo Dei, qui cū  
 Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum pestilentie,  
 dignum ardore Gehennæ, Cras mecum eris? Hæc ibi:  
 Et id reperit lib. 2. de Doctrina Christiana. cap. 23. Et no-  
 uas adducit rationes, lib. 2. de Mirabilibus sacræ scriptu-  
 ræ. cap. 11. dicens: Qualiter Samuel à Pythonissa suscitari  
 dicitur, dum Pythonissa daemonicis incantationibus, &  
 præstigijs vti videtur? Et quomodò Saul, qui in viuenti-  
 bus prophetis, Dei responsum non inuenit, resuscitatum  
 à morte prophetam audire meruit? Vnde non hunc esse  
 Samuelem illum prophetam, per factum facilius intel-  
 ligitur: sed diabolum, qui se transfert in Angelum lucis,  
 &c. Hæc August. Quauis postremus iste liber, à quibus-  
 dam negetur esse Augustini.

Rationes  
 Aug. fortis-  
 simæ, ad sua  
 dendum quod  
 non fuit ue-  
 rus Samuel.

Amplexati sunt hanc eandem sententiam, D. Hieron.

*Alij Doctores qui tenent etiã nõ uere Samuelẽ ap paruisse.*

lib. 1. Comment. in Matth. c. 6. in fine dicens: In Samuelis A phantasmate Pythonissa loquitur ad Saulem, cras mecum eris. Et super Ezechie. c. 13. in illa verba, Et tu fili hominis. Et super Isai. cap. 7. in illa verba, Adiecit Dominus loqui ad Achaz, quanuis non tam aperte. Et Rupertus Abbas, lib. 2. de Trinit. & operib. eius, super lib. Reg. c. 17. ex August. fere verba mutuatus. Et gloss. ordin. 1. Reg. 28. Et super. c. 29. Isai. Franciscus etiam Vatab. 1. Reg. 28. Et Cornel. Iansen. super Eccle. c. 46. hanc dicit esse probabiliorem. Paulus etiam Burg. eodem. c. additione. 2. quem Rabbi Paulum appellat, & adducit ad hoc propositum, Dionysius Carthu. super. 1. Reg. c. 28. ar. 47. Et dicit Burgen. oppositam sententiam esse Iudæorum, qui nimium adherent literæ, & dicunt Moysen & Samuelẽ simul apparuisse, ex hoc quod Pythonissa dixit in plurali, Deos vidi ascendentes de terra. Quod dixit Rabbi Salomon, ut eum allegat Abulen. super. 1. Reg. cap. 28. q. 22. Idem dixit Rabbi David Camhi, ut ibidem refert, & alij, ut in Galatino lib. 6. de Arc. c. 8. de quo plurima in Abul. Repetit. de Beatã Trinitate, nu. 42. & 67. Idem tenet Mathias Felisius in Elucidatione. 1. præcepti. tandem hæc videtur esse Ecclesiæ determinatio, in c. illud. 26. q. 2. & c. nec mirum. 26. q. 5. ubi expressè dicitur, Non esse Samuelẽ, sed eius imaginarium phantasma.

*Secunda sententia quod nõ anima Samuelis sed corpus tantũ apparuerit.*

Alter modus dicendi est, quem refert Histo. Scholast. cuius author est Petrus Comestor, & Dionysius. supra, & Hugo Cardin. super. 1. Reg. c. 28. quod non verè anima Samuelis fuerit euocata: sed eius corpus fuerit exhumatum, & in propriam figuram attractum ad Pythonissam, & Saulem: & hæc, inquiunt, est causa, ob quã potuit cognosci esse Samuel, ille qui apparebat, quia erat verũ eius corpus. Hoc dicit Paul. Burgen. supra, Additione. 2. Et ad

**A** ad hoc spectat propositum, quod idem Hugo, & prius Hist. Scholast. in. 1. lib. Reg. cap. 25. & Dionysius referunt, esse sententiam Nicromanticorum, nõ posse corpus aliquod illa arte suscitari, nisi recenter mortuum, & adhuc integris vitalibus. Samuel autem recenter mortuus videbatur, nam eodem. c. 28. dicitur mortuus.

**B** Tertius modus dicendi est eorum, qui in hac hæretica salebra, & ancipiti mente vacillant: nam dicunt, utrunq; modum dicendi probabilem esse, quia utrunq; videtur August. probabiliter sustinere. Sic procedit Eucherus Episcopus Lugdun. in. q. super lib. Reg. dicens: aut falsam umbram diabolus ostendit, aut si fuit vera, tantum ei licuisse credendum est, quantum à Domino permittente concessum est. Sic procedunt etiam D. Isid. lib. 8. Etym. c. 9. dicens: si credere fas est de Pythonissa, ut prophetæ Samuelis animam de infernis euocaret, si tamen animã prophetæ fuisse credamus, & non aliquam phantasmaticam illusionem. Rabbanus etiam, & Hugo Cardin. dubij sunt in hac parte. Dubius etiam S. Thom. 1. p. q. 89. ar. 8. ad. 2. & 2. 2. q. 174. ar. 5. ad. 4. & Beda expositionis in Samuelẽ. libro. 4. capit. 7. Isidor. etiam Clarius dubitat, & Hist. schola. supra, Mathias Dornig. 1. Reg. 28. in fine

**C** Nauclerus Volumine. 1. Chronographiæ, Generatione. 32. & Martinus Martini in suis hypotyposibus, lib. 9. Regula. 21.

Ultimus tandem modus rem hanc explicandi, est, ut proculdubio asseramus, verum Samuelẽ, hoc est, eius animam à limbo patrum, ubi in sinu Abraham iam quiescebat, reuocatam, & apparuisse Sauli. Nec est quod opponat Paulus Burgen. non esse aliquem de doctoribus Ecclesiæ approbatis, qui hæc partem teneat. Nam in primis D. August. præter quã quod locis citatis am-

*Tertia sententia quorundam, qui nõ audet id diffinire, sed utrunq; putant probabile.*

*Quarta sententia vera, quod uerè anima Samuelis apparuerit Sauli.*

*Aug. & alij  
multi doctis  
sini hoc te-  
nent. Referū  
tur hic.*

biguus potius, quam assertor videtur: tãdem lib. de Cura A  
pro mortuis agenda. c. 15. to. 4. perspicuè loquitur. Nam  
cùm de veris mortuorum apparitionibus eò loci & tem-  
poris loqueretur, inducit in huius veritatis probationem  
apparitionem Samuelis, dicens: Nam Samuel propheta  
defunctus viuo Sauli etiã Regi futura prædixit. Et ad-  
ducit Aug. testimonium, quod habetur Eccle. 46. de quo  
inferius: quanuis subiungat, aliquos de hac apparitione Sa-  
muelis addubitasse. Nicolaus etiã Lyran. huic subscri-  
psit sententiã. 1. Reg. 28. & item Abul. super eodem. c. q.  
28. Et in Repetitione de B. Trinit. nu. 73. & Diony. Carth.  
1. Reg. 28. art. 47. Perrus Galatinus, lib. 6. de Arcanis cath. B  
verit. c. 8. Caiet. ibi. 1. Reg. 28. Gaspar Casalius lib. 4. Axio-  
matum, Disputatione. 1. cap. 3. A nobis est etiã grauissi-  
mus Iudæorum scriptor Iosephus lib. 6. Antiq. c. 14. Nec  
D. Tho. cõtradicit: nam. 1. p. q. 89. ar. 8. ad. 2. dicit. Si autho-  
ritas libri Ecclesiastici recipiatur, dicendum est quòd ve-  
rè Samuel apparuit Sauli. At certè autoritas libri illius  
sacro sancta est, & irrefragabilis, præsertim nostris tempo-  
ribus, etiã, si inter canonicas scripturas apud Hebræos  
non computetur: quoniam liber ille non est Hebraicè cõ-  
scriptus. Sed iam videamus, quis sit locus iste Ecclesiasti-  
ci, cuius tam sæpè mentionem fecimus. Igitur. c. 46. libri C  
huius in fine, cū de Samuele multa dicatur, ab illo loco,  
Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta Dñi, &c.  
Tandem hisce verbis, Samuelis encomia terminatur: Et  
post hac dormiuit, & notum fecit Regi, & ostendit illi fi-  
nem vitæ suæ. Et quanuis authores primæ opinionis di-  
cunt, vocari hoc loco Samuelè, qui reuera nō erat Samuel,  
sed Dæmon, qui eius faciem & gestum referebat: sed ta-  
men ad eò ad verum Samuelem loquitur consequenter,  
vt probabilis mihi non sit opposita opinatio.

*Locus scrip-  
turae Eccle.  
46. quo dici-  
tur fuisse Sa-  
muelem qui  
apparuit  
Sauli.*

*Ve-*

**A** **V**erum, quòd firmius & altius hæc nostra sententia  
omnium mentibus hæreat, videamus quid dicendū  
sit ad insignes illas coniecturas, quibus in verbis D. Aug.  
nostra hæc impetitur arbitratio. Quòd primò asserit Aug.  
lib. Quæst. vet. & no. test. q. 27. quomodo fieri poterat, vt  
arte Magica attraheretur vir tam sanctus? Soluitur si ex  
eodem Aug. q. 3. ad Simplicianum, lib. 2. & ad Dulcitium  
q. 6. hæc verba mutuemur, Si hoc, inquit, mouet quòd li-  
cuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanquam  
de abditis mortuorum receptaculis reuocare: non ne ma-  
gis mirandum est, quòd Sathanas ipsum Dominum as-  
sumpsit, & constituit super pinnam templi? Nisi fortè  
quis dixerit, faciliorem Diabolo fuisse licentiam ad  
Deum viuum, vnde voluit assumendum, & vbi voluit  
constituendum, quàm ad Samuelis defuncti spiritum  
à suis sedibus excitandum. Quòd si illud ex Euan-  
gelio nos ideò non perturbat, quia Dominus voluit at-  
que permisit, nulla diminutione suæ potestatis & diui-  
nitatis id fieri: non est absurdum credere, ex aliqua  
dispensatione diuinæ voluntatis permissum fuisse, vt  
non inuitus, nec dominante, aut subiugante magica  
potentia, sed volens, atque obtemperans occultæ dis-  
pensationi Dei, quæ & Pythonissam illam & Saulem  
latebat: consentiret spiritus prophetæ sancti, se osten-  
di aspe tribus regis, diuina eum sententia percussurus.  
Hæc Augustin. Quæ tu verba, si æqua trutina expen-  
deris, lector, videbis omnes ferè quæ sese tibi obje-  
re poterant, difficultates facile superatas. Nam ad  
aliud, quod ibi statim sequitur in Augustin. supra  
quæstione. 27. liquet, non inuitum sed voluntarium  
apparuisse, vt ex verbis nunc allegatis August. refe-  
rebam.

**IX.**  
*Argumenta  
oppositæ sen-  
tentiæ solu-  
untur.  
Ad. 1. Resp.*

*Quòd nō est  
inconueniēs  
Diabolū at-  
traxisse Sa-  
muelè. si qui-  
dem & Chri-  
stum porta-  
uit. &c.*

*Matt. 4.*

*Samuel vo-  
luntariè per-  
misit se à dia-  
bolo trahi.*

Porrò

**Ad. 2. Cur permisit Samuel se à Saul adorari.**  
1. Reg. 24.  
et 25.  
3. Reg. 1.

Porro aliud præsidium, quo opposita sententia re-  
cumbebat, facile diruitur, si dicamus cum Abulens. Sa-  
muelem minimè permisisse adorari se adoratione latræ,  
quæ ad Deum pertinet, sed reuerentia quadam huma-  
na. Nam sic paulò antè. 1. Reg. 24. Dauid adorauit Sau-  
lem. & c. 25. Abigail Dauidem, & 3. Reg. 1. Nathan etiam  
Dauidem, vt etiam adducit Lyra. supra. Aut, si placet, di-  
camus cum Galatino lib. illo. 6. c. 8. non dici in sacro tex-  
tu, quòd Saul Samuelem adorauit, sed solùm quòd ado-  
rauit, nempe Deum tunc, & non Samuelem. Sed primùm  
præstat.

**Ad. 3. Cur Samuel dixit Sauli, Cras mecum eris.**  
Luc. 16.

Tertium obiectorum id erat, cur Samuel dixit Sau-  
li: Cras mecum eris? Qua enim ratione, cum magnum  
inter pios & impios, vt ille dixit, sit in alio seculo chaos,  
erant simul futuri Saul & Samuel. Omnes vno modo  
huic faciunt satis obiectioni, dicendo, illud verbū, Cras  
mecum eris, ad parem, non loci, sed mortis conditionem  
referri. Cras mecum eris, id est, cras mortuus eris, quem-  
admodum & ego, ingredieris viam vniuersæ carnis, vt di-  
xit Iacob. Nam in hunc sensum accipi debet quod Iob  
dixit, Nunc autem dormiens filerem cum regibus, & cū  
principibus terræ, id est, par essem illis in decessu & se-  
pultura, & c.

Genes. 48.  
Iob. 3.

**Opinio Rab binorū, quòd Saul saluus factus est.**

Scio hoc conuictos testimonio, scilicèt, cras mecum  
eris, quosdam Hebræorum doctores autumasse, Saulem  
saluatum iri, & Samueli supparem fuisse in alia vita, in si-  
nu Abrahæ tunc, nunc verò in gloria. Hoc refert Abulè.  
1. Reg. 31. q. 10. ex Rabbi Dauid Camhi, & ferè ex Nico-  
lao Lyrano, qui ait, non inuenisse se contrariam determi-  
nationem. Et dicit Mathias Doring. in replica. 2. ad. 1.  
Reg. 28. esse adhuc sub iudicè. Iosephus lib. 6. Antiquit. c.  
vltimo, in cælum vsq; extollit Saulem, deq; fortitudine,  
& mag-

**A** & magnanimitate, de iustitia infuper, & prudentia in gu-  
bernando eum laudat. Nam cum, prædicente Samuele,  
(ait Iosephus) mortem sibi imminere cognosceret, non  
fugit, nec amore vitæ, suum exercitum prodidit inimicis:  
nec regis contumeliam intulit dignitati, sed potius cum  
omni domo & filijs semetipsum tradidit, & c. Et mox: Is  
ergo & iustus, & castus, & fortissimus mihi esse videtur,  
& c. Alij ex Hebræorum doctoribus itidem dicunt, quòd  
tanquàm gaudens de diuina iustitia, ipse cum tribus filijs  
ad suam, ipforumq; mortem, cuius præscijs erat, ob de-  
fensionem populi Dei prudenter & studiosè cucurrerit,  
vt in Galat. supra.

Saulis laus  
ex Iosepho.

**B** Quòd si his duo opponamus: primum quidem, quòd  
desperauerit Saul pergens ad bellum, in quo certò scie-  
bat, reuelante Samuele, vincendum se esse & occidendū.  
Secundum, quòd se ipsum gladio interemerit: quorum  
vtrunq; finale peccatum cum eius salute directè pugnat.  
Ad primum horum dicunt nonnulli, vt in Abul. 1. Reg.  
28. q. 47. & ita dicendum est, Saulem non desperasse, sed  
potius laudabiliter se gessisse procedendo ad bellum for-  
titer, quantumlibet infortunati exitus & mortis suæ esset  
præscijs. Quin. q. 46. contendit, non solum laudabilem,  
sed necessariam, & obligatoriam fecisse rem Saulem ad  
bellum progrediendo, licèt mortis suæ esset conscijs:  
quia ex officio Regis, quoungebatur, tenebatur pugna-  
re pro Israel.

Duplex ob-  
iectio aduer-  
sus Iudæos.

Non pecca-  
uit Saul pro-  
cedens ad præ-  
lium, in quo  
sciebat occi-  
dendum se.

**C** Ad secundum sunt qui dicant, non peccasse Saulem  
interficiendo se ipsum, vt videre licèt in Diony. Cath. su-  
per. 1. Paralypom. c. 10. art. 10. Et quidem hoc videtur te-  
nere Lyran. cuius rationem adducit & excutit Abulens.  
1. Reg. c. 31. q. 9. Est ergo ratio, quia in ignominiam Dei Is-  
rael, & in diminutionem cultus eius, cuius ipse Saul pu-  
g-

An peccau-  
erit Saul in-  
terficiendo se  
ipsum.

Opinio Lyr.  
& Galat.  
quod non.

blicus erat minister & vicarius, cederet, si ab inimicis Philistheis occideretur: præstantius ergo fuit & laudabilius se ut ipse interficeret. Sic ait Aug. 1. de Ciuit. c. 27. aliquas sacras virgines sibi ipsis mortē intulisse, ne in virtutis & castimonie contumeliā, inq; propriā ignominiam à Barbaris constuprarentur. Sic sanctus Razias. 2. Machab. 14. turbis irruentibus in eum, gladio se ipsum petijt, eligens nobiliter potius mori, quàm subdi hostium manibus. Et hoc ipsum tenere videtur Galat. supra. Verū quoniā non omnes quæ ex hac difficultate emergunt dubitationes, sunt nobis examinandæ, alioqui in infinitum abiret disputatio: breuiter dico, Saulē peccasse se ipsum interimendo, B quia planè ex arrogātia abhorruit sic illudi, & ex horrore maioris supplicij, quod ab inimicis sibi inferendum timebat, si eorum manibus viuus traderetur, se ipsum occidit. Optimè aut̄ Plato, in Apologia Socratis dixit, Homo in corpore positus est, veluti in quadā custodia, vnde aufugere nō licet. Et quēadmodū leges vetāt, qui in vinculis detinentur, rumpere carceris vincula: ita vetat Deus sine eius iussu atq; imperio, hinc commigrare. Hæc Plato. Cōtra ergo omnem legē diuinam & humanam peccat qui seipsum morte afficit.

Restat aliud Aug. argumentum lib. 2. de Mirabilibus C sacre scripturæ. c. 11. sic: Quomodo Saul, qui in viuētibus Dei prophetis responsum non inuenit, resuscitatū à mortuis prophetā audire meruit? Dico, respōdisse Deū Sauli per Samuelē, eò q̄ Samuel ab inferis suscitatus magister reret Saulē, quā quisquā viuorū. Et rursus, quia maiori etiā eū pudore suffunderet, quā quisquā alius. Decebat etiā vt ipse Samuel confirmaret mortuus ea quæ viuēs annunciauerat: annunciauerat aut̄. c. 15. superius reprobationem & priuationem regni sibi impendere.

Aliud

A. Aliud superest argumentum, quia videtur, si fuit verus Samuel, quod diuina virtus plurimum arti magicæ fauerit, permittens vt inuocationibus Magiæ verus Samuel attraheretur. Responderetur tamē cum Caiet. 1. Reg. 28. & Lyran. & omnibus, id potius multum detrudere Magiæ: quemadmodum enim Nume. 23. cum iret Baalam ad querendum augurium & consulendum diabolum, Angelus prohibuit, & præoccupauit Diaboli apparitionem, responsum offerendo per os asinæ: sic Deus, seu Angelus bonus Dei vice & nomine, suscitando Samuelem ante uertit apparitionem Sathanæ, quem Pythonissa inuocabat. Atq; adeò elusa est mulier, elusus Sathan, præueniente Deo virtute propria machinationem diabolicam. Vide sanct. Tho. 2. 2. q. 174. ar. 5. ad. 4.

Postremò, obijciebatur nobis autoritas ecclesiæ. c. illud. & c. nec mirum. in causa. 26. q. 2. & 5. determinantis non fuisse verum Samuelem. Sed ad hoc dicit Lyra. quē in hac parte sequuntur Abulen. & Dion. quod si quidem hæc est ecclesiæ determinatio, ei standum est: videtur autem nō esse determinatio, sed solum opinatio ipsius Gratiani, qui ex D. Aug. illam transtulit sententiam, & inter sacros canones vt solet, retulit.

C. CAETERUM explicandum est, quidnam sit quòd vnū Samuelē videns Pythonissa, vocem extulit dicēs, Deos vidi ascendentes de terra? Hebræorum communis fuit traditio, referentibus Lyra. Abul. Dion. & Gala. loco citato, quod duo fuerunt, quos Pythonissa exuscitauit. s. Samuel & Moyfes. Hoc dicit Rabbi Salomon, & Rabbi Dauid. Quia dicunt, Samuel putabat, postremū mundi iam instare iudiciū: atq; adeò adducere secum enixus est Moysem, vt esset sibi testis quòd legē Dei fideliter obseruasset, quasi diceret ad Moysem ( vt Rabbi Eleazar,

Quòd Deus nihil fuit ar ti Pythonissæ.

NUM. 23.

X.

Cur Mulier dixit. Deos vidi. &c. cū solū Samuelē uiderit.

Figmentum Rabbiorū.

f 2 in

2. Mach. 14.

Quòd uerè peccauit se interimendo Saul.

Tres cause ob quas per Samuelē Deus annunciauit Sauli, &c. 1. Reg. 15.

in Petro Galat. supra, ex libris Thalmudicis refert.) For-  
 sitan ad iudicium quæror: surge ergo mecum, nec enim  
 vna dictio est in lege abs te scripta, quam ego non com-  
 pleuerim. Alij dicunt, hos sanctos prophetas Moysem, &  
 Samuelem vnâ surrexisse, vt simul pro populo Deum  
 precarentur: & tamen Deum iratum ob peccata Populi,  
 & Saulis eorum precationibus acquiescere noluisse: vn-  
 de Hierem. 15. dictum est: Si steterint Samuel & Moyse  
 in conspectu eius, non est anima mea ad populū istum,  
 scilicet, ad Saulem & Israel. Ita dicit Rabbi David Cam-  
 hi, vt eum refert Abulen. q. 32. super. 1. Reg. c. 28.

Aliud signum.

Hiere. 15.

Quod solus  
 Samuel appa-  
 ruit, proba-  
 tur.

Hebræi no-  
 mine plura-  
 li intelligūt  
 singulare.  
 Gene. 1.  
 Exod. 32.  
 Iob. 40.

Veruntamen hæc ridicula sunt, vt multis tradit, &  
 ostendit Abulen. in Repetitione de Beata Trinitate, quæ  
 simul cum paradoxo habetur, num. 64. 66. & inferius, nā  
 vnus tantum erat quem Saul & Pythonissa volebant sus-  
 citari, & facer textus dicit, dixisse mulierem, Quem vis  
 vt suscitem tibi? & respondit Saul, Samuelem suscita mi-  
 hi. Et facta suscitatione dixit Saul, Qualis est forma eius?  
 Intellexit ergo Saul nomine Deorum, quando dixit mu-  
 lier, Deos vidi, vnum Samuelem: alioqui diceret, Qua-  
 lis est forma eorum. Non est certè insolitum apud He-  
 bræos, nomine plurali intelligere singulare, præcipuè no-  
 mine Deorum, vt ibi, In principio creauit Dij cælum, & C  
 terram. Et conflato vitulo dixit Aaron, Hi sunt dij tui, Is-  
 rael, hoc est, Deus tuus: nam vnus solus erat conflatus vi-  
 tulus. Et apud Iob. 40. dicitur Behemot, quod est plura-  
 lis numeri apud Hebræos, elephas, de quo infrà. q. 5. po-  
 sit. Tandem quod dicitur Samuelem timentem se voca-  
 ri ad iudicium, secum aduexisse patronum Moysem, pue-  
 rile est & absurdum, ob decem rationes quas congescit  
 Abulen. in illa Repetitione vsq; ad num. 73. à nu. 66. Ve-  
 rum non est quod in re non dubia vtamur rationibus nõ  
 necessa-

A necessarijs. Et hæc de hoc tam celebri, ac difficili te-  
 stimonio.

## ALIA EXEMPLA apparitionum.



Tertium testimonium pariter, & quartum  
 polliceor breuiter me absoluturum: quis  
 enim ferre valeat, tam latas longasq; vnus  
 breuis conclusionis probationes? In prom-  
 ptu quidem in hoc tertio testimonio quàm plurima erāt,  
 B quæ producerē si à præcedentibus me breuius expedif-  
 fem. Ergo breuiter dixerim, aliud illustre apparitionum  
 exemplū esse, quod cōmemorat. D. Matt. c. 26. cū recen-  
 sens miracula quæ in Christi passione patrata sunt, dicit:  
 Multa corpora sanctorum, quæ dormierant, surrexerunt,  
 & apparuerunt multis, & introierunt in sanctam ciuita-  
 tem. Circa hoc testimonium bipertiti sunt patres. Quidā  
 quidem existimant illam fuisse propriè mortuorum ap-  
 paritionem: ita vt surrexerint vt apparerent hominibus,  
 & deinde ad loca vnde exierunt, reuersi sint. Alij contra  
 existimant veram fuisse resurrectionem in vitam immor-  
 C talem & æternam: atq; adeo ad loca illa, vnde surrexe-  
 rant, minimè rediisse: sed potiùs Christum fuisse comita-  
 tos in proprijs corporibus, per. 40. dierum spacium, qui-  
 bus ante ascensionem in hoc mundo moratus est. Die au-  
 tem ascensionis simul cum Christo auolauerunt de hoc  
 mundo, & in æternas cælorum sedes conscenderunt si-  
 mul cum eo. Illis autem. 40. diebus cum Christo fuerunt  
 in paradiso terrestri, vt vult S. Thom. in. 3. d. 22. q. 3. art. 2.  
 q. 3. ad. 3. seu alibi. Vide. 3. p. q. 55. art. 3. ad. 2. Harum senten-  
 tiarum priorem tenet Euthym. & Theophylact. & alij

XI.  
 Alterum exē-  
 plū appari-  
 tionum.

Matth. 26.

An sancti  
 qui resurre-  
 xerunt cum  
 Christo ite-  
 rum mortui  
 sint.

In paradiso  
 terrestri: it  
 Christus. 40  
 diebus post  
 resurrectio-  
 nem.

duo Theologiæ proceres D. Aug. epist. 99. & S. Tho. 3. p. A. q. 53. ar. 3. ad. 2. Posteriorem verò, quòd resurrexerint in vitam immortalem nunquam iterum morituri, sequuti sunt plures, videlicet, Hiero. Amb. Clemens Alex. Orig. Epiph. Ansel. Christianus Druthmarus.

*Cū Christus sit primitiæ dormientiu, cur priores illo aliqui resuscitati sūt.*

Quòd si his posterioribus nos obijciamus, Iam ergo Christus non est primogenitus mortuorū, non est primitiæ dormientiu, quandoquidē alij Christo priores resurrexerunt in vitam æternam & immortalē: nā illi resurrexerunt in ipso die mortis Christi, vt narrat Eū āgelista, Christus verò tertio sequenti die. Non enim obijcimus de quibusdam alijs, qui prius quidem quàm Christus surrexerunt, vt ille quem suscitauit Helisæus, & Lazarus, & adolescens filius vnicus viduæ, & alij. Nam hi cum non resuscitati fuerint in vitam immortalem, sed in hanc mortalem, iterum, scilicet, morituri & post Christum resurrecturi: iam eorum resurrectio nihil præiudicat dignitati resurrectionis Christi: nam non dicitur Christus primogenitus, aut primitiæ eorum mortuorum, qui iterum morituri exuscitati sunt: sed eorum qui nunquam morituri, & in vitam æternam surrexerunt.

*4. Reg. Ioan. 11. Luc. 7.*

*1. Cor. 15. Apoc. 1.*

*Explicatur difficultas.*

*Anticipatio seu anticipatio, figura prolepsis.*

Huic difficultati communis solutio adhiberi solet, per anticipationem, seu occupationem enarratam fuisse à sacro Euangelista horum sanctorum resurrectionē, simul cū alijs quæ acciderunt in die mortis Christi, cum tamen acciderit in die resurrectionis. Quod si scisciteris, Quare ergo tā præmaturè & festinanter recensita est hæc sanctorum resurrectio? Dicitur, figuram hanc anticipationis familiarē esse scriptoribus tū sacris tū profanis, vt interdū prius enarrant quæ posterius contigerunt. Nam postquam D. Matthæus semel cœpit miracula cōmemorare, quæ per illud tempus passionis & mortis Christi acciderunt, noluit

A luit hoc illustre miraculum resurrectionis mortuorum præmittere, aut in aliū locū remittere, sed in vnū omnia miracula congerere, quòd expeditior deinde esset ad reliqua Christi gesta enarranda. Sic Genes. 18. Sarra dicitur esse anus & proecltæ ætatis, cum muliebria ei iam fieri desissent: & tamen. c. 20. pulchritudo eius refertur, quæ Abimelechi oculis accepta fuit. Certè aut illud per anticipationem, aut hoc per recapitulationem dictum esse existimant multi, de quorum numero est Martinus Martini, lib. 5. suarum Hypotyposeon. c. 1. Quauis, vt ego conijcio, non satis accuratè: nam nonagenaria adhuc elegantia forma & aspectu præstabat, & id ætatis habens placuit

*Gene. 18. et 20.*

*Sarra nonagenaria, erat pulchra*

B Abimelecho. Sunt qui inter figuræ Anticipationis exemplum illud ponant ex eodem. c. 26. Matthæi, quo Iudæ suspensum & interitus enarratur, cum tamen aliquot deinde post dies Iudas diem suum obierit, non in ipsa nocte traditionis. Id habent non vulgares scriptores super Matthe. c. 26. Euthymius, Theophy. & Oecu. super Acta. c. 2. ex Papiæ Ioannis Euangelistæ discipulo: quod idcirco D. Aug. lib. Quæstionum ver. & no. telt. q. 94. tetigit, ac insolutum reliquit. Multa de anticipationem & recapitulationem suppediabit exempla D. Augusti. in lib. Quæstionum & loquutionum, tom. 4. Harum rationem tradit D. Greg. in Præfatione Moralium. c. 1. in hæc verba: sacra scriptura in prioribus sui partibus solet breuiter longè post secutura perstringere, dum studet ad alia enuncianda properare. Syluam exemplorum lege apud Martinum lib. 5. Hypotyp. c. 1. Vt itaq; ad thema propositum rursus calamus reuertatur, dixerim hoc ex D. Matthæo mutuatum exemplum, præsertim iuxta interpretamentum D. Augusti. per quàm insigne esse ad mortuorum apparitiones comprobandas.

*Iudas quoque suspensus non obiit in noctemortis Christi.*



Quartū exē  
plū. Hiere.  
& Onias ap  
parēt Iudæ.  
2. Mac. 15.

Opinio  
quod Hiere-  
mias nondū  
sit mortuus.  
Apoc. 11.

Hierem. 1.

Hieronymus  
acerbe ta-  
xat Patres.

**Q**uartum testimonium habetur apud librum secun-  
dum Machabæorum. c. 15. vbi Iudæ apparent san-  
ctus propheta Hieremias, & sanctus Onias sacerdos. Ap-  
paruit autem Hieremias ætate & gloria mirabilis, vt sa-  
cer textus habet, & secum Oniam ab altero seculo reuo-  
catum adducebat. Sed nunquid aliqua possunt tergiversa-  
tione huius apparitionis historiam heretici subterfugere?  
Fuitne qui diceret, Hieremiam adhuc diem suum non  
obijsse, sicut de Moyse & Heliâ fuere qui dicerent? Fuit  
sanè Victorinus martyr, qui abhinc mille trecentis ferme  
annis & sacrarum scripturarum studio, & gloriosi  
sanguinis effusione Ecclesiam decorauit, super Apocal. B  
cum incidisset in locum illum. c. 11. vbi de duobus testi-  
bus, tempore Antichristi futuris, est sermo, dicit, illorum  
duorum alterum fore sanctum Hieremiam: non Heliâ,  
Helisæum, aut Moysem; quoniam isti (inquit) mortui  
sunt, Hieremiæ autem mors non inuenitur: verbum nan-  
que ad eum est factum, Prophetam in Gentibus dedi te.  
Cum autem toto tempore quo vixisse creditur, gentibus  
non prædicauerit, dicendum seruari adhuc viuum, vt ge-  
tibus prædicet. Ambrosius Ansbertus hanc refert senten-  
tiam & reuerenter eam impugnat super Apoc. c. 11. Sed  
impugnatione nõ indiget, nam neq; vmbra habet pro-  
babilitatis sententia Victorini. Huic licet D. Hieron. lib.  
de Viris illustribus, plus tribuat de eruditione quàm de  
eloquentia, tamen in Epistola ad Magnum Oratorem  
Romanum, etiam eruditionem ei detrahit, dicens: Victo-  
rino martyri licet desit eruditio, non tamen deest erudi-  
tionis voluntas. Scio Hieronymum plus nimio taxare so-  
litum, & exaggerare antiquorum doctorū lapsus. Quod  
in eo taxat ex Neotericis Picus Mirandulanus in Apolo-  
gia pro Origene. Sed valeant hæc. D. etiam Hilar. super  
Matth.

- A** Matth. c. 17. Canone. 20. hanc Victorini sententiam pro-  
cul relegat, de quo videatur Syxtus lib. 6. annotati. 346.  
Fundamentum verò cui nititur Victorinus, leuissimum  
est: nam fortè nomine Gentium, cum dicitur Hieremiæ,  
Prophetam in Gentibus dedi te, significantur ipsi Iudæi  
nam. 2. Reg. 7. est præclarissimus locus, vbi nomine Gen-  
tis Israelem intelligi necessum est. Redemisti, inquit, ex  
Aegypto gentem, & Deum eius, vel gentem cum iudi-  
cibus eius, vt habent alij codices. Hoc est, Populum &  
eius principes. Vel sic, Redemisti gentem & Deum eius,  
id est, Populum tuum & te ipsum, O Deus, redemisti, qui  
redemptoris ac redemptionis indigus, & afflictus esse vi-  
debaris, quandiu afflicti & depressi tui erant. Aliæ sunt  
huius loci versiones etiam iuxta vulgatos Latinos, quas  
referre nostra nihil interest. Alibi etia sæpè nomine Gen-  
tis intelligitur Israel, vt, Faciam te in gentem magnam,  
scilicet, in populum Israel. Et, Duæ gentes sunt in vtero  
tuo, quarum tamen altera erat futurus Israel. Aut dico,  
eatenus Hieremiam, prophetam fuisse in Gentes, quia de  
Gentilibus multa prophetauit. Scio hanc apparitionem,  
imaginarium potius quàm veram, & realem fuisse, eò  
quòd inter dormiendum accidit. Sed hoc excusandum,  
& explicandum mihi est in fine paragraphi sequentis.

## Ex grauissimis antiquorum

Patrum libris referuntur nonnullæ  
apparitiones.



Vinto loco liber quædam alias apparitiones  
mortuorum producere. Sanctus Fœlix con-  
fessor, cum à Barbaris Nola oppugnaretur,  
apparuit, referente D. August. lib. de cura pro

Nomine gen-  
tis significan-  
tur Iudæi.

2. Reg. 7.

Gen. 15.

XIII.

Exempla alia  
non fictitia  
sed uerissima  
maior. s.  
1. ex Aug.

- Secundum.** mortuis agenda. c. 15. & ait Aug. id non incertis rumoribus, sed certis testibus fuisse proditum. Et. c. 17. ibidem tradit, Ioannem Monachum cuidam religiosæ fœminæ apparuisse vehemēter eum videre cupienti. Ipsemet Aug. Epist. 205. sibi D. Hieronymum apparuisse testatur, & pluribus horis gloriosam sancti animam secum fuisse conuersatam, commemorat. D. Cyrillus Hierosolymitanus apparitionem etiam eiusdem D. Hieronymi factam Eusebio Cremonensi refert, & per plures alias eiusdem Diui: & refertur inter Epistolas Aug. Epistola. 206. D. Damascenus in sermone de defunctis, ait, Iuuenem mortuū, qui vitæ fuerat dissolutioris, magistro suo seni misericordissimus animarum amator Deus ostendit. Verba sunt Damasceni. Seuerus Sulpicius, lib. 3. de vita B. Martini in Dialogo. 2. refert, ipsum D. Martinum, cum adhuc apud viuos ageret, testari solitum, frequēter sibi Beatissimam Virginem, Sanctos Apostolos Petrum & Paulum, Diuā Agnerem, & Teclam apparere solitos. D. Diony. protestatus est vidisse se eosdem Apostolos, post eorum mortem, simul Romam ingredientes, & apparentes multis. Ita refert Dionysius Cartu. in. 3. dist. 22. quæst. 6. circa finem. Rursus Eusebius Cæsarien. lib. 6. Hist. Ecclesi. c. 5. refert, Potamienam Origenis discipulam, sanctam Virginem ac Martyrem, post tertium sui martyrij diem apparuisse Basilidi, & eius capiti coronam imposuisse. Idem refert fere ad verbum Nicephorus lib. 5. Hist. Ecclesi. cap. 7. Idem Nicephorus. cap. 17. apparitionem præclarissimam refert B. Virginis, & B. Ioannis Euangelistæ, factam Gregorio Neocæsariensi, cognomento Mirifico. Sed & Apostolorum Petri, & Pauli apparitionem Constantino factam, memorat idem Nicephorus, lib. 7. c. 33. quam deinde renouauit Synodus secunda Nicæna, quæ Græci

- A** Græci vocant, septimam Synodum generalem. His accedit alia quam refert lib. 17. c. 13. in fine, idem Nicephorus, B. Virginis ad Narsē ducem Iustiniani aduersus Gotthos, dicens: Dei genitricem manifestò ei apparuisse, cum prælium committendum esset. Sozomenus lib. 7. Hist. Ecclesi. c. 5. in parua quadam domuncula B. Virgo, & re ipsa, & in somnis apprens, multis infortunatis hominibus opem tulit. Ex quo domuncula illa in illustrius templum quam reliqua, quæ in vrbe erant, mutata est. Ita Sozomenus. Sed quo piaculo, postquam semel cœpi, taceam apparitionem illam, omnibus seculis memorandam, eiusdem Beatissimæ Virginis, qua additissimo famulo suo Diuo Illephonso, non solum apparere, sed cœlesti dono exornare dignata est. Id habent Sigibertus in Chronico, Iulianus Pomerius Ecclesiæ Toletanæ Diaconus, Rodericus Archiepiscopus etiam Toletanus, Vafæus in Chronicis. Sed vitur in re non dubia testibus non necessarijs. Quod verò apud Urbem Cæsaraugustanam, in ripa fluminis Ebri, in columna marmorea, ipsa virgo apparuerit Apostolo Iacobo, habet concurs Hispanienium traditio, de quo Petrus Antonius Beuter in Chronico capit. 23. Neque præteriri à me potest, quam refert Theodoretus lib. 5. Historiæ Ecclesiasticæ. cap. 34. apparitionem Ioannis Euangelistæ, & Philippi Apostoli, Valentiniano Imperatori factam, quam etiam refert Historia Tripartita libro. 9. capitulo. 45. Verum vt mirari desinant qui hactenus mirati sunt, quòd Diui Gregorij Papæ Dialogos præterierim, in quibus complures referuntur mortuorum apparitiones, sciant tam multas esse, vt ego, quas deligerem, vt in meo libro transcriberem, profus nesciam. Videatur totus
- G 2 eius

16. ex D.

Greg.

17. ex Amb.

18. ex eodē.

19. ex Pauli

no.

20. ex Basil.

21. ex Greg.

Naz.

eius liber quartus Dialogorum vsq; ad. c. 55. vbi solennē A  
Iusti Monachi iam defuncti apparitionem refert. D. etiā  
Ambros. li. 7. Episto. 59. ad sacerdotes, dicit, Acholium ap  
paruisse, protestantem se perpetuo sui laboris stipendio  
iam potiri. De sanctis etiam Gerualdo & Prothasio, & Ag  
nete famosam refert Ambros. apparitionem. Et Pauli  
nus de ipso Ambrosio. Et D. Basilius de Mamante mar  
tyre, quo per somnia potitos nonnullos, dicit in eius Vita.  
D. etiam Gregor. Nazianzenus de fratre Cæsario. Et de  
mum apparitionibus pleni sunt libri antiquorum, ac recē  
tiorum. Ego verò in re grauissima nullam recentiorum  
rationem habendam esse putavi: ad veteres proinde ac B  
currens, inde petij quæ scripta relinquo. Scio, harum appa  
ritionum quasdam in somnis, & secundum apparentiam  
factas, non fallaciter tamē & illusoriē, cum diuinę essent,  
ac præter totam naturæ vim, per Dei potentiam contin  
gerent. Plures verò earum vigilantibus hominibus verè  
ac realiter factę sunt, vt in citatis doctoribus videre licet.  
Vtrum verò animæ ipsæ Diuorum, secundum veram  
eorum substantiam, ac realem præsentiam apparuerint:  
an verò earum nomine & vice apparuerint Angeli, Deo  
ita disponente, hac secunda conclusione dirimamus.

## XIII.

Quod ipse  
animæ uerè  
& secundū  
substantiā ap  
parent: non  
angeli pro  
cis.

SECUNDA conclusio: Apparitiones defunctorum de qui C  
bus hactenus diximus, uerosimiliter credendum est  
fieri aliquando secundum veras eorum præsentias: ita vt  
loco moueantur in quo sunt apud aliam vitam, vt uiuis  
appareant. Hæc Petro Canisio lib. 5. de Maria Deipara. c.  
21. & Matthiæ Felisio, in Elucidatione primi præcepti, nō  
placent. Nam probabilius existimant, huiusmodi appari  
tiones fieri ministerio Angelorum, quanuis ipsis sanctis  
ascribantur. Inde autem ad id existimandum moti sunt,  
quod D. August. cum in hanc sæpè incidisset, difficulta  
tem,

A tem, dubius animi hæere potius quàm in alterutram par  
tem propendere visus est. Nam in Epistol. 102. quæ est  
ad Euodium, planè dubitat. Libro autè de spiritu, & ani  
ma. c. 29. tom. 3. apertius exprimit dubitationem suam, di  
cens: Vtrum ista fiant per eorum præsentiam, aut per An  
gelos suscipientes eorum personam affirmare non au  
deo. Et lib. de Cura pro mortuis agenda. c. 16. Res, inquit  
ista altior est quàm vt à me possit attingi, & ideò quid ho  
rum duorum sit, an verò fortassis vtrumq; sit, vt aliquan  
do ista fiant per ipsam præsentiam Martyrum, aliquando  
per Angelos suscipientes personas Martyrum, diffinire  
B non audeo, mallet à scientibus ista perquirere. Et sta  
tim. c. 17. An ista fiant Dei nutu per Angelicas potestates  
in honorem sanctorum, ad vtilitatem hominum, illis in  
summa quiete positis, & ad alia longè meliora visa vacā  
tibus seorsum à nobis, orantibusq; pro nobis. Hactenus  
August. Fuit qui impudenter, Academiæ nihil affirman  
tis discipulum appellarit Augustinum, quod indecisas  
multas relinquat quæstiones. Verum, qui eius libros in  
trospexerit, videbit primum humilitatis gratia id eum  
fecisse. Secundò, plus commodi & doctrinæ Augustinū  
nobis attulisse dubitando, quam innumeri alij diffinien  
do, & determinando. Tertio prudens, ac scientissimus  
C nonnunquam dubium se exhibet Diuus hic Pater no  
ster, vt ea quæ vtrinque erant opinabilia, & neq; ad mo  
res fidelium, neq; ad fidem spectabant, in sua probabilita  
te relinqueret. Tanta enim pollebat autoritate, vt si in  
alterutram ipse partem vergeret, in eam omnes secum  
duceret, & posteris opinandi, ac disputandi ianuam præ  
clusisse videretur. Ergo quandiu in Diuo hoc Patre nil  
certi in quæstione proposita reperitur, liberam suis filijs  
erit, quam maluerint eligere. Eam itaq; egomet mihi

Aug. dubitat  
an appareat  
animæ, an  
uerò Angeli  
pro cis.

Cur Aug. du  
bitando, sæ  
pissime tra  
ctat scriptu  
ram.

eligo, an id alteri suadere possim ignorans, quod verè; & secundum substantiam interdum defunctorum animæ appareant: ita vt locum cœli, si in cœlo sint, aut inferni, si in inferno; ad breue tempus, & statim redituræ deserant. Hæc doctrina placuisse videtur Abulensi super Matth. c.

*Per hoc qd anima appareant, nihil minuitur de pena - aut gloria.*

25. q. 508. & q. 752. & S. Tho. in. 4. d. 45. q. 1. ar. 1. q. 3. ad. 3. vbi contendunt, per hoc quod animæ siue beatorum, siue damnatorum è suis receptaculis aliquando exeant, non minuitur aut augeri eorum poenam, aut gloriam. Sed verba S. Th. sunt notatu digna. Secundum hoc, inquit, locus anime cedit in poenā, vel præmium, quod anima afficiatur ex hoc quod tali loco deputatur, vel gaudento, vel dolendo: hoc autem gaudium, siue hic dolor de hoc quod talibus locis deputatur, manet in anima, etiam quando extra loca prædicta fuerit. Sicut Pontifici cum datur pro honore vt in cathedra fedeat in Ecclesia, non minuitur eius gloria, quādo à cathedra recedit, quia etiam si actu ibi non sedeat, locus tamen ille sibi deputatus est. Hæc S. Tho. quæ plurima animaduersione digna sunt. Ergo hæc mihi est apparentissima ratio, quod licet D. Aug. supra, dicit, animabus in summa quiete positis, & ad alia longè meliora visa vacantibus, &c. tamen minimè credendum est, neq; id voluit D. Aug. quod à quiete turbentur, aut vacare defināt Deo animæ beatæ, ex eo quod cœlo delapsæ ad viros nonnunquam veniant. Cum enim perfecta earum quies, & beatitudo in Dei visione consistat, illa autem visio nihilo fiat minor, ex eo quod appareant: sit ex hac parte nihil ob stare, quin appareant ipsæ præsentia sua.

*Quod ipse anima appareant, cõformius est scripturis, & rationi.*

Præterea, hæc meæ sententiæ conformior sacra scripturæ, ac historijs, & rectæ rationi esse videtur. Scripturæ quidem: nam de Moyse pariter; & de Samuele satis aperte Matth. 17. & Eccl. 4. 6. dicitur, quod apparuerint. Est autem

**A**tem præscriptus nobis sanctorum canon, quod scripturæ verba, vt sonant ac iacent, intelligi à nobis debent, quando nihil absurdi ex tali intelligentia sequitur. Quid autem absurdi sequatur ex eo quod verè ac realiter aliquando animæ appareant, nullus dicit. Præterea Historiarum autoritas non parui, sed magni pendenda est; afferentium vel Beatam Virginem, vel D. Petrum aut Paulum apparuisse eodem prorsus verborum tenore quo de Angelis, aut demonibus id dici solet. Rectæ autem rationi factis consonat quod apparuerint: quia si aliquid incommodi sequeretur ex eo quod Beatorum animæ loco patriæ, in quo sunt, moueantur ad terram: planè idem omnino sequitur si Angeli moueantur etiam loco cœli, & ad nos deueniant. At in Angelis nihil obstat quominus verè nobis appareant, quantumuis semper videant faciem patris qui in cœlis est: ergo, cum par sit ratio, dicamus nihil inferri damni, aut incommodi, & nihil absurdi sequi, ex eo quod animas cœlo moueri, & ad nos personaliter peculiari dispensatione deuenire, dicamus. Cur verò tam rarò appareant, dubitat & decidit D. Athanas. tom. 4. q. 13. De quo videndus est etiam q. 11. & q. 33.

Præterea, motum localem repugnare animis separatis, nullus verè dicit: Nam si Durandus id dixit, penitus deceptus est in. 3. distinct. 22. quæst. 3. Qui adeo mordicus affirmat, animas à corporibus abiunctas moueri non posse, vt neget animam Christi verè ad Inferos descendisse, sed solum, inquit, descendit secundum effectum. Quod dogma veluti erroneum damnant Capreolus, in. 3. distinct. 22. quæstione vnica. articul. 1. con. 3. & articul. 3. ad argument. contra tertiam conclus. Dionysius eadem distinct. quæstione. 6. Franciscus de Christo. quæst. 3. de Descensu Christi ad inferos, & omnes. Rursus quod

*Matth. 18.*

*Ratio efficitur pro con-  
clu.*

*Anima separata moueri potest locali-  
ter.*

*Error Durandus non proprie descendit ad inferos.*

quod anima separata virtutem habeat naturalem, vt se localiter moueat, probat Abulens. super Matth. 25. q. 772. & in Paradox. 5. quam nuncupauit de Aquila, à. c. 174. & infra, Paludè in. 4. dist. 44. q. 4. art. 2. num. 15. Soto. d. 45. quæst. nar. 3. Nam alioqui, eodem loco quo contingit eâ de corpore egrèdi, deberet hærere perpetuò, & alligata permanere tanquam truncus, per totam æternitatem im mobilis: quod multum derogat diuinæ prouidentia, ad quam spectat dedisse singulis rebus suas naturales virtutes & facultates, quibus commodè vitam possint agere. Neq; verò contra nos est id quod D. Thom. 1. p. q. 117. ar. 4. in sinuat, animam non habere nisi vnicum determinatum modum motus: nam planè cum naturam quodam modò duplicem habeat anima, cum est in corpore, & cū est ab illo seiuncta: non est inconueniens quòd, sicut alterum habet intelligendi modum cum est separata, ita alterum mouendi se habeat modum, nimirum independentem à tempore nostro, & regulatum per tempus Angelicum, cuius instantia possunt esse immediata: ita vt possit in hoc instanti anima esse in celo, & in altero sine medio tempore, esse in terra, sicut possunt Angeli, de quo D. Tho. 1. p. q. 53. ar. 3.

*Anima separata habet aliū modum mouendi se, sicut Angeli.*

*Argu. ex eo quod anima assumere & mouere corpora non potest.*

Obijci tamen potest adhuc ab his qui contendunt, animas defunctorum per se ipsas non apparere, sed ministerio Angelorum: nam D. Thom. 1. part. quæst. 89. art. 8. ad. 2. & in. 4. dist. 45. quæst. 1. art. 1. q. 3. pro indubitato habet, animam separatam intrare corpora & assumere illa minimè posse, siue sit proprium cadauer, siue quodcunq; aliud corpus aut terreum, aut igneum, aereumve, siue aqueum: ex eo quòd virtutem motricem anima non habet, nisi determinatam ad certum corpus, vt bene vidit S. Thom. 1. p. q. 117. ar. 3. ad. 3. & q. 117. ar. 4. per totum, & de mal.

**A** mal. q. 16. ar. 10. ad. 1. Neq; solùm est determinata ad certum corpus, sed ad certum etiam mouendi modum, ac proinde non vt motor, sed vt forma propriū mouet corpus. Vnde neclapillum, nec festucam mouere potest. Contra verò Angeli, quorum virtutes cum non determinentur per ordinem ad corpus, habent vt corpora quæq; obediunt eis ad motum localem. Hinc ergo fieri videtur, quando externè ac visibiliter apparitiones fiunt in corporibus siue solidis, siue aereis & confictis, non esse veras animas, sed potius Angelos earum vice ac nomine, qui illa gubernant ac mouent corpora, & in eis ambulant, loquuntur, &c.

**B** Sanè vim argumenti huius effugere non possumus. Idcirco, aut suffugiendum nobis est ad Abulens. Matth. 25. quæstione. 773. dicentem, mouere posse animam & assumere corpus, vt in eo appareat, & in eo debitas operationes exerceat: non tamen quodcunq; corpus, sed illud quod fuerit debita quantitatit & proportionis. Aut recurrendum est ad diuinam potentiam: nam cum secundum illam fiant tales animarum apparitiones, congruum etiam esse videtur, vt secundum eandem vis, & facultas præstetur animabus, vt assumere corpora aliqua valeant, in quibus moueantur & loquantur: sicut contigit animabus Samuelis, & Moy si: de quibus supra ad fastidium diximus. Certè Sanct. Tho. in. 4. distinct. 45. quæstione. 1. articulo. 1. quæstio. 3. egregium producit ex Diuo Hieronymo: testimonium, aduersus Vigilantium conscribente, ex quo colligit, ex virtute gloriæ quandam potestatem Beatorum animabus conferri, per quam possint mirabiliter apparere viuentibus, cum voluerint. Quanuis an propria voluntate appareant, an verò diuina prius excita, dubium est, vt bene vidit Abulens.

**C** Solutio, quo pacto anima assumat corpus.

*Solutio, quo pacto anima assumat corpus.*

*Anima non cupiunt apparere viuibus & quare.*

*Inter uiuos,  
& mortuos  
nullum com-  
mercium.*

*Alia ratio  
pro conclus.*

len. quæst. 752. Cum enim animæ ipsæ abiunctæ à corpo-  
ribus sint, iam à conditione suæ naturæ omnino alienum  
est cum hominibus conuersari. Quod præter D. Athana-  
sium. quæstio. 11. & 13. & D. August. lib. de cura pro mor-  
tuis. cap. 13. dicit Aristot. 1. Ethic. ac proinde quantumuis li-  
beras, & expeditas animæ sanctorum se sentiant, ut quo-  
ties allubescat, apparere nobis possint, id sanè minimè fa-  
ciunt, nisi Deo id specialiter providente, aut in earum ho-  
norem, aut in nostram utilitatem.

Postremò, inde mihi fit verisimile, quòd defuncto-  
rum animæ in propria substantia uiuis appareant, quòd  
ut nos specialiter moneant & adhortentur de proprio sta-  
tu & sorte, de pœnis, aut præmijs, quibus afficiuntur, ad  
nos mittuntur: utq; certiores nos reddant de rebus siue  
ad earum siue ad nostri statum artinentibus. Hæc autem  
multò commodius & expeditius fient, si ipsæmet, Deo  
itâ disponente, nobis appareant & loquantur, quàm si An-  
gelorum ministerio id fieret. Mutua enim colloquia, &  
veras audire & reddere voces, de rebus quæ utroq; spe-  
ctant, ut interdum inter uiuos & animas apparentes fa-  
ctum legimus, nisi ipsæ verè appareant, fieri sine maiori-  
bus incommodis non potest.

XV.

*Quòd ex cœ-  
lo, inferno,  
purgatorio,  
& limbo Pa-  
trū apparue-  
re animæ.*

EX dictis colligo, indiscriminatim ex omnibus recepta  
cœlo quidem nullus dubitat, quòd ad uiuos se quando-  
que demiserint, ut eos de sua gloria certos reddant, in  
magnum eorum commodum. De purgatorio etiam fa-  
cilius creditur inde ut interdum exeant & appareant, eo  
quòd aut nostris indigent præsidijs, aut nos suis admoni-  
tionibus & exëplis. De inferno autè damnatorū, Soto in  
4. d. 45. q. 1. ar. 4. ad. 1. Victoria Relectione de Magia, num.  
17. Abulen. super. 4. Reg. c. 4. q. 56. existimant, nunquam  
ad

A ad nos deuenire, eo quòd sunt perpetuo carceri mancipa-  
tæ. Hanc tamen rationem nihilo pendentes, dicimus cū  
eodem Abulen. Matth. 25. q. 753. & D. Tho. in. 4. d. 45. q. 1.  
ar. 1. q. 3. illas etiam interdum apparuisse uiuis, ut eis per  
pœnas suas terrorem incuterent, quas aut visibilibus ostē-  
dunt, aut credibiliter referunt. Soli sunt paruuli, quos de  
limbo nunquam egredi existimo, quoniam neq; gloriam  
habent, cuius illecebra ad virtutis studium nos excitent: *Paruuli è  
limbo nun-  
quã apparēt.* neq; pœnam, cuius terrore nos à peccatis cohibeant: neq;  
tandem nostris suffragijs egent, aut aliquem vsum recipe-  
re, aut dare nobis apparendo possunt, & c.

## Dubium, An Christus post

Ascensionem vnquam apparuerit, de cœlis  
verè descendens in terram.



Vllus existimet velim, ea me constrictum  
esse lege, ut in singulis disputationibus prius  
quàm ad rem deueniam, immorari in præfa-  
tionibus ac præambulis debeam. Quod qui  
existimant, ut existimare desinant, accipiant abruptam  
propositæ quæstionis explicationem.

C Onclusio: Saluo sanctæ matris Ecclesiæ iudicio, vide  
tur mihi dicendum, quòd Christus Dominus secun-  
dum quòd homo est, instar cæterorum defunctorum, ali-  
quando ex æthere summo. iacentes terras despiciens, *XVI.  
Conclusio af-  
firmans.* post suam gloriosam in cœlos ascensionem, ad nos se  
demiserit, descenderitque præsentialiter: ita ut lo-  
cum illum conuexi vltimi cœli Empyreï, in quo de-  
stinatam à patre sedem habet, deseruerit ad brèue  
tempus, ut seruis suis addictissimis appareret, in nostro

hoc hemispherio ac mundo sublunari. Quod exemplo A  
& ratione adnitur probare.

*Sathan sæpe  
apparuit in  
forma Christi.*

*2. Cor. 11.*

Prius tamen admonitos vos esse velim, Sathanam, cuius est transfigurare se in Angelum lucis, solitum induere formam & imaginem Christi Domini, & sic hominibus apparere, mentiendo se Christum esse, ut sic diuinum cultum à simplicibus Christianis extorqueat, & sibi vsurpet. Hoc probemus. Seuerus Sulpicius, scriptor grauissimus & vetustissimus, in Vita B. Martini, lib. 1. commemorat, apparuisse Diabolum venustum facie, & vestitu splendidum, semel & iterum dicentem ad B. Martinum, Martine, quid dubitas credere me esse Iesum Christum? B

Quod mendacium rectè dignoscens Martinus, sub eleganti forma immanem & truculentam bestiam subolfecit: nam replet Sanctos spiritus sapientiæ, & intellectus, & spiritus olfactionis: nam sic habent Hebræa, vbi nos legimus, spiritus timoris Dñi. Dixitq; ad consuetum illum Christum: Dñs noster Iesus Christus, non purpuratum aut diademate renitentem, se venturum esse prædixit. D. Tho. in 3. Sent. d. 9. q. 1. ar. 2. q. 6. ad 3. & super Paulum. 2. ad Corin. 11. lectio. 3. Marfilii, in 3. Sent. q. 8. art. 2. Dub. 5. Holcoth. d. 9. q. 1. art. 5. principali, Ioann. Ludouicus Vinaldus in Explicatione. 1. præcepti, hoc ipsum pro certo supponunt. Vbi refert Marfilii quendam sanctum Patrem, qui Diabolo sibi in specie Christi apparenti, respondit, se nolle videre Christum in hac vita. Idem refert D. Tho. Quinimò non solum Christi, sed & Dei Opt. Max. speciem plerumque Diabolus sibi arrogare conatus est. Sic enim ad suos, Magnus Pater Antonius loquitur, apud D. Athanasium, in Vita Antonij: Credite, filioli, vidi aliquando Diabolum celsum corpore, qui se Dei virtutem & providentiam esse dicere: & ait ad me, Quid vis, ut à me tibi doneatur,

An-

A Antoni? At ego totum me in eum Christi nomine armatus ingessi, & statim ille procerus aspectu, inter medias manus exoleuit. Hæc Athanasius. Probandi ergo sunt 1. Ioan. spiritus vtrum ex Deo sint.

**E**Xempla nunc, non ex apocryphis libris petita, sed ex authenticis producimus, ad probandum quod verè & re ipsa Christus apparuerit. Principiò, ad conuersionem Pauli perficiendam, quando adhuc spirans minarum & cædis, in discipulos Christi, petebat Damascum, Christus verè & realiter descendit, ut ipse dixit. 1. Corint. 15. & habet expressius facer textus, Actorum. 9. nam ipse Paulus enumerans testimonia resurrectionis Christi, postquam enumerauit alias Christi apparitiones factas Apostolis, in illo. 40. dierum spatio, qui inter ascensionem & resurrectionem Christi decurrerunt, subdit: Nouissimè autem visus est mihi, tanquam abortiuo, videlicet, cum Damascum peterem post ipsam Christi in coelos ascensionem. Et sane si imaginaria fuisset illa visio, & nõ vera & realis, vix non haberet ad probationem eius quod probare Paulus nitebatur: scilicet, veritatem dominicæ resurrectionis. Vnde Act. 9. dixit Ananias ad Paulum, Dominus Iesus Christus, qui apparuit tibi in via &c. Vera ergo fuit apparitio

C post ascensionem. Nam quod Christus tunc non descenderit verè, & loco suo paulisper motus: sed quod tantum visus à Paulo fuerit per expansionem ac scissionem elementorum, & vnde decem coelorum ruptionem; ita ut facultas visiva Pauli vsq; ad ipsum conuexum vnde decimi coeli pertingeret, & ibi Christum sede sua immotum videret, omninò est imperuasibile. Tum quia maius hoc esset miraculum, quod colloquutionem mutuam & visionem necere possent inter sese Christus & Paulus, tam longissimis locorum interuallis à se ipsis distantes, cum tamen fa

XVII.  
Afferuntur  
exempla ue-  
rissima ap-  
paritionum  
Christi.  
1. Corin. 15.  
Actor. 9.

Probatum  
quod re vera  
in propria  
persona  
Christus  
de coelo  
descendit  
ad Paulum.

1. Cor. 15.

miliariter colloquuti sint, & velut de propinquo: tum A  
etiam quia cum Paulus. 1. Corint. 15. inter referendas  
alias Christi apparitiones veras, quibus corporaliter in-  
uisere voluit Apostolos suos per veram loci mutatio-  
nem, hanc etiam apparitionem sibi factam enumeret,  
dici debet fuisse etiam veram & localem mutationem  
Christi. Atque aded quod tunc, sicut & aliàs quando  
apparuit, locum illum quo nunc continetur, ad breue tē-  
pus deseruerit.

Quod Ma-  
tri suæ sepe  
etiam Chri-  
stus post as-  
censionē ap-  
paruerit.

Ad hæc: Quod Beatissimæ Virgini, matri suæ dul-  
cissimæ ac sanctissimæ, hic apud nos mortalem vitam B  
agenti, post mortem filij sui, aliquoties Christus Domi-  
nus post suam in cælos ascensionem, apparuerit, pium  
& rationale est credere. Et Patrum autoritas hoc  
reddit credibilissimum. Diuus Hierony. in sermone illo  
Assumptionis, siue ille eius sit author, siue Sophro-  
nius qui Hieronymo fuit antiquitate suppar, & graui-  
tate non impar: rursus Diuus Damascenus in ser-  
mone de Dormitione Deiparæ, Diuus Anselmus, libr.  
de Excellentia Virginis. capi. 8. Diuus Anton. 1. part. hi-  
stor. titu. 6. capit. 3. §. 1. & innumeri alij pro comperto,  
ac explorato habent Christum occurrisse suæ matri, &  
ad eam descendisse in die assumptionis eius. Sed & quod C

Quod mortl  
B. Virginis  
astiter Chri-  
stus in pro-  
pria perso-  
na.

ac corporalem præsentiam exhibēdo in hora mortis ip-  
sius sacræ Virginis, certissimum mihi videtur. Nec mihi  
foli, sed & alijs. Nam Nicephorus Callistus author gra-  
uissimus. lib. 2. Hist. Ecclesi. ca. 21. tractans de ijs qui mor-  
ti B. Virginis astiterunt, sic ait: Deinde cœlitus filius  
eius cum innumerabili Angelorum exercitu descendit,  
animam illius sanctam prorsus, & diuinam assumpturus  
&c. Et Petri Canisij antiquis merito annumerandi. lib.

## De Veris mortuorum apparitionibus.

- A 5. ca. 3. de Maria Deipara, verba sunt ista: Iam verò non  
Apostolos tantum, sed & Christum ipsum coram illa ad  
fuisse, tamen veteres non affirmarent, tamen & talis filij  
erga matrem amor, & multorum, quibus morientibus  
Christus crebrò adesse dignatus fuit, exempla fidedigna  
suaderent, & ratio ipsa fidei lumine illustrata declararet.  
Vidit ergo Maria cum in lecto decumberet, Christum  
Dominum Angelorum satellitio circumquaq; stipatum,  
& ad se ita comiter venientem, vt hinc tota gaudio &  
voluptate perfunderetur, quòd in amicis illius manibus  
suam esset animã depositura. Quid verò erit absurdi, si  
B non modò lætissimum Christi cōspectum, sed & suauissi-  
mas eius voces hoc loco consideremus? Hactenus ille.  
Sanctus etiam Thomas de Villanoua, Magister Theo-  
logiæ, ac Valentiniæ vrbs Archiepiscopus, in præclaro il-  
lo sacrarum concionum volumine, quod diligenter con-  
gessit, ac appositisimè digessit Magister Petrus Vzeda  
eiusdem ordinis nostri, & in Salmanticensi Academia  
publico munere sacrarum literarum interpres: ille ita-  
que in sermone de Assumptione Beatæ Mariæ palàm  
fatetur illo assumptionis Virginæ die, Christum cum  
omni cœlesti curia de cœlis ad terram descendisse;  
C ac proprijs manibus suscepisse matrem: & ad hoc idem ad-  
ducit D. Hiero. Idem in sermone de D. Illephonso, sic ait:  
Existimo & Paulo Apostolo filium, & Illephonso ma-  
trem speciale hoc priuilegium contulisse, vt verè & vi-  
sibiliter per se apparere, ante horam mortis dignaretur.

Annumeremus his celebrem illam apparitionē Chri-  
sti B. Petro factam, Romã fugienti, & aliò volenti cōmi-  
grare. Hanc referunt authores cum primis graues pon-  
dere, & multi numero, quorum loca, quoniam superius  
retuli. q. 4. scholastica. §. 4. nomina tantum hic comme-



morabo. Ij ergo sunt Abdias Apostolorum discipulus A  
Ægelipus eorundem temporum vicinus, Ambrosius,  
Innocentius, Antoninus, Vualdenfis, Ioachimus Perio-  
nius, Iocobatus, Caietanus, Turrecremata, Cordubēsis,  
Nicolaus Sanderus, Mathias Felisius, Soro. &c.

**Apparitio Christi ad Carpum ex D. Diony.** Deinde pergrata est & mirabilis historia illa appari-  
tionis Christi B. Carpo factæ, quam recitat D. Diony.  
antiquissimus scriptor & Pauli discipulus, in Episto-  
la ad Demophilum monachum: vbi narrat, Carpum,  
post multa, cœlum conspexisse & vidisse Christum sur-  
gentem de cœlesti folio, & descendente, vt quibusdam in  
fortunatis hominibus opem afferret, dicens: Paratus sum B  
rursus pro salute hominum mortem perpeti &c. Post  
quæ dicit Dionys. Hæc sunt, quæ ego audita vera esse  
credo.

**Alia ad B. Martinum ex Seuero.** Quis porrò in dubium audeat reuocare illustre illud,  
& omnibus seculis memorandum miraculum, quo Chri-  
stus dominus B. Martino adhuc Catechumeno, visibili-  
ter apparuit, & pallij dissecti parte vestitus, repētē dece-  
dit, illa quidem verba quæ omniū mentibus sunt altè re-  
posita, dicens: Martinus adhuc Catechumenus hac me  
veste cōtexuit. Seuerus Sulpicius, in vita S. Martini, in som-  
nis & noctū, eam apparitionem factam cōmemorat: ac C  
proinde instituto nostro cui nō videtur satis deseruire, re-  
currat ad præcedentes & ad alias, quas post pauca subij-  
ciam. Interim alias in somnis Christi apparitiones refert  
**Alia ex D. Epiphano.** D. Epiph. lib. 1. tom. 2. hæresi. 30. contra Ebionæos, paulò  
post initiū, vbi semel & iterū Christū apparuisse Iosepho  
evidem, ait. Et subdit: hoc mihi Iosephus palàm recita-  
uit, id quod verè dicere possum. Hæc Epiph. Adijce eis  
quam Socrates, lib. 1. Hist. Eccle. c. 2. refert Christi appa-  
rionem Constantino Magno in somnis factam. Aliam,  
nisi

A nisi fortassis eadem est, cōmemorat Sozomenus lib. 1. c.  
3. Hist. Eccle. eidem Constantino factā. Eadem Eusebius  
Cæsariensis, scriptores grauisissimi, lib. 1. de vita Constanti-  
ni, circa medium. Quinimò Allen. 4. p. 9. 53. mem. 4. art.  
3. dicit quòd interdum in sacramento altaris apparuit  
Christus, ac visus ab aliquibus ibi est. Nam existimat ip-  
se, quoties miraculosè apparet ibi puer, aut homo, esse ip-  
sum Christum. Tamen tantus vir in hoc deceptus  
est. Vide S. Thom. 3. p. 9. 76. art. 8.

Miraberis, lector, quòd frustratim ex historijs, Christi  
apparitiones hincinde mendicemus, cum plenus ac inte-  
ger sese nobis offerat liber Reuelationum sanctæ Brigi-  
dæ, seu Brigittæ. In quo tam multæ Christi ac B. Virgi-  
nis referuntur apparitiones, vt totius libri hoc ferè solum  
fit argumentum. Dubitatum fuit, fateor, olim an veræ  
essent: sed dubitandi rationes iam prorsus euulsæ sunt.  
Turrecremata S. R. E. Cardinalis, Defensorium Reuela-  
tionum huius sanctæ conscripsit: in cuius Prologo, ca. 1.  
dicit, circa annum. 1377. Gregorium. X I. commisisse illas  
reuelationes examinandas peritissimis, ac circumspectissi-  
mis quinq; Cardinalibus, ac quibusdam Episcopis, & Ma-  
gistris Theologis, qui omni examine diligenter præmis-  
so, librum omni veritate conspicuum, & sanctitate præ-  
clarum repererunt. Vrbani. VI. qui successit Gregorio,  
denuò multis alijs Cardinalibus, Episcopis, ac Magistris  
examinandum deuoluit librum. Idem fuit eorum iudi-  
cium quod aliorum fuerat. Demum Bonifacij. IX. &  
Martini. V. & Conciliorum Constantiensis, & Basilien-  
sis calculo approbatæ reuelationes illæ sunt. Vnde Am-  
brosius Catherinus, lib. 4. contra Caiet. longè post me-  
dium & Antonius Cordub. lib. 1. Quæstionarij, q. 44. in.  
4. probat. 6. conclus. acriter sese opponit Caietano, quòd

**Apparitiones Christi ad B. Brigittam, expenduntur.**

ea irritat. Vide Petrum Canisium. lib. 1. de Maria. c. 7. A  
& 10. Ergo Turrecremata in. 4. cap. Prologi, circa me-  
dium, & Alphonsus etiam Episcopus Giennensis in  
Prologo ad librum. 8. Reuelationum. c. 5. postquam di-  
stinxerunt tria visionum genera, corporalis, intellectua-  
lis, & imaginariae, dicunt, Brigittam, cum esset paruula,  
& praesertim cum in extremis ageret, vidisse oculis car-  
nis Christum Dominum prope se, diuinas ei consolatio-  
nes afferentem. Id etiam habetur lib. 7. c. 31. Reuel.

**Apparitiones Christi ad B. Catharinam Senensem.**  
Alterius etiam sanctissimae mulieris, erga quam indul-  
gentissimum se ac benevolentissimum Christus exhibuit,  
vitam qui scripsere, F. Raymundus de Capua Magister B  
Generalis Ordinis Praedicatorum, & F. Stephanus Car-  
thusianus, Prior Ticini, qui eam de facie, ac peculiari co-  
uersatione nouerunt: referunt (& ita habetur in eius vi-  
ta. 2. par. ca. 6. latissime) huic Diuae vigilantem, ac ambulanti  
apparuisse semel & iterum Christum indutum deco-  
re, & amictum lumine sicut vestimento. Quid ibi actum  
cum ea fuerit, eod loci legat qui uolet. Tandem apud D.

**Alia ad B. Antonium ex Athan.**  
Athanasium in vita B. Antonij, paulo post initium, collu-  
stantibus Antonio & Sathana, & tandem Antonio, licet  
non impune, uicenti, adfuit Christus. Cui Antonius ex  
imo pectore trahens longa suspiria, ad uisionem, qua ei  
apparuerat, loquebatur dicens: Vbi eras, bone Iesu, ubi  
eras? Quare non a principio affuisti, ut sanares vulnera  
mea? Et vox ad eum facta est: Antoni, hic eram, sed ex-  
pectabam videre certamen tuum. Et quidem haec Athan.

**XVIII.** Multa raptim perstrinxi, exemplorum abunde posui.  
**R**ationum uero, quae hanc partem suadent, illa mihi  
uidetur potissima, quae nititur apparitionibus Verbi  
diuini in ueteri testamento factis. Sanè ut. q. 1. Possumus acur-  
sim diximus, communior Patrum sententia ea est, ut eod  
tem-

**A** temporis in propria persona plerumque, & non semper An-  
gelorum ministerio, Filius Dei illas apparitiones effice-  
ret, in specie ac similitudine, licet non in uera substantia  
hominis, quasi illis apparitionibus se exerceret ad uerum  
corpus humanum aliquando assumendum. Quod ne-  
cèu paradoxon meo capite ortum quisquam rejiciat,  
hoc definit expressè concilium Syrmiese celebra-  
tum sub Iulio Papa ante mille ducentos annos, cano-  
ne. 14. Concilij autem uerba sunt ista: Si quis contra Iac-  
ob non filium tanquam hominem luctatum esse, sed  
ingenitum Deum, aut Patrem eius dixerit, anathema  
sit. Luctam hanc dirimere mihi non licet, Quantum tamen  
licet colligere ex Gen. 32. & ex Osea. 12. quauis Conciliū  
id taceret, & D. Leo Papa in Epist. 13. quae est ad Pulche-  
riam Augustam, id expressè non diceret, perspicuum  
fit, Verbum ipsum diuinum cum Iacob fuisse lucta-  
tum. Nam ubi habet textus Osea, In fortitudine sua dire-  
ctus est cum Angelo, & confortatus est, fleuit & rogauit  
eum. 70. & Hebraica litera habent, In labore suo praeua-  
luit Deo. Et querenti Iacob, Quod est nomen tuum? respon-  
dit ille aliud, Cur queris nomen meum quod est mirabile?  
Nomen autem, Admirabilis, proprium est Messie. Isai. 9. Rur-  
sus peracta colluctatione, dixit Iacob, Vidi Dominum  
facie ad faciem, hoc est, mutuo luctatus cum Deo sum.  
Item facer textus Genes. 32. Si contra Deum uictor  
fuisi, quanto magis contra homines praeualebis. Erat  
ergo Deus cum quo manus conseruit. Tandem, quod  
illi inditum tunc temporis nomen est Israel, quod  
significat, Qui praeualet Deo ac illum uincit, quid in-  
uenit nisi Deum esse cum quo lucta illa inita fuit? Hoc  
demum si dixerimus, euitabimus obiecta Lyrani, qui  
super Oseam. c. 12. ex Rabbi Salomone refert, cum Iacob  
lucta-

Quod Iacob cum Deo  
luctatus est, non cum An-  
gelo.  
Genes. 32.  
Osea. 12.

Isai. 9.

Genes. 32.

Patres tes-  
nēt Christi  
apparuisse  
Patribus in  
uet. test.

luctatum fuisse Angelum custodem Esau, qui vi & lu-  
cta conabatur impedire Iacobum, ne transiret in terram  
promissionis ad obtinendas benedictiones & primogeni-  
ta Isaac, in præiudicium Esau. Deniq; quòd verbum diu-  
inum appareret in veteri testam. habet Socrates libr. 2.  
Hist. Eccle. c. 19. habent D. Ambr. ad Coloss. 1. Tert. lib.  
5. contra Marcion. Clem. 5. Const. Apost. c. 19. Euse. lib. 5.  
Demonst. Euang. c. 9. & lib. 1. Hist. Eccle. ca. 1. Philippus  
Presbyter, lib. 2. super Iob. c. 20. Nicephorus, lib. 1. ca. 2. &  
Cantacuzenus, Iustinus, &c.

Verumtamen existimandum non est, ita esse certum  
quòd verbum diuinum appareret per seipsum, & non in  
persona Angelorum in veteri testamento, vt oppositū  
sit omninò improbabile. Nam plures etiā ex Patribus  
censent Angelos esse quorum ministerio illæ apparitio-  
nes fiebant. Neque refert quòd concilium Syrmiense  
oppositum definisse videatur: nam si ille canon atten-  
tè legatur, non decernit, quòd Verbum luctatum fuerit  
cum Iacob, sed definit, non fuisse luctatum Patrem, aut  
ingenitum Deum, & non filium. Aut dico, illud conci-  
lium, quanuis cæteris sanctis & catholicis concilijs cir-  
cunferatur insertum, non esse satis catholicum: nec à Ca-  
tholicis confectum, vtpote quòd æqualitati diuini Ver-  
bi cum suo Patre, multum detrahat, vt patet ex canone.  
2. & 25. ipsius concilij. De quo in Relect. infra.

Pro. 8.

Ad rem: si probabiliter credimus, filium Dei in lege  
veteri, quæ timoris erat & seruitutis, apparuisse nonnun-  
quam sanctis illius seculi hominibus, & familiariter &  
amicè cum eis fuisse conuersatum: quoniam delicia eius  
erant cum filijs hominum: sanè in lege gratiæ, quæ amo-  
ris est & beneuolentiæ non debuit esse harum deliciarū  
defectus, & inopia. Nam licet Eucharisticum sacramen-  
tum

**A** tum præ manibus habeamus, quo personam ipsam ver-  
bi diuini cum duabus, in quibus subsistit, naturis, cumq;  
tota gloriæ plenitudine quam in cælo habet, præsentissi-  
mum habeamus: & non nihil incommodi esse videatur,  
quòd locum illum gloriæ, licet ad breue tempus, deferat,  
in quo cum matre sua, & cum alijs, si qui ibi sunt cū suis  
corporibus, vocaliter & visibiliter conuersatur: tamen ad  
huc multum decet, vt sub propria forma visibilem ad fo-  
uendam fidem, & accendendam charitatem, & firman-  
dam spem alicuius deditissimi & deuotissimi famuli sui,  
aliquando apparuerit: quod in nullum Cœlicolarum de-  
trimentum cedit. Nam eorum gloria essentialis per hoc  
**B** minimè decrescit, quæ in visione diuinitatis consistit: ac-  
cidentalibus verò, cuius maxima pars in visione humanita-  
tis Christi sita est, similiter non minuitur: cum certò  
sciant Beati, breuem illam morulam ac absentiam, in plu-  
rima ac magna prædestinatorum, qui in via sunt, emolu-  
menta resultare: & sibi quanto cyus restituendam esse hu-  
manitatem illam diuini Verbi, in quam desiderant  
Angeli prospicere, & cuius nos consortio  
in æternum fruamur,  
Amen.

i 3

QVAE-

Satisfit obie-  
ctionibus ad  
uersariorū.

1. Pet. 1.

# Q V A E S T I O

## Q V I N T A P O S I T I V A .

*Circa illud Num. 6. Nouacula non ascendet  
super caput Nazarei.*

*Et, Vtrum Christus fuerit instituti Nazareorum?*



Nihil ad sacrarum scripturarum intelligentiam spectat, quod non debeat à viro Theologo pertractari. Spectat autem ad diuinam scripturam disputatio de instituto & ordine Nazareorum, praesertim de ritu illo capitis non tondendi: atq; adeo id à me

praesenti est quaestione tractandum, si me, quod haecenus fecit, vestra attentio dicentem fuerit prosequuta.

I.  
Explicatur  
initium, ac  
ritus Nazareorum.

Nomen Nazareorum licet iam olim ante legem coeperit in usu esse, ex eo quod Iacob benedicens filium suum Ioseph, appellauit eum Nazareum: absolute tamen affirmandum est, institutum Nazareorum à Moisaica lege sumpsisse principium. Nam Iacob solum secundum etymologiam nominis appellauit Iosephum nomine Nazarei: eo quod Nazareus significat separatum & egregium, aut floridum. De quo permulta dicam in huius quaestionis parte postrema. Ioseph autem insigni erat & praestanti forma, & caeterorum flos & corona fratrum. Vnde Thargum, hoc est, Chaldaicus Paraphrastes, ibi Gen.

A Gen. 49. pro Nazareo, vertit, separatum à fratribus vel coronatum. Similiter moribundus Moses, Deut. 33. totam Ioseph tribum appellauit Nazaream. Lex itaq; Nazareorum à Mose coepit. Ritus eorum traduntur Num. 6. In summa hi sunt. Primò cū quis voto se velle Deo astringere & consecrare, & sic in Ordine Nazareorum ascribi; nouacula super caput eius non ascendebat, hoc est, intonsum caput toto tempore Nazareatus gestabat. Secundò, vinum & viuas, siue recentes, siue passas, & acetum, multum vè gustare non debebat. Tertio, rebus mortuorum interesse vetabatur: idq; tam rigide vt neq; ossa cadauerum in agro reperta posset tangere, quod tractat Abulen. Num. 6. initio, & Iudic. 13. q. 12. & 1. Reg. 1. q. 23. Quinimò si quis coram Nazareo quocunq; pacto moreretur, iam Nazareus credebatur pollutus: caput proinde ei radebatur, & sacerdotes eū purgabant, & omnibus diebus, quos in Nazareato transegerat, irritatis & minimè computatis, denuò nutrire comam & suam, vt sic dicam, nouitiatum incipere cogebatur. Erant porrò quidam ad breue tēpus, quidam ad longum, quidam toto suae vitæ tempore Nazarei, prout se voto quisq; volebat astringere: nam lege non taxabatur tēpus. Nazarei verò, qui erant perpetui, ad tot ceremonias minimè tenebantur: cuius causas ibi tradit Abul. vbi & obseruat vtriusq; sexus homines promiscue posse in illo ordine cooptari. Patet ex ipso textu Nu. 6. Habebantur Nazarei tanquā politiores, ac suauiorum morum. Thren. 4. Candidiores Nazarei eius niue, rubicundiores, &c. Circa hæc quam plurima cum iocunda, tū necessaria dici possent: sed ea tantū ego cōstitutionē de capitibus non radendis tractandā assumpsi, hæc persequar.

B  
C  
P Rincipio, pilosi in sacra scriptura non rectè audiunt Isa. 13. & 34. inter reliquas bestias, quæ desertam & vastatam Baby-

Gen. 49.  
Deut. 33.

Num. 6.

II.  
Pilosi in scriptura sunt  
Dæmones.

Baby-

Babylonem habitaturæ erant, enumerantur pilosi: nam textus sic habet, Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum Dæmonibus: & pilosi saltabunt ibi. Et c. 34. Pilosus clamabit alter ad alterum, ibi cubabit Lamia, &c. D. Hieron. Isai. 13. dicit: Pilosos ibi vocari spectra quædam & simulacra Dæmoniorum, horribilibus figuris de formata. Et. 70. loco pilosorum, Dæmonia transtulerunt. Et Leuit. 17. vbi nos legimus. Non immolabunt vltra vitimas Dæmonibus, in Hebræo ad verbum est pilosis. Et Cyrillus & Procopius idem intelligunt ibi Isai. 13. & D. Thom. & Hugo & Diony. & omnes. Quâuis Aymo. & Vatab. pilosos ibi dicant esse Faunos & Satyros. Sed eodem tendunt.

*Rasi male audiunt in scriptura.* Contrâ verò per aliud extremum, barbam & capillû radere in malam partem acceptum reperitur: nam primum id esse signum lasciuix & animi mollis & effœminati tradit D. Hiero. lib. 13. super Ezechielem, c. 44. & lib. 6. super Isai. c. 15. & lib. 3. c. 3. Consentit D. Epiphanius lib. 3. Panarij, & adducit Apostolicam constitutionem contra eos, qui pilos barbæ secant. Secundò, caput & barbam radere, signum erat captiuitatis & seruitutis, Deutero. 33. De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorû capitis. Vbi Chaldæus: Auferam coronas de capite hostis & inimici. Posuit autem coronam pro coma, quæ pro corona hominibus est: vt fortè ibi Ezechiel. 24. Corona tua circumligata sit tibi, idest, comâ non radas, quâuis vxor tua animam esclauerit & in morte vxorum radere soleât viri capita. Tertio signum mæroris & tristitiæ rasura est sic Iob, audita filiorum nece, tonso capite corruit in terrâ. Et Michæ. 1. Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarû, dilata caluitium tuum, sicut aquila. Et Isai. 22. Vocauit vos dominus ad caluitiû, & ecce gaudiû, idest,

Iob. 2.  
Mich. 1.  
Isai. 22.

ad

A ad fletum, & vos rideris. Quarto tandem supplicij & contumeliæ nota erat. Hinc Rex Ammonitarum nuncios Dauid decaluauit. Et, Obiurgauit eos & maledixi & decaluauit. Et Isai. 7. In illa die radet Dominus in nouacula conducta, caput & pilos pedum, & barbam vniuersam, idest, afficiet eos magna tristitia. Ita in scriptura passim.

**H**inc per locum ab oppositis arguitur, nutrire comam & barbam, signum esse fortitudinis, libertatis, glorie, & letitiæ. Id ex sacris promiscuè, & ex profanis probemus authoribus. D. Ambros. lib. 6. Hexameron, ait: comam esse reuerendam in senibus, venerandam in sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescentibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arboris comam, arbor ingrata est, tolle humani capitis capillû, tota pulchritudo flaccescit. Et Apuleius apud Cœliû Rhodig. lib. 10. c. 10. Mulier venustissima si capillitio nudetur, licet Venus ipsa fuerit, licet cunctis cupidinum donis prædita, & baltheo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama rorans, si calua processerit, placere non potest, ne Vulcano quidem suo. Ideò Lycurgus, apud eundem Cœlium lib. 8. lectio. antiq. c. 29. assuet faciebat iuuenes vt comam nutrent: quoniam pulchros quidem, decentiores faceret: deformes verò, terribiliores. Arist. etiam lib. 1. Rhetor. ait: comam esse libertatis argumētum, nec enim comantem facile est seruire opus subire. Sic apud Aristophanem legimus, Seruus cum sis, comam nutris. Sane Ouid. rectè.

*Turpe pecus mutilû, turpis sine gramine campus,  
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.*

Quocirca Clemens Alex. lib. 3. Pædag. c. 11. locum Psal.

K tra

2. Par. 19.  
2. Esd. 13.  
Isai. 7.

III.

*Nutrire comam, & barbam est gloriosum, & sanctum.*

Psal. 132.

tractans sic dicit: Iam Psalmographus barbæ comâ delectatus, sicut unguentum, inquit, quod descendit in barbâ, barbâ Aaronis: cû barbâ conduplicatione decorem laudasset, vultû exhilarauit ungueto Domini. Itaq; vox barba, per epizeuxin repetita, longitudinem barbæ significat. Quod verò sequitur de unguento, quod descendit in oram vestimenti, non intelligas vsq; ad inferiorem extremam partem: sed vsq; ad capitium seu aperturam vestis: nam allusio est ad Exod. c. 28. vbi de hoc Aaronis vestimento dicitur, In medio eius erit capitium & ora. Quinimò non solum multam barbâ & comam nutrire, verum etiam per totum corpus pilos & setas habere, signum esse credebatur hominis constantis & excellentis. Sic, auctore Plinio, lib. 11. c. 37. fortissimus ille & strenuus dux Aristomenes, qui trecentos solus occidit Lacedæmonios, post mortem repertus est habere cor villosum & hirsutum. Ita dicit paulò post mediû illius c. Sed & de Leonide Rege fortissimo, idem memorat Plutarchus in Parallelis. Et de Hermogene idem tradit Ludou. Coeli lib. 11. cap. 40. Quod non potest lector non multam admirationem facessere. Ergo vt Polpyhemus apud Ouid. lib. 13. dicebat,

*Barba viros, hirsq; decent in corpore setæ.*

Et, vt dicebat Virgilianus pastor.

*Hirsutumq; supercilium, prolixaq; barba.*

Alex. equos  
& mulos to-  
dedit in sig-  
nâ tristitiæ.  
Baruc. 6.

Quocircâ quod Magnus Alexand. in funere Ephestionis amantissimi, sibi, suisq; principibus capita & barbâ rasit, & equos similiter & mulos torondit, non potuit non esse supremæ miseræ & calamitatis certissimum argumentum. Et quod Baruch. 6. sacerdotes Idolorum sedebant habentes capita & barbâ rasam, meritò execratus

Domi-

A Dominus præcepit, Sacerdotes caput suum non radant. Et, Non attondebitis caput in rotundum, nec barbâ radetis, &c. Si verò doctrina hætenus tradita vera est, perspicuum fit, eatenus Nazæis prohiberi rasuram atq; tonsuram, quatenus fortitudinis & ingenuitatis ac gloriæ insigne, barbâ & comam gererent, vt vel externo hoc signo omnem seruitutem exuerent, & ad illustria & fortissima quæq; gesta perpetranda, calcar sibi appositum existimarent.

Hæc licet non solum curiosè, sed constanter etiam & firmiter asserta videantur, his tamen quæ sequuntur argumentis validissimè quatiuntur. Nam primò, si nutrire barbâ & comam gloriosum & rectum est, cur Nazæatus completo tempore, raditur ex vi legis Nazæatus? Nume. 6. Nunquid enim qui sanctè Nazæatus votum absoluit, hoc ignominie & incommodi reportare debet, vt gloria barbæ, & capillorum priuetur? Secundò, Paulus dixit, Vir si comam nutriat, ignominia est illi: at Paulus id nequaquam diceret, si nutrire comam esset honorificum, & decens. Neque verò solum id dixit Paulus, sed & fecit: nam Actorum. 21. hortatu Iacobi Apostoli, vnâ cum alijs Christi seruis cæsariem sibi abrasit. Et prius Acto. 18. Priscilla & Aquila, sancti homines, ex voto sibi caput toronderunt. Tertio, & vbi sunt statuta Ecclesiæ? vbi laudabilis Ecclesiasticorum consuetudo? Vbi Pontificum, & Conciliorum decreta, quibus tonsuræ, rasuræque commendantur, & præcipiuntur? Legat qui volet Epistolam Aniceti Papæ ad Episcopos Gallie, & Conci. Carthag. 4. c. 44. & Toletanum. 4. canone. 40. & Clementem lib. 1. Constitut. Apostolicarum. c. 3. & Di. Gregorium, lib. 8. Epistò-

Ezech. 44.  
Leuit. 19.

III.

Arguitur ad  
uersus præ-  
dicta & de-  
fenditur ra-  
sura. & ton-  
sura.

Num. 6.  
1. Cor. 11.

Act. 21.

Act. 18.

3. Argum.

Vsus rasuræ  
& tonsuræ  
Ecclesiasti-  
cæ.

Epistola. 10. quæ est ad Gloriosum, & D. Isidorum lib. 2. A  
de Officijs Ecclesiæ. cap. 4. & Bedam lib. 5. Hist. Angelo-  
rum, & alia loca, siue Pontificum, siue Patrum: & vide-  
bit, non solum in laude, verum etiam in præcepto poni  
rasuras virorum, atque tonsuras. Natura certè ( vt verbis  
vtar Diui Chrysostomi super Paulum. 1. ad Corinth. 11.)  
humano generi etiam in cultu capillorum, dedit præsi-  
dentia ac subiectionis symbola. Virum enim iussit refe-  
cta coma, libero & adaperto capite, principatus signum  
præferre: mulierem verò comam gestare voluit, velu-  
ti quoddam submissionis velamen, ac feruitutis insigne.

4. Argum.

Hæretici  
ersequuntur  
rasuras.

5. Argum.

Capilli las-  
ciendi oc-  
casio.

Quartò: Inde constat sanctissimam, & iam inueteratam B  
esse Ecclesiasticæ rasuræ consuetudinem, quòd Hæreti-  
ci nostri temporis, præsertim Magdeburgenses ( traden-  
te & disceptante contra eos piè & eruditè, Francisco Tur-  
riano, lib. 5. pro Epistolis decretalibus. c. 19. & super Cle-  
mentem lib. 1. Constit. Apost. c. 3. & in fine libri) & Hor-  
tensius quidam Landus in libello hæretico quem attitu-  
lauit, de Persecutione barbarum, hunc morem Ecclesiæ  
exibitant & irrident. Quintò tandè, quia omnis lasciuiedi  
occasio viris remoueri debet: capillitiū aut nō modicam  
lasciuix materiā subministrat, vt latè in Ludo. Cœli. lib.  
10. c. 10. vbi multa dicit contra capillos ad lenocinij deco-  
rè promissos, & anxia quadā cura fractos in gradū, & lib. C  
4. c. 23. notatos, ait, fuisse Euboicos, teste Polluce, quòd co-  
mā per terga fusam alerent, qualè fertur Hector habuisse.  
Vnde acceptum adagium est: Nullus comatus, quidem  
non sit cynædus. Quæ capillorum longitudine delectatos  
Hispanos olim, dixit Catullus, & Martialis etiam ibi.

*Hispanis ego contumax capillis.*

Vnde inter poliriores Gentiles aliquando etiā in vsu fuit  
bar-

A barbam rasitare viris nobilibus, vt videre licet in Aulo  
Gellio, lib. 3. c. 4. de quo videndus etiam est Tiraquellus,  
lib. de legibus connubialibus, lege. 3. Glossæ. 1. p. 3. num.  
45. vsq; 51. & Erasmus, lib. 4. Apophthegmatum, nume. 6. Arg.  
10. Postremò, Quid obest si fœminæ ipsæ radantur & Calua Venus  
tondeantur, cum, referente Lactantio. Venerem calua  
Romani colebant, eò quòd cum vrbe à Gallis cõ-  
busta, iam Capitolium caperetur, ex mulierum capillis  
tormenta connexuerunt, quibus Gallos propulsarent. Capilli mu-  
Plutar. etiam lib. de Fœnore, refert, Carthaginenses fœ-  
minas aliquando sibi capillos refecuisse, ad bellicas ma-  
chinas & funes conficiendos. Sed & Aquilenses mulie-  
res, authore Iulio Capitolino, in Maximino, tantam ser-  
uauerunt fidem pro senatu suo aduersus Maximinum,  
vt neruis deficientibus, capillos suos resectos offerret vi-  
ris, vt ex eis funes necerent ad excutiendas sagittas. menta belli-  
ca contra ho-  
stes.

M Inimè dubium est, quin hæc argumenta efficiant  
quod intendunt, & multā mihi materiam suppetant  
ad dicendum: quam ego libenter arriperem, nisi ad alia  
quæ mea diligentia opus habent festinarem. Duobus  
itaq; dictis meum in hac causa iudicium proferam.

Primum est, materiam hanc de radendis, seu nutrien-  
dis capillis de genere earum esse, quas Theologi vocant  
non intrinsecè bonas aut malas: sed potius indifferentes.  
Ex quo fit vt hoc loco & tempore, aut hoc etiam fine &  
intentione, malum sit barbam & comam vellere, quod  
tamen variatis hisce circumstantijs bonum erit. Non est  
insolitum in scriptura, res aliquas nunc in bonam, nunc  
in malam partem promiscuè vsurpari, iuxta varias ratio-  
nes & proprietates, quæ in rebus illis considerari possunt.

Hoc illustremus exemplis. Lapis in scriptura, in bo-  
nam partem interdum capitur, vt cum significat Chri-  
stum

Not.  
Hæc exem-  
pla.

stum: & in malam, cum lapideos homines representat. Ita Hiero. super Abdiam, & Grego. 18. Moralium. ca. 20. Sol etiam iam in bonum, vt Sapien. 2. Sol iustitiæ non est ortus nobis, & Michæ. 4. Iam verò in malum, vt Marci. 14. semina verbi Dei orto sole aruerunt. Ita D. Greg. homil. 19. in Ezechielem, & Lufius Legionen. in caput. 5. Canti. ibi, Quia decolorauit me sol. Sol, inquit, hoc loco est vis illa ignea malæ concupiscentiæ nostris sensibus indita. Præterea Cedrus iam in bonam partem, quia immarcescibilis & odorata est, iam in malam, quia sterilis est & inflexibilis. Ex Euthymio super Psal. 28.

**Excusantur** Ad hunc modum: Nutriæ barbam & capillos etiam B  
**prolixæ bar** in modum horrentis & setosi apri, vt nutrierunt Sancti  
**bae, & caesa** Eremicolæ, in bonam partem capi potuit, quatenus no  
**ries.** tamen erat & signum animi sancti despicientis ornatum  
seculi, & omnem culturæ exterioris speciem. Contrà ve  
rò totum caput & barbam abradere, in bonam etiã par  
tem verri potest, vt scilicet, tradente Beda, in Cõment. su  
per Esdras, sit signum humilitatis. Hinc & viri & fœ  
minæ religioni seie dedentes, omnem capillorum glo  
riam deponunt & abijciunt. Cum enim rasuræ huiusmo  
di, signa olim essent seruitutis & ignominia, iam religio  
si nudantes & radentes capita & barbas, ignominia & C

**Rasura ex** per Esdras, sit signum humilitatis. Hinc & viri & fœ  
**cusatur.** minæ religioni seie dedentes, omnem capillorum glo  
riam deponunt & abijciunt. Cum enim rasuræ huiusmo  
di, signa olim essent seruitutis & ignominia, iam religio  
si nudantes & radentes capita & barbas, ignominia & C  
**Mediocris** probro se afficiunt. Rursus, mediocris barbæ & capillo  
**tonsjura lau** rum modus, vt ab extremo pilosorum & nudatorum  
**atur.** vsu declinaret, & nunc & olim placuit multis regionibus  
**Scipio Afri.** probè institutis. Sic de insigni illo Scipione, Silius Itali  
cus cecinit lib. 8. Punicorum:

*Martia frons, facile sique coma, nec ponè retroq;  
Cæsaries breuior. &c.*

Hanc mediocritatem commendauit Martialis, lib. 2.

Pe-

**A** *Peetere te nolim, sed nec turbare capillos,  
Splendida sit, nolo, sordida, nolo, cutis.  
Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum,  
Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.*

Demum modus alter despiciendi prorsus omnem capillorum curam, placuit viris grauilissimis. Et hæc causa est, iuxta Diony. Carth. Iud. 13. ar. 22. & 1. reg. 1. ar. 11. ob quam Nazaræi non erant tondendi: Aelianus enim li. 8. de varia hist. refert Alex. Magnum, fortem illum & famigeratissimum Principem, absque aliqua cura, capillos disiectos & confusos gestare solitum. Ab incompris etiam capillis laudat Catonem Horatius lib. 2. Ode. 15. Quem sequutus Lucanus, de eodem ait:

*Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore  
Cæsariem.*

Et mox.

*Intensos rigidam in frontem descendere crines,  
Passus erat &c.*

Ab hoc ipso M. Curius laudat idem Horatius, lib. 1. Carm. Iulius Cæsar barbam  
Ode. 12. Quam secus Iulius Cæsar, de quo memoriæ prodidit Suetonius in eius vita, ea morositate, ac diligentia rasif  
C se barbam, vt pilos etiam pertenuis velleret. Otho adhuc  
delicatiùs, quotidie sibi faciem rasitabat, ac panno madido linebat. idque fecit à tempore pubertatis, ne barbatus vnquam esset: sed semper imberbis instar fœminarum. De quibus diligenter, vt solet, loquutus est Syxtus Sen. lib. 5. Biblioth. annot. 244.

**A** Alterum est, teneri vnunquaque morum suæ regionis, & eorum, quibuscum conuersatur, & Maiorum præcepta hac in parte seruare. Hinc enim multa petijt D. Hieronymus laudem Nepotiano, in Epist. ad Heliodorum, quod in cultu

*Neglectus  
totalis capil  
lorum etiã lau  
datur.  
Alex. Mag.*

*Iulius Cæsar barbam  
penitus rasi  
debat.*

VI.

*Vnusquisque  
que in rasura  
& tonsura  
sequi debet  
morem suo  
rum.*

mo



morē sequereur suę prouincię. Et Glos. in. c. si quis viro  
rū. 30. d. & in. c. 1. 31. q. 4. In vestibus, inquit, & ornatu in-  
spicienda regionis est consuetudo. Quā sanctē autē, quā  
consultō, & matura deliberatione Pontifices, Concilia,  
Patres, Religiones, ac peculiare Ecclesię, & Ordines,  
modos tōsurę faciendę, aut nutriendę radēdę vē barbę  
seruauerint, ac seruari instituerint: & vnde in Ecclesia Ro-  
mana mos radēdi caput supernē in forma sphærica: & re-  
linquendi capillorum sertum in modum coronę tempo-  
ribus circumductum, si moleuerit nō: mei est muneris exa-  
minare, remitto vos ad Isidorum, Bedam, Turrianum,  
Syxtum locis commemoratis. Et hinc facile est elicere  
VII. solutionem eorum argumentorum, quę suprà posui-  
mus: vno excepto, quod nos propiūs respicit, & non cō-  
temnendam habet difficultatem.

Cur post Na-  
zaręatū iu-  
betur Naza-  
reus radier  
tonderi.  
Gentiles im-  
molabant ca-  
pillos Dijs.

**E**xplicandum ergo est quid sibi velit, quod tempore  
Nazaręatus non erat tondendus, aut radendus Naza-  
reus: at illo finito tempore & tonderi & radi præcipie-  
batur. Sciendum est, quod olim Nazaręis, nutrire comā  
erat præceptum & vilitatum, ea ratione, vt, scilicet, lon-  
gē abessent à superstitione vicinarum gentium, quarum  
sacerdotes raso capite immolabant idolis, Quod dicit  
D. Theodoret. q. 28. in Leuit. & D. Cyril. in Leuit. Lyran. C  
Eugub. Oleast. Caiet. & omnes super lib. Num. c. 6. Ve-  
rum est tamen quod Eugubinus ablegare hanc doctri-  
nam conatur, nam dicit nihil religionis Hebręos à Gen-  
tilibus didicisse, imò multum Gentiles ab Hebręis. Sed  
quidquid de hoc sit, sanē de sacerdotibus Gentilium, in  
Epistola Hieremię, quę habetur Baruch. c. 6. dicitur, Sa-  
cerdotes sedent habentes capita & barbam rasam. Quin  
imò, vt D. Cyrillus quem etiam allegant Eugubinus &  
Oleaster super Num. c. 6. ait: Gentilium mos erat comas  
ca-

Baruch. 6.  
Sacerdotes  
Gentilium  
raso capite  
immolabāt.

**A** capitis sui Dijs immolare & offerre: & ideò Moyfes cum  
intelligeret, Hebręos non facile deponere posse errores  
quos in AEGypto imbibissent, iussit, vt qui sacris seruire  
debebant, caput & barbam non tonderent: certē vt eis  
occasionem præriperet superstitiones faciendi & immo-  
landi sicut comas. Et ideò Leuit. 19. hoc præceptum si-  
mul iniungitur cum alijs ad superstitiones attinentibus.  
Non augurabimini, neque obseruabitis somnia, neq; in  
rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam, &  
super mortuo ne incidatis carnes vestras: nec figuras  
aliquas aut stigmata facietis vobis. Hoc est, nihil supersti-  
tiosum faciatis, quorum vnum est comam & barbam ra-  
dere, videlicet, ad offerendam eam Dæmonibus, vt facie-  
bant AEGYPTIJ. Hoc etiam habet Theodoretus in Le-  
uit. q. 28. At verò cōpleto Nazaręatus tempore, cum iam  
homo à sacratori illo instituto secedebat præcipiebatur,  
vt more cæterorum secularium ac sacerdotum capillos  
tonderet. Verum propter periculum immolandi Dæmo-  
nijs capillos euulsos, statutum erat lege, vt ipsa cæsaries  
& capilli, qui creuerant toto illo Nazaręatus tempore,  
offerrentur Domino. Igitur, vt tota amputaretur occa-  
sio superstitionis viris sanctioribus, lege sancitum erat,  
vt non raderent capita, & cum rasilient, offerrent pilos  
Deo, in igne scilicet, diuinorum sacrificiorum exuredos.  
**V**erum non erit abs re, ex profanis etiam authoribus  
comprobare, quod solent Gentiles cæsaries suas  
idolis offerre. Nam Suetonius in Nerone, sic ait: Nero in-  
ter buthysię apparatus barbam primam posuit, condi-  
tam in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis ador-  
natā, Capitolio cōsecrauit. Martialis de quoda alio, dixit:

Leuit. 19.

Capilli Naza-  
ręorum  
cremendi.

Num. 6.

VII.

Quod pri-  
mitias bar-  
bę Gentiles  
Dijs immola-  
bant.

Consilium forma speculum, dulcesque capillos.

I Per-

*Pergameo posuit, dona sacrata, Deo.*

*Achillis, &  
Theseus pri-  
mam barbā  
Dijs obtule-  
runt.*

Potissimum verò cum primò quis pubertatis annos incipiens, pubesceret, & primò barbam tonderet, illam primam barbam abscisam Dijs offerebat. Vigebat, inquit Plutarch. in Theseo, illis temporibus consuetudo, vt qui ex ephebis excessissent, delati in Delphos, de comis Deo primitias darent: Accessit Theseus in Delphos, & anteriorem capitis partem solā abrasit &c. Et Achilles apud Homerum non tantum suæ barbæ primitias, sed & aliam dono dedit Dijs, vt etiam tradit Cœlius lib. 4. ca. 22. vbi & dicit, Fluminibus & Apollini solitas esse dicari B barbas, id est, aquæ & soli, eo argumento, quòd ex humecta feruidaque natura constant animantium incrementa. Et præallegatus Martialis loquens de illo liberto Domitiani, qui AEsculapio, in aurea pyxide reconditos crines misit, dicit:

*Accipe laudatos, iuuenis Phebeie, crines  
Quos tibi Cæsarues donat habere puer.*

Eius etiam consuetudinis meminit Iuuenalis, sat. 3.

*Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,  
Plena domus libis venalibus &c.*

VIII. **V**Nde omnes Patrum præsertim Diui Hieronymi autoritates, initio allegatæ, perfacilem habent iam interpretationem, nam cum tonsuram & rasuram prohibere videntur, solum prohibent peruersam animi intentionem eorum, qui superstitionis gratia ad imitationem Gentilium sacerdotum, barbam radebant. Vnde Theodoretus super Leuit. q. 28. expendens omnes illas superstitiones, quæ Leuit. capi. 19. enumerantur, de quibus suprâ, sic ait: Moris est apud Græcos, in pue-

**A** pueris capillorum extremitates non attondere, sed finire capillos promitti: & aliquanto post tempore eos Dæmonibus dedicare. Consueuerant etiam radere barbam, cum aliquem eligerent: & genas incidere in honorem defunctorum, necnon aliquas corporis partes acu perforabant: & nigro vestiebantur, in reuerentiam Dæmonum. Hæc Theod. Quod verò ad superstitiones attineat, id quod ibi dicitur, Leuit. 19. Non attondebis comam in rotundum, tractat doctè, vt cætera, Caiet. ibi super Leuit. dicens: Iuxta Hebræum habetur, Non facies circumgyrare angulum capitis vestri, Nihil dicitur de tonsione, sed de gyratione: & crediderim inhiberi superstitionem fertorum, qua gyrabantur capita celebrantium sacra Deorum. Coronati enim circulo hederæ sacra Bacchi celebrabant, vt refert liber Machabæorum. Nec radetis barbam. Hebraicè, & non facies destruere angulum barbæ tuæ. Inhibetur ad literam talis ratio angulorum barbæ: & appellantur anguli barbæ, vt Hebræi testantur, supremæ partes barbæ, quæ iunguntur temporibus: Et vsq; hodie Hebræi pilosoferruant hos angulos, quanuis reliquum barbæ radant. Et hæc quidem de prima quæstionis parte, dicta sint.

*Leuit. 9.  
Superstitiones gentilitæ ex capillio*

*Mach.*

## **D**ubium, An Christus Dominus fuerit instituti Nazarorum.



Em multis plenam scrupulis explanandam aggredior: quod si fecero, vereor ne pro gratia calumniam sim reportaturus. Nam talis merces hoc seculo proponitur, his qui nouū aliquod, & insolitum in disciplinis afferunt.

**IX.** **E**Rgo, tribus modis stat Christum appellari Nazareū. *Tri- bus mo- dis stat Chri- stū dici Na- zareū.* Primo, propter patriam Nazareth, à qua oriundus erat. Secundo, propter etymologiam nominis. Tertio, propter institutum ac ritum illorum religiosorum, quos sub nomine Nazareorum instituit Moyses. Et quidem, quòd Christus primis duobus modis fuerit Nazareus, extra controuersiam positum est, non ita tertio. Andreas Osiander in annotationibus ad librum primum in Armoniam euangelicam, blasphemus eos appellabat, qui Christum annumerant inter legales illos Nazareos, de quibus Num. 6. Cuius ratio ea est: quia tota illa Nazareorum disciplina, ad domandam per inedia[m] & asperitatem, carnem, à Deo instituta, & ab hominibus suscepta fuit. Vnde hostiam pro peccato offerens Nazareus ibi Num. 6. peccatorem se esse fatebatur. Christus autē nec asperitate vitæ ad superandam carnem, nec sacrificijs ad eluendum peccatum, indigebat: non ergo esse potuit Nazareus. Hoc fere etiam est argumentum Sylu. in Rosa Aur. Tract. 3. q. 13. super Euāg. Præterea, quia circa Christi tempora, non est simile veri consistere adhuc ordinem illum Nazareorum, sed locum illorum ac vicem obtinuerant Pharisei, Sadducei &c. quos Christo non erat insolens, sed satis uisatum exprobrare & reprehendere: tantum abest ut instituti illorum esset sectator. Has duas causas ac rationes examinare ego inferius, ad calcem quæstionis debeo. Tertiam proinde apponamus.

*Primaria- tio ob quam Christus nō fuit de ordi- ne Nazareorum.*

**Num. 6.**

*Secunda.*

**Tertia.** Tertio itaque probatur Christum non fuisse de illis Nazareis; quia, ut ad calcem etiam quæstionis paulò fu- suis disceptabo, secundum historiam, aliquem Nazareorum ritum obseruasse Christum, non perhibent Euangelistæ: imò his opposita semper fecit, ut bibere uinum, as- sistere mortuis. &c. At si de illorum secta esset, secus face-

**A** ret. Quarto, quia neuiquam expediebat, ut singularem viuendi normam & ritum Christus haberet, qui genera- liter omnium futurus erat dux & doctor: qui non solum uerbo doceret, sed opere & exemplo imitandum se exhi- beret. Quinto, quia ex tam multis scriptoribus, qui de Christi gestis loquuntur, ausim dicere & persanctè iura- re, nullum prorsus esse, qui id dixerit, nec quidem insinua- uerit: tam multos nanq; hac in parte consului. De quo in fine huius. q. At si de horum legalium Nazareorum nu- mero Christus fuisset, non solum non latuisset scriptores catholicos, uerum & ipsi Euangelistæ tradidissent.

**B** **A**D nominis etymon accurramus, ut inde perspicuū fiat, Christum aliter fuisse Nazareum, quam fuerint illi. Sanè Nazareus, ut Christo tribuitur, nomen est om- nino diuersum à nomine Nazareorum, quo illi legales insigniti erant. Nam cum uox Nazarei possit Hebraicè scribi per Zain, aut per Zade: si per Zain scribatur, signi- ficat Nazareos illos; si per Zade, uel Tfade, significat Christum. Quod triplici irrefragabili argumento constat. Primo, quia Sanctes Pagninus, & Stephanus Salazarius testes oculati sunt, titulum Crucis Christi, qui nunc habe- tur Romæ, in AEdē sanctæ Crucis in Hierusalem, habe- re nomen Nazareī per Zade, seu Zadic, licet id negent alij, Rodericus Yepensis Hieronymianus, in Descriptio- ne Palæstine, & peregrinatione Christi: & Leo Castrensis super Isai. c. 11. Sed uerè in ipso Euangelio D. Matthæi, quod nunc temporis Hebraicè adseruatur, per Tfade ha- betur scriptum nomen Nazareī. Ego propterea Pagni- no, & Salazario assentior. Præterea, quia satis dilucidè ip- se D. Matth. c. 2. significauit, Christum eò dici Nazare- num, non quia esset de illis Nazareis per Zain, sed quia de oppido Nazareth esset ipse, ac parentes eius. Nazareth

*Quarta.*

*Quinta.*

**X.** *Probatur ef- ficacius quòd Christus nō fuerit de il- lis legalibus Nazareis.*

*Christus Na- zareus per Zadic, non per Zain.*

*Titulus Cru- cis Christi.*

1 3 autem,

autem, cuius apud librum Iosue, dicunt aliqui, fieri mentionem, per eandem literam Zadic scribitur, scilicet, Hafor, vel Henafor, quæ Hebraicè est Nazor vel Natfor, siue etiam Nasfor: nam Zadic seu Zade Hebræum, omnibus illis modis Latine scribi potest, nempe per Z. vel T, vel S. Rufus Diuus Hiero. quem communiter sequuntur cæteri, in illo loco Matth. 2. Et veniens habitauit in Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas, Quonia Nazaræus vocabitur (licet ad alia etiã scripturæ loca credat fieri allusionē, à D. Matth.) tamen particulariter existimat, hoc testimonium desumpsisse D. Matth. ex Ifai. c. 11. vbi dicitur, Egredietur virga de radice Iesse, & Nazaræus (sic enim habent Hebraica) de radice eius ascendet. Quod etiã aiunt plures alij, quos infra referam. In illo autem loco Isaia, de Messia loqui Prophetam ad literã, patet ex Paraphrasi Chaldaica, quæ ibi sic habet: Egredietur Rex de filijs Ifai, & Christus de filijs filiorum eius crescet. Quod verò ibi Nazaræus scriptum sit per Zadic, patet ex voce Hebræa, Nerfer, vel Nezer, quæ ibi habetur. Erat itaq; Christus aliter Nazaræus, quàm illi legales essent.

*Christi etiã dici Nazareum per Zain, id est, sanctum, & consecratum Deo.*  
*Dan. 9.*  
*Luc. 1.*

Non eo inficias id nomē etiam secundum etymologiam nominis Nazarai, scripti per Zain, vt tribuebatur illis legalibus, conuenire etiam Christo: nam Nazer, vel Nezir per Zain, significat sanctum, & separatum & consecratum Domino: Christum autem sanctum futurum, vniuersæ scripturæ habent, præsertim Dan. 9. & Luc. 1. Et idem nomen si, vt dicebat Osiander, significet quidquid sponte sua crescit, vt est in homine barba & cæsaries, in agro gramina, herba, &c. aut quidquid omnino absq; cultura prouenit: nam dicit ille, idcirco religiosos illos dici Nazaræos, quod barbam & cæsariē sponte crescentem

**A** centem haberent: profectò ratio non deest, vt Christo nomen illud tribuatur, qui absq; cultura aliqua ex vtero Virginis spontè creuit, quasi virgultum de terra sitienti. Nichilominus tamen quadrantior expositio, & non omninò diuersa, ea erit, vt dictus sit Christus Nazaræus, non à nomine Nezir, per Zain, sed à radice Nerfer per T fadic. Nerfer autem, florem, germē, fructumve significat: Christum autem appellari germen non mihi probatu difficile est: nam Zachar. 6. sic habet textus Hebraicus, Ecce vir, Germanen nomē eius. Et c. 3. Ecce ego adducam seruum meum, Germanem. Et Ifa. 4. Erit germen Domini in magnificentia. Et Ifa. 13. & 33. idem.

**B** Plura adhuc latent in nomine Nerfer, per T fadic: nã, vt habet Pagninus, in Thesaurò, & obseruauit Paulus de Palacio, Matth. 2. in fine, & Stephanus de Salazar, in Genealogia Saluatoris, nomē Nerfer significat etiã custodire, & deuastare, seu prædari: Christo aut nomen custodis, & de prædatis iã pridē inditū est, apud Ifai. 8. Voca nomē eius, spolia, prædare. Et apud Iob. c. 7. Quid faciam tibi, ò custos hominū? Quibus locis verti potest, custos, deuastator, seu Nazaræus. His itaq; omnibus modis Christus dici habet Nazaræus, nō verò illo altero modo, quasi esset de instituto Nazareorū. Quod Græcanicè etiã scripturæ cōmostrat: nã, vt refert Iansenius, in Cōcordia. c. 11. quod ego per tēpus inquirere diligēter nō valeo, cū nomē Nazareai tribuitur religiosi illis consecratis ac separatis, scribitur cū litera A. in medio, sic, Nazaræus: cum vero de Christo dicitur, scribitur per O mega, in medio, sic, Nazoræus. Vt patet Matth. 2. & 6. & Ioan. 18. & 19. & Luc. 18. & Act. 2. Solus Marcus Latinos imitatus, scribit Christum, Nazaræum, per A. Ita dicit Iansenius:

Ex ijs confracti penitus manent conatus Hieronymi

Ifai. 53.

Zac. 3. &amp; 6.

Ifai. 4. 13.

&amp; 33.

Nazaræus  
 per Zade, si  
 gnificat, flo  
 rem, germē,  
 custodē, &  
 uastatorem.  
 Ifai. 8.

Iob. 7.

Christus Na  
 zareus, po  
 situs quã Na  
 zareus.

ronymi de la Rúa Tolet. recentissimi scriptoris, Contro-  
uerfia. 4. Positiua, aduersus Syxtum Senensem, & Leo-  
nis Castrensis, super Isai. 11. aduersus Pagninum, quasi so-  
li Pagninus & Syxtus essent huius assertores sententiæ, &  
non potius D. Hieronymus. & alij innumeri, quorum Cata-  
logum in fine. §. 11. recensebo. Contendunt itaq; Rúa, &  
Castrensis, Christum nequaquam dici Nazaræum per  
Tfadie sed per Zain. Quod quidem, mea sententia, ipsi  
non probant: nam quis probent id quod probatione  
non indigebat, (tàm in confesio est apud omnes) Chri-  
stum secundum rem esse Nazaræum per Zain, id est, ef-  
se separatum aut consecratum Deo: non inde fit eius ag-  
nomen esse Nazaræum per Zain & non per Tfadie. Imò  
crediderim, licet utroq; modo sit Christus Nazaræus, ap-  
pellari tamen altero tantum modo, nimirum per Zadic,  
ut consonet patriæ, dicte Nazareth, per Zadic, & dissonet  
à ritu illo Nazaræorum, quorum nomen scribebatur per  
Zain, & quorum instituti Christus non fuit, ut iam vidi-  
mus, & videbimus aperius statim: utq; tandem conso-  
net locis illis, ex quibus desumpsisse. D. Matth. creditur  
testimonium illud quod retulit Matth. 2. Sic explicandus  
est Aug. Eug. super Num. c. 6. initio.

XI. **I**am nullus dubitandi locus relinquitur, in re de qua  
eruditi vehementer addubitarunt: quinam, scilicet, sint  
illi Prophetæ, quos allegat Matth. cum dicit: Ut adimple-  
retur quod dictum est per Prophetas. Primum enim om-  
nium Andreas Osiander, in Annotationibus ad primum  
librum Armonix, triplex Prophetarum genus distingue-  
bat, in quorum tertio loco constituebat prophetas quos-  
dam, qui edocti fuerant à prioribus prophetis, & eorum  
vaticinia declarabant populo: non tamen sine diuina il-  
lustratione: quamuis ipsi nihil de suo prophetarent. Hi  
pro-

Qui sint illi  
prophete,  
ex quibus D.  
Matth. de-  
scripsit illud.  
Quonia Na-  
zaræus uo-  
cabitur.  
1. Explicatio

**A** prophetæ, aiebat ille, sunt, quos Matthæus citat. Osiander  
sequutus est Isid. Clari. Sed plures licet alios affe-  
clas haberet, similem veri non faceret hanc doctrinam.  
Laborant Iansenius in Concordia Euang. c. 11. Stephanus  
Salazarius, in Genealogia Saluatoris, Martinus in Hypo-  
typosibus lib. 6. c. 1. in relegando hoc tertio Prophetarum  
genere: mea ideò opera hic opus non esse video. Locum  
proinde adducamus, ex prophetis, unde Matth. protulerit  
hoc testimonium, Quoniam Nazaræus vocabitur.

**B** Claudius Guiliardus, Matth. 2. existimat, nullum esse  
locum, unde id desumere D. Matth. potuerit, nisi Iud. 13.  
ubi Angelus loquens ad uxorem Manæ, dicit, parituram  
esse Samsonem, qui Nazaræus Dei erit. Hoc vero testi-  
monium desumptum dicitur ex prophetis, eo quod liber  
ille Iudicum, licet vnus sit, multorum tamen sibi succedē-  
tium historiam continet. Id prius dixerant D. Chryso-  
stomus, homil. 3. ex Matth. in Vigilia Epiphaniæ, & Eucherius,  
lib. 3. in Gene. & post Leo Castren. super Isai. c. 11. & Hie-  
ro. de la Rúa, & per plures alij.

**C** Alij, de quorum numero est Paulus Burgenis, in Ad-  
ditio. 2. super. c. 2. Matth. & latissimè super Psal. 131. in fine,  
dicunt, Mattheum id protulisse ex illo versu Psal. 131. Super  
ipsum autem efflorescit sanctificatio mea. Ibi namq; Chri-  
stus à Dauide vocatur Nazaræus, per Zain, quasi habens  
Nazareitatem: nam pro sanctificatione, habetur ibi, Na-  
zaræitas. Et mox impugnat Lyranus, quod dixerit, illū  
locum Matth. desumptum esse ex Isai. 11. Et flos seu Na-  
zaræus de radice eius ascendet.

Alij de quorum numero est Ioannes Xuarez, Tractatu  
5. in cap. 2. Matth. & prior illo Rupertus Abbas, existimat  
allusisse Mattheum ad Gene. 49. ubi Iacob appellat Iose-  
phū, Nazaræū dicens: Fiant in capite Ioseph, & in vertice

m Na-

2. quod ex hi-  
storia Samso-  
nis, qui fuit  
Nazaræus.  
Iud. 13.

3. explicatio.

Psal. 131.

4. explic.

Gen. 49.  
Deut. 33.

Nazaræi inter fratres suos. Et simul adglomerant loca alia, Daniel. 9. Num. 6. Deut. 33. & simul Isai. 11. in quibus iam per Zain, iam per Zadic Christus appellatur Nazaræus.

5. explic.

D. Chrysof. super Matth. 2. hos Prophetas, ex quibus hausit Matthæus illud testimonium, non inueniens, in eam venit sententiam, vt assereret, circa tempora D. Matthæi extitisse quosdam propheticos libros, vnde dictum illud depromere Matthæus potuit, qui tamen libri deinde aut negligentia Christianorum obsoluerunt, aut nimia diligentia Iudæorum aboliti & extincti sunt. Certè Diuus Athanasius, in Synopsi, ad finem, multos ex sacris libris intercidisse dicit. Quod excutere nunc minime vacat.

6. explic.

Anabaptistæ, ex eo quod nusquam in veteri testamento scriptum illud reperiunt, Quoniam Nazaræus vocabitur, dicunt adiectitia esse & conficta hæc verba, & non de vero textu Beati Matthæi. Refert Syxtus lib. 7. Biblioth.

Verior explicatio quæ ex. c. 11. Isai. hausit Matthæus locum.

Nos tamen breuiter, his duabus sententijs vltimis prætermisissis, reliquas ceu probabiles amplectimur: libentius tamen in eam imus, quæ communior est, & asserit ex Isai. 11. desumptum illud esse testimonium, Egredietur virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius ascendet. Ita habet D. Hiero. lib. 7. super Isai. c. 11. & super Matth. 2. & ad Pammachium, vbi supra. Licet nonnullas etiam ex præallegatis explicationibus etiam probet. Idem dicunt Adrianus Finus lib. 6. Flagelli Iudæorum. c. 18. Glossa ordin. & Lyranus, & Author replicarum super Matth. c. 2. & ibidem Caiet. Palacios, Osiander, Erasmus, Isid. Clar. Gagneus, Iansen. Syxtus Sen. lib. 7. Biblioth. hæresi. 2. in fine, Eugub. in Num. cap. 6. Salazar supra Sylu. in Rosa

Aur.

A Aur. Tract. 3. q. 13. super Euang. Doctissimus Abul. super Matth. 2. q. 90. præter suum morem breuiter se ab hac. q. eximit, dicens, appellari Christum Nazaræum, quia natus est in Nazareth, id est, educatus ibi, & inde originem trahens. Nam licet in Bethleem natus sit, quia tam è per occasionem ac præter spem communem propinquorum Christi ibi natus est, ideò nõ Bethleemites, à Bethleem: sed Nazaræus potius à Nazareth debuit appellari. Tractat Abul. super Matth. 21. q. 55. Itaq; vt ab instituto Nazaræorum alienum esse Christum ostendamus, crediderim nõ allussisse Matthæum ad loca illa Genes. 49. Deut. 33. Iud. 13. & 16. 1. Reg. 1. & c. in quibus scribitur Nazaræus, per Zain: sed ad locum Isai. 11. vbi scribitur per Zade.

B

Quòd si enucleandi loci Euangelici gratia, sciscitaretis. Quare dixit Matthæus, cum ad solum Isaiam respiceret, sicut scriptum est per Prophetas? Solutio in promptu est: nam nomen plurale accepit pro singulari: vt aliàs sæpe, Lucæ. 23. Similiter latrones improperabant Christo, id est, vnus latronum. Et Matth. 26. Videntes discipuli indignati sunt, dicentes, Vt quid perditio hæc? Et tamen solus Iudas indignatus est, vt patet Ioan. 12. Et Genes. 28. Tulit Iacob de lapidibus, & supposuit capiti suo, id est, vnum lapidem, nam statim dicitur: surrexit Iacob manè & tulit lapidem quem posuerat sub capite. Nisi admittere velis traditionem Hebræorum, quam ibi Genes. 28. refert, & approbat Lyra, quòd verè tres lapides supposuit capiti suo: & manè in vnum lapidem tres per miraculum, coaluisse, & coadunatos vidit. Demum ex plorum abundè posuimus, illud reliquum est, Ioan. 16. scriptum est, in Prophetis, Erunt omnes docibiles Dei, Et tamen ex vno Propheta, nimirum Isai. 54. desumpsit illud Ioannes testimonium.

C

Cur dixit Matth. scriptum est in Prophetis, cum in nostram scripturam esset. Luc. 23. Matth. 26. Ioan. 12. Gen. 28. Not. miraculum. Ioan. 16. Isai. 54.

XII. **E**Xperiamur modo vires earum rationum, quibus per *Expenduntur rationes ob quas Christus non fuit Nazareus.* moti, negabamus Christum esse alumnum, & religiosum de ordine Nazareorum. Prima ratio, qua recumbat Osiander, facile diruitur, si dicamus: quemadmodum Christus alias corpus suum macerabat, ita potuisse inedia & asperitate Nazareorum se affligere: neque; inde fit quod eas actiones faceret ut carnem suam edomaret, & spiritui seruire compelleret: sed potius ut abstinendi, & penitendi exemplum daret nobis. Rursus quod hostia, ac si esset peccator, pro ipso offerretur Domino, sicut pro cæteris Nazareis, nihil derogaret eius sanctitati, postquam, ut habet Lucas, circuncisus & præsentatus in templo est, veluti cæteri peccatores. Secunda ratio, quod iam tempestate Christi non essent Nazareæ, nescio an vim habeat. Nam Brèntius Germ. hæreticus, hom. 10. in Lucã, apud Petrũ Canis. lib. 1. de Corruptelis Verbi Dei, in Vita Sancti Præcursoris Christi. c. 2. ad fin. existimabat, D. Ioan. Baptistam de ordine Nazareorum fuisse: & ad horum intuitum alluisse Angelum quãdo de Ioanne dixit, Luc. 1. vinum, & ficeram non bibit. At Ioannes contemporaneus Christo fuit. Rursus Volphangus Latinus in Descriptione terræ sanctæ, putabat Christum. 40. dies, quos egit in deserto, fuisse in societate Nazareorum, qui segregati agebant in syluis, & saltibus. D. Greg. Naz. in Monodia in Vitam Basilij, ad illa vsq; tẽpora perdurasse Nazareorũ institutũ in hnuat. His proinde rationibus destructis, affirmamus, & firmemus ceteras, quas adduximus. Erat itaq; tertiã ratio, ob quã Christũ ab instituto Nazareorũ longẽ abesse dicebamus, quia illorum ritus non seruauit. Primum enim omnium Nazareæ à vino penitus abstinabant. Secundo, rebus mortuorum non assiscebant. Tertio, nec radere, nec tondere caput aut barbam permitebantur. Quarto,

*Quod Christus non obseruauit ritus Nazareorũ*

**A** rto. hostias pro peccato cum certis ceremonijs offerebat. Horum nihil Christus gessit. Nusquam enim legitur, quod vino abstinerit: imò illud bibebat, quãuis sobriè, & nequaquam ad crapulam, ut crapulati illi obijciebant, eum appellantes voratorem, & potatorem vini. Rursus, mortuis astirit, & aliquando tetigit eos ut suscitaret, utq; doceret nihilò pollui ac inquinari homines cadaueribus, sed solis peccatis, ut ipse alicubi dixit.

**B** De indertum illum de capite non tondendo, Christum seruasse, nõ credo. Certè ritus ille erat, ut nec nouacula, nec ferrum ascenderet super caput Nazareæ: quod obseruauit Abulen. super Iudic. 13. q. 19. Quod si obieceris, solum fieri mentionem de nouacula, ne, scilicet, raderentur, ut patet Num. 6. & Iud. 13. & 1. Reg. 1. vbi sermo est de hac Nazareorum obseruantia. Respondetur, Samsonem, qui Nazareus fuit, satis explicuisse nec nouacula, nec forcipe, aut aliquo quouis gladio radendum aut tondendum Nazareum: nam dixit ad Dalilam, Ferrum nunquam ascendit super caput meum; quia Nazareus sum de utero matris meæ. Itaq; nec tonderi, nec radi debet Nazareus. Prætereà, quia illo tempore sanctiores erant Nazareæ quàm sacerdotes: nam Nazareis interdictum erat vinum, acetum, &c. Sacerdotibus verò licitum erat eis vi. Solum quando intrabant ad immolandum, vino abstinere tenebantur, ut patet ex Leuit. 10. & Ezechiel. 44. Quod tractat Abulen. super Num. 6. q. 3. Erant itaque ob hanc & ob alias causas Nazareæ sanctiores Sacerdotibus, id est, austerioris & singularioris vitæ. At sacerdotibus rasura profus interdicta erat: permessa verò, & præcepta tonsura, ut patet Ezechielis. 44. Sacerdotes caput suum non radant, sed tondentes tondebunt &c. Proinde, ut rigidioris ac sanctioris vitæ Nazareæ se esse

*Christus uinum bibebat. Luc. 7. Luc. 7. Matih. 15. Ritus Nazareorum erat, ut nec nouacula, nec forcipe, nec gladio, etc. Iud. 16. Sacerdotibus licet usus uini, non Nazareis. Leuit. 10. Ezech. 44. Sacerdotibus non rasura, sed tondenti: Nazareis uero neutra*

praesferrent. neque rasura nec tonsura, nec nouacula nec forcipe, aut ferro alio utebantur. Finito autem Nazaraeatus tempore, capite & barba radendi erant, & capilli abscissi, in igne sacrificiorum cum certis hostijs pro peccato, erant comburendi.

*Christus non combussit capillos suos etc.*

*Christus, tōtura aliquando usus est.*

Iam quis credat, Christum vnquam capillos barbae aut capitis combussisse, & immolasse Deos. Planè nullus. At dices, Toto suae vitae tempore fuisse Nazaraeum, ac proinde caput & barbam non rasisse, aut totondisse vnquam. Hoc autem minus est persuasibile: imò credendum omnino est tonfori interdum Christum caput submisisse. Nam licet barbam & capillos haberet paulò prolixiores, & infra aures demissos, ad modum Nazaraeorum vt patet ex Epistola Publij Lentuli ad Senatum Romanum, & ex Nicephoro lib. 1. hist. Ecclesiast. ca. 40. & ex D. Anselmo, in quadam Digressione, quae habetur in fine suorum Opusculorum; & ex alijs: amen non ad longitudinem Nazaraeorum. Sic nanque hirsuto supercilio, & proluxa barba, & disiectis ac deformibus capillis, potius ablegaret à se, quàm alliceret ad se homines. Hæc itaque ratio adiuncta alijs, quæ examinandæ supererant, sed examinatione non indigent, suadet Christum propriè de ordine Nazaraeorum non fuisse. In huius autem disputationis gratiam, si quis aliquid quaerantius, dilucidius, & melius afferre poterit, me volente & gratulante, facturus est.

QVAE.

A Q V A E S T I O  
S E X T A S C H O L A S T I C A.

*Utrum in damnatis sit alternatio & vicissitudo poenarum, & tormentorum.*



**B** Nuisa hæc in scholis est disputatio, sed non idè ingrata erit: præsertim cum utilitas ac iocunditas amicè in ea conspirauerint. Omne autè punctum tulisse eum, qui miscuit vtile dulci, iam pridè obseruatum est ab Horatio. Hoc me in præsentì quaestione præitare, non solum opto, sed spero. Præmonitos tamen lectores velim, voluptatis & utilitatis comitem indiuiduam, hac in parte futuram difficultatem: nam Philosophiæ naturalis, ac Theologiæ plurimùm habebit præsens tractatus admistum. Bifida porrò erit disputatio. Nā primò perquirimus, an damnati in tormentis suis intercalarem aliquantulam requiem, aut alleuationem poenarum sentiant. Deinde inuestigabimus, vtrum sit in eis alternatio tormentorum, ita vt nunc his, nunc illis vexentur tormentis: an verò iisdem perpetuò, sine variatione aliqua, & vicissitudine crucientur?

**A** Rgumètor primò ad probandũ, damnatos aliquale tormentorum pausam, aut mitigationè experiri: nã Patrum Ecclesiæ autoritas in hanc partè declinat. Aurelius Prudentius Cæsaraugustanus, doctor Christianus, & Poeta suo tempore celebris, in hymno de lumine Paschali,

**I.**  
*Argu. quòd damnati non nihil aliquando quiescant à tormentis.*



chali, dicit in nocte Resurrectionis Domini, quam totam olim fideles orationibus & sacrificijs peragebant, animas damnatorum, vi suffragiorum, quiescere à tormentis. Sic enim dicit:

*Sunt & spiritibus sæpè nocentibus,  
Pœnarum celebres sub Styge feriæ:  
Illa nocte Sacer, quæ redyt Deus,  
Stagnis, ad superos, ex Acheronticis.  
Marcent supplicij tartara mitibus,  
Exultatque sui carceris ocio,  
Umbrarum populus liber ab ignibus,  
Nec feruent solito sulphure flumina.*

Historia B.  
Macharij.

D. Damascen. in Serm. de Mortuis adiuuandis, refert cū S. Pater Macharius assidue pro mortuis deprecaretur, & aliquando per viam incederet, caput cuiusdam mortui, qui fuerat gentilis, loquutū ei esse, dicēs: *Quādo tu, o Machari, pro mortuis offers preces, nos interim aliquid lenimentis sentimus.* D. Chrysostomus, homil. 3. in Epist. ad Philip. his qui in diuitijs mortui sunt, nec peccata sua diluerunt, prodesse orationes viuorum dicit, modicam consolationem eis afferendo. Et infra, cum dixisset, his qui in fide decesserunt prodesse orationes viuorum, opponit eis Catechumenos, qui sine fide mortui sunt, aut saltem sine gratia Dei: & dicit, eos etiam aliquid refrigerij capere, quando pro ipsis bona opera fiunt à viuis. D. Augustinus in Enchiridio c. 110. cum distinxisset tria defunctorum genera, scilicet, valde bonorum, & valde malorum, & quorundam mediocriter malorum: intelligens per valde bonos, eos qui nihil purgandum ferunt: & per mediocres, qui ad purgatorium deferuntur: & per valde malos,

eos

A eos qui damnantur, dicit: Valde malis prodesse suffragia aut ad hoc vt sit plena remissio, aut ad hoc vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. Et c. 112. permittit nobis vt credamus, pœnas damnatorum certis temporum interuallis aliquatenus mitigari. Et c. 113. in eam partem satis propedit: in sinuans, hanc sententiam fuisse suo tempore celebrem apud Catholicos.

Secundò ex antiquis Theologis arguitur: Præpositiuus Leodiensis Ecclesiæ præbyter, in Compendio suæ Theologiæ scriptum reliquit, preces viuorum tam multum prodesse damnatis, vt possit illarum vi, omnis damnatorum pœna remitti: non tamen in perpetuum, vt cēsebat Origenes, sed vsque ad diem iudicij: tunc verò resumptis corporibus, retundendi erant in inferno damnati, & ibi in æternum cruciandi: eò quòd post iudicij diem nullus suis precibus eos suffragari poterit. Ita refert. S. Thom. 4. d. 45. quæst. 2. artic. 2. quæst. 1. Syxtus Senen. lib. 6. bibliothecæ. annot. 47. Sotus in. 4. d. 45. q. 2. arti. 2. & c. Gilbertus Paretanus, quem præallegati doctores etiam commemorant, Pictauiensis Episcopus lib. Quæstionū Theologicarum, dixit, nunquam finienda esse damnatorum tormenta, etiam si viuorum precibus & suffragijs indiēs minuantur: eò quòd in diminutione pœnarum per suffragia, eo modo proceditur, sicut proceditur in diuisione linearum, quæ cum sint finitæ, tamen in infinitum diuidi possunt, absque eo quòd finiatur, dummodo minuantur per partes proportionales æquales. Ergo ait, per primum suffragium diminui aliquotam partem pœnæ: & per secundum, partē aliquam remanentis, secundū eandem proportionem: & per tertium, alteram partē minorem, & sic in infinitum, absq; eo quòd finiatur. Hæc explicatio placuit Glossæ, & alijs Iuristis super c. tem-

2. Argu. ex  
authoritate  
Theologorum.

Quomodo  
pœna inferni  
nō tandē  
finiatur, si  
suffragijs in  
dies minuitur.

pus. ij. q. 2. vt etiam refert Dur. 4. d. 45. q. 2. nu. 7. Altifio- A  
*Alter mo-* dorensis Episcopus, in fine suæ summæ, quem etiam alle-  
*duo dicendi.* gat. S. Th. loco citato, alia procedit via, nam dixit, Per suf-  
 fragia quidem viuorum non remitti aut minui pœnas  
 tartareas, sed tamen corroborantur, (ait) ipsi damnati, vt  
 minus eas sentiant: sicut si quis hominem ingenti ponde-  
 ris onere prægrauatum, cibo recreet, vel rore perfundat  
 & refrigeret, illum sanè reddet sustinendo oneri fortio-  
 rem, de pondere tamen ne tantillum quidem diminuet.  
 Linconiensis, peruerustus etiã Theologus, cuius memi-  
 nit Syxtus, loco citato, in summa Theologica, nõ lõgè à fi-  
 ne, dicit, Viuorũ suffragijs nec auferri, nec diminui, nec in B  
 terrumpi damnatorũ tormenta, subtrahi tamen illis ali-  
 quam grauioris miserie occasionem, dum sentiunt se nõ  
 omninò despectos esse à viuuis: sed habere potius aliquos  
 qui condoleant malis suis.

3. Argu. ex Tertiò quia Ecclesia preces & orationes fundit pro dā-  
 eo quòd Ec- natis, ergo dānati refrigeriũ aliquod his orationibus sen-  
 clesia etiam tiunt: alioqui in casum iactaret preces Ecclesia. Probatur  
 orare uide- antecedens, nã sic canimus in Missa defunctorũ, Domine  
 tur pro dam Iesu Chrifte, rex glorie, libera animas omniũ fideiũ de-  
 natis: functorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, de ore  
 leonis, ne absorbeat eas tartarus &c. Qua precãdi formu C  
 la pro dānatis orat ecclesia, nã ipsi sunt, quibus imminet  
 illa mala, profundi laci, tartari, & leonis tartarei. Et quid  
 est, quòd ecclesia passim cãtat, à porta inferi, erue Domi-  
 ne animas eorũ? sane iste portę nihil sunt aliud, quã infer-  
 ne & diabolicę potestates, de quibus dicitur Matth. 16.  
 Et portę inferni non præualebunt aduersus eam. Cum au-  
 tem animæ purgatorij securæ sint harum portarum, vi-  
 detur quòd pro damnatis fundat preces ecclesia, vt à por-  
 tis illis Deus eos eripiat. Ne ergo frustra ecclesia pro dā-  
 na-

A natis orer, dicamus, his orationibus nonnullum commo-  
 dum reportare damnatos.

Quartò: Eadem prorsus esse videtur ratio de Beatis, ac  
 de Damnatis, cum vtriq; in termino ac statione postre-  
 ma constituti sint: sed beatis profunt nostra suffragia ad  
 augmentum gloriæ, ergo & damnatis ad nonnullum de  
 cremētũ pœnarũ. Probatur minor, nã D. Chrysostomus  
 in Liturgia diuini sacrificij, conscripsit formulam pre-  
 candi & offerendi pro defunctis, in hæc verba: Offeri-  
 mus tibi rationalem hunc cultum pro in fide requiescen-  
 tibus, Patribus, Patriarchis, Prophetis, & Apostolis, præco  
 nibus & Euangelistis, Martyribus &c. Et in. c. cū Marthe.  
 de celeb. Mis. dicitur, quòd in Oratione secreta de Sanc.  
 Leone, scriptum erat olim: Annue nobis, quæsumus, Do-  
 mine, vt animæ famuli tui Leonis hæc profit oratio. Et  
 nunc temporis in quadam collecta, cuius author est. D.  
 Gregorius, dicitur: Vt sicut sanctis tuis profunt ad glo-  
 riam. &c. Lege. D. Tho. in. 4. d. 45. q. 2. art. 2. q. 4. vbi in. 4.  
 argumento inducit Damascenum, qui ex sententia D.  
 Chrysostomi, idem affirmat.

Postremò, & est cæteris fortius argumentum quia iocun-  
 ditas & delectatio sita est in quadam rerum permu-  
 tatione & alternatione: sed damnatorũ tormenta permu-  
 tantur & alternantur, hæc ergo vicissitudo. & variatio,  
 pœnarũ nonnihil refrigerij eis afferat, necessum est. Mi-  
 nor probatur ex illo loco Iob. c. 24. Ad nimium calorem  
 transeat ab aquis nimum. Confirmatur, nam cum certũ  
 fit frigore & calore torqueri damnatos: certè si simul  
 vtroque torquentur, iam damnatorum pœna ex parte  
 decrefcer, quandoquidem qualitates illæ extremæ  
 contrarie mutuo secum pugnant. & circa idem subie-  
 ctum agentes, inuicem se remitterent & impedirent:

4. Arg. quia  
 Beatis pro-  
 sunt nostræ  
 preces.

Vlt. Arg.  
 ex eo quòd  
 in beatis est  
 permutatio  
 tormentorũ

Iob. 24.

ac proinde ad medium deuenirent, quod est delectabile. **A** Si verò dicamus, ordine quodam & successiuè, calore & frigore cruciari damnatos, iam illis contrarijs mutuò in aduersum agentibus, dùm de vno transitur in aliud, necessum est vt temperetur frigus calore, & calor frigore: & sic in intermedio illo transitu ac successione, non potest non vis caloris ac frigoris aliqua ex parte leniri, ac mitigari.

**II.** **S** It in hac re conclusio: Viuorum preces & suffragia nihil prorsus emolumenti, solarij, aut refrigerij damnatis afferunt, aut afferre possunt. Hanc sententiam docent communiter sancti Patres, sancta Ecclesia, Theologi, & **B** Doctores omnes ferè. Probatum multipliciter à D. Aug. lib. 21. de ciuitate Dei. cap. 24. & Greg. homi. 34. super Euang. Alex. 4. p. q. 93. memb. 2. ar. 7. §. 1. S. Th. Dur. d. 45. in. 4. Sent. & ab Adriano in. 4. de Clauibus. q. de Remissione peccatorum post mortem, & à Ioanne Medina cod. de Ratione in. q. de valore orationis pro alio fufæ, & ab Antonio Corduben. lib. 1. Quæstionarij. q. 51. in fine. Et quòd hæc sit Ecclesiæ & Patrum mens, patet ex c. pro obeuntibus. 13. q. 2. ex D. Greg. in Epistola ad Bonifacium, vbi dicitur: **C** Quauis peccatis omnes subiaceamus, congruit vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impijs, quauis Christiani fuerint, tale quid agere licebit. Et in Concilio Braccharen. 1. c. 34. & habetur in. c. placuit. 23. q. 5. enumeratis quibusdam peccatis impoenitentia finalibus, præcipitur, ne pro eiusmodi mortuis peccatoribus quisquam oret. Et in. c. in præfenti & c. fures. 13. q. 2. & in. c. Audiimus. de reliq. & vener. sanct. Demum tritum est illud Aug. Si scirem matrem meam esse in inferno, non magis orarem pro eà quam pro Diabolo. Et si Ecclesia sciret,

*Quòd suffragijs. & precibus nihil tormenti prorsus minuitur damnatis.*

*Aug. nõ oraret pro matre sua, si sciret eam esse in inferno.*

**A** ret, aliquem esse reprobum, non magis oraret pro illo quam pro Diabolo.

Deinde ex diuinarum scripturarũ testimonijs id ipsum **Ex scriptura probatur conclusio.** **Eccles. 11.** Vbi ceciderit, inquit, lignum, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, ibi erit. Hæc loquutio tropica est & metaphorica: nã per casum, mors: per lignum, homo: per Aquilonem, infernus significatur: nam Diabolus in lateribus Aquilonis suam fixit sedem, ait Isaias, vbi frigus & tenebræ sedem habent. Ergo est sensus, siue homo moriens decedat in statu salutis, siue damnationis, planè immotum & immobile in æternum persistet, absq; interpollatione, & cremen- **B** to, siue decremento pœnarum, & c. Ducitur metaphora ab eo qui in syluis ligna cædit procera & immania: nam eo cum succidit, facile est in hanc vel illam partem flectere, nam vel digito potest decidua, quòd voluerit: at semel flexum & iactum in vnã partem lignum, iam sanè immobile est. Loquimur secundum communem legem. Et adducitur is locus ab Adriano supra. Item ad idem est locus Apocal. 14. Cruciabitur igne & sulphure, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt **C** bestiam. Notandum est quod dicitur, Ne habent requiẽ, & c. Rursus Alexand. 4. p. q. 93. mem. 6. ar. 7. §. 1. citat illud ex. 1. Ioan. vltimo: Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, vt oret quis. Id est, Pro peccato continuato vsq; ad mortem, hoc est, pro his qui in mortali decesserunt, nullus oret. Si verò quis ex ignorantia pro illo orauerit, oratio eius in sinum suum reuertetur vt habet David. Vtrũque locum ita ibi explicat Glossa. Illo etiam probatur conclusio, quod canit Ecclesia, In inferno nulla est redemptio: non solum, ait, non est redemptio, sed dicit, nulla est

*Ex scriptura probatur conclusio. Eccles. 11. Nota locum.*

*Isai. 14.*

*Alter locus Apoc. 14.*

*1. Ioan. vlti.*

*Psal. 139.*

redemptio, videlicet, nec possunt inde exire, nec eorum peccata remitti, in terram, seu quolibet alio modo leuari.

Probatur conclusio ratiōne.

Psal. 73.

Demum pro conclusione potissima ratio ea est, & adducitur ab Alex. supra, quod damnati, cum in odio & inimicitia Dei, inq; superbia, atq; cæteris pravis affectionibus sint obstinati, iuxta illud Psal. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper, sanè omninò diuinæ misericordiae incapaces se reddunt, & fructum passionis Christi capere minime possunt: per quam solam & culpa omnis, & etiam consequens poenaremitti habet. Efficax etiam videtur esse ratio, quam attulit Dur. in. 4. d. 45. q. 2. num. 10. quia, scilicet, suffragia vnus non possunt alteri prodesse, nisi eiusdem membrum sit corporis: sed dānati non sunt membra Ecclesiae, cum sint præcisi irreuocabiliter per sententiam, ergo. Tandem certior est hæc conclusio, quam vt multis indigeat probationibus; nam neque peccata venialia damnatorum remittuntur, sed in æternum puniuntur, propter coniunctionem cū mortalibus, vt bene Adrianus q. citata de remissione peccatorū post mortem ex S. Tho. & alijs, contra Scotum.

III. Ad argum. Respond.

Anima purgatorij dicitur torqueri Styge, tartaro, sulphure.

Ad primam, quod ex Prudentio, Damasceno, Chrysostomo, & Aug. in causa damnatorum productum est, respondemus, Prudentium in primis nomine Stygis, Tartari, Stagni, carceris, sulphuris, vmbrae, non infernum damnatorum, sed locum purgatorij designasse: ea, scilicet, loquendi phrasi, qua Ecclesia idem purgatorium appellat profundum lacum, & eos, leonts, & tartarum, & portas inferi, &c. Quod verò animas ibi existentes, vocat spiritus nocentes, nihil derogat animarum purgatorij sanctitati: nam, cum tam acriter inibi puniantur, dicendum est, etiam in hac vita degerent, fuisse nocentes. Illa, ergo, resurrectio in Dominica nocte, propter iuges fidelium precibus,

ces, leniebatur doloris acerbitas in animabus; purgatorij.

Verum cursum liceat mihi duo, omni animaduersione dignissima, his inferere. Primum est circa id quod nonnulli iam olim in dubium vocauerunt, An in ipsa nocte, qua reuera Christus ad inferna descendit, & purgatorij etiam inuisit, animæ ibi existentes leuatæ sint à tormentis, aut prorsus liberatæ. Dicam sanè, esse sententiam quorundam, inter quos, vt alios omittam, sunt D. Thom. 3. p. q. 52. art. 8. & in. 3. d. 22. q. 2. art. 2. q. 4. Durand. eadem. d. q. 4. Richard. art. 3. q. 2. Abulen. in Paradoxa. 5. c. 118. quod per Christi descensum, nihil penitus ablatum aut imminutum fuit poenæ, illis animabus: sed solum Christus, inde quasdam extraxit, eas, scilicet, quæ alioqui iam secundum legem communem extrahebantur, quia omnem prorsus poenam, ad quam diuina sententia destinata fuerant, exoluerant. Cæterum, hoc ego mihi persuadere nec volo, nec possum: quin potius, descendente ad purgatorium Christo, ereptas existimo aut omnes, aut, quam plurimas animas, quæ illo carcere præpediebantur: reliquis verò longè mitigatas & imminutas fuisse poenas. Fuit nanque dies ille triumphalis, & multis titulis, alacer & longè indulgentior quam cæteri dies, in quibus nostris suffragijs exipi solent animæ ab illis ignibus. Ne autem, temerè me in præallegatos doctores insurrexisse quisquam suggillet, patronos habeo, quos in hac parte sequar, D. Bonavent. in 3. distinct. 22. & Gabrie. quæst. vni. articul. 2. dub. 3. Franciscum de Christo, quæstione. 6. propositione. 4. Magistrium quæst. 11. art. 2. dub. 2. qui post multa, tandem in hanc partem declinat, & allegat pro eadem Thomam Argent. Idem habet Maioris, & Victoria, & videtur habere Iacob. de Val super Canticu Abach. in illo versu, Incuruari sunt collis mundi.

III. An Christus in triduo ad purgatorij uenerit, & inde animas eduxerit.

Sententia S. Thom. quod nec eductæ, nec leuatæ sunt à poena.

Altera sententia uerior.

Ad secundam, quod ex Prudentio, Damasceno, Chrysostomo, & Aug. in causa damnatorum productum est, respondemus, Prudentium in primis nomine Stygis, Tartari, Stagni, carceris, sulphuris, vmbrae, non infernum damnatorum, sed locum purgatorij designasse: ea, scilicet, loquendi phrasi, qua Ecclesia idem purgatorium appellat profundum lacum, & eos, leonts, & tartarum, & portas inferi, &c. Quod verò animas ibi existentes, vocat spiritus nocentes, nihil derogat animarum purgatorij sanctitati: nam, cum tam acriter inibi puniantur, dicendum est, etiam in hac vita degerent, fuisse nocentes. Illa, ergo, resurrectio in Dominica nocte, propter iuges fidelium precibus,

Alte-

redemptio, videlicet, nec possunt inde exire, nec eorum poena remitti, interrumpi, seu quolibet alio modo lenari.

Probatur conclusio ratione.

Psal. 73.

Demum pro conclusione potissima ratio ea est, & adducitur ab Alex. supra, quod damnati, cum in odio & inimicitia Dei, inq; superbia, atq; caeteris pravis affectionibus sint oblitinati, iuxta illud Psal. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper, sanè omninò diuinæ misericordiae incapaces se reddunt, & fructum passionis Christi capere minime possunt: per quam solam & culpa omnis, & eam consequens poena remitti habet. Efficax etiam videtur esse ratio, quam attulit Dur. in. 4. d. 45. q. 2. num. 10. quia, scilicet, suffragia vnus non possunt alteri prodesse, nisi eiusdem membrum sit corporis: sed danati non sunt membra Ecclesiae, cum sint praecisi irreuocabiliter per finalè sententiam, ergo. Tandem certior est hæc conclusio, quam vt multis indigeat probationibus; nam neque peccata venialia dampnatorum remittuntur, sed in æternum puniuntur, propter coniunctionem cū mortalibus, vt bene Adrianus q. citata de remissione peccatorū post mortem ex S. Tho. & alijs, contra Scotum.

III. Ad argum. Respond.

Anima purgatorij dicitur torqueri Styge, tartaro, sulphure.

Ad prima, quod ex Prudentio, Damasceno, Chrysostomo, & Aug. in causa damnatorum productum est, respondemus, Prudentium in primis nomine Stygis, Tartari, Stagni, carceris, sulphuris, vmbrae, non infernum damnatorum, sed locum purgatorij designasse: ea, scilicet, loquendi phrasi, qua Ecclesia idem purgatorium appellat profundum lacum, & os leontis, & tartarum, & portas inferi, &c. Quod verò animas ibi existentes, vocat spiritus nocentes, nihil derogat animarum purgatorij sanctitatis: nam cum tam acriter inibi puniantur, dicendum est, etiam si hæc vita degerent, fuisse nocentes. Illa, ergo, resurrectio Dominice nocte, propter iuges fidelium precas,

Aces, leniebatur doloris acerbitas in animabus purgatorij.

Verum cursum liceat mihi duo, omni animaduersione dignissima, his inferere. Primum est circa id quod nonnulli iam olim in dubium vocauerunt, An in ipsa nocte, qua reuera Christus ad inferna descendit, & purgatorij etiam inuisit, animæ ibi existentes leuatæ sint à tormentis, aut prorsus liberatæ. Dicam sanè, esse sententiam quorundam, inter quos, vt alios omittam, sunt D. Thom. 3. p. q. 52. art. 8. & in. 3. d. 22. q. 2. art. 2. q. 4. Durand. eadem. d. q. 4. Richard. art. 3. q. 2. Abulen. in Paradoxa. 5. c. 118. quod per Christi descensum, nihil penitus ablatum aut imminutum fuit poenæ, illis animabus: sed solum Christus, inde quasdam extraxit, eas, scilicet, quæ alioqui iam secundum legem communem extrahebantur, quia omnem prorsus poenam, ad quam diuina sententia destinatæ fuerant, exoluerant. Cæterum, hoc ego mihi persuadere nec volo, nec possum: quin potius, descendente ad purgatorium Christo, ereptas existimo aut omnes, aut, quam plurimas, animas, quæ illo carcere præpediebantur: reliquis verò longè mitigatas & imminutas fuisse poenas. Fuit nanque dies ille triumphalis, & multis titulis, alacer & longè indulgentior quam cæteri dies, in quibus nostris suffragijs eripi solent animæ, ab illis ignibus. Ne autem temerè me in præallegatos doctores insurrexisse quicumquam suggillet, patronos habeo, quos in hac parte sequar, D. Bonavent. in. 3. distinct. 22. & Gabrie. quæst. vni. articul. 2. dub. 3. Franciscum de Christo, quæstione. 6. propositione. 4. Magilium, quæst. 11. art. 2. dub. 2. qui post multa, tandem in hanc partem declinat, & allegat, pro eadem, Thomam Argent. Idem habet Maioris, & Victoria, & videtur habere Iacob. de Vas. super Cantica Abach. in illo versu, Incuruati sunt collis mundi.

III. An Christus in triduo ad purgatorij uenerit, & inde animas eduxerit.

Sententia S. Thom. quod nec eductæ, nec leuatæ sunt à poena.

Altera sententia uerior.

B tum fuit poenæ, illis animabus: sed solum Christus, inde quasdam extraxit, eas, scilicet, quæ alioqui iam secundum legem communem extrahebantur, quia omnem prorsus poenam, ad quam diuina sententia destinatæ fuerant, exoluerant. Cæterum, hoc ego mihi persuadere nec volo, nec possum: quin potius, descendente ad purgatorium Christo, ereptas existimo aut omnes, aut, quam plurimas, animas, quæ illo carcere præpediebantur: reliquis verò longè mitigatas & imminutas fuisse poenas. Fuit nanque dies ille triumphalis, & multis titulis, alacer & longè indulgentior quam cæteri dies, in quibus nostris suffragijs eripi solent animæ, ab illis ignibus. Ne autem temerè me in præallegatos doctores insurrexisse quicumquam suggillet, patronos habeo, quos in hac parte sequar, D. Bonavent. in. 3. distinct. 22. & Gabrie. quæst. vni. articul. 2. dub. 3. Franciscum de Christo, quæstione. 6. propositione. 4. Magilium, quæst. 11. art. 2. dub. 2. qui post multa, tandem in hanc partem declinat, & allegat, pro eadem, Thomam Argent. Idem habet Maioris, & Victoria, & videtur habere Iacob. de Vas. super Cantica Abach. in illo versu, Incuruati sunt collis mundi.

C remerè me in præallegatos doctores insurrexisse quicumquam suggillet, patronos habeo, quos in hac parte sequar, D. Bonavent. in. 3. distinct. 22. & Gabrie. quæst. vni. articul. 2. dub. 3. Franciscum de Christo, quæstione. 6. propositione. 4. Magilium, quæst. 11. art. 2. dub. 2. qui post multa, tandem in hanc partem declinat, & allegat, pro eadem, Thomam Argent. Idem habet Maioris, & Victoria, & videtur habere Iacob. de Vas. super Cantica Abach. in illo versu, Incuruati sunt collis mundi.

Alte-

*Anima purgatorij an orent pro nobis.*

*Sententia affirmans.*

*Sent. negās.*

*An recte faciant qui in suis necessitatib. se commendant animabus purgatorij.*

*V. Prosequutio solutionis argumentorū.*

Alterum, quod in quaestionem nonnulli vertunt, Animæ ne purgatorij, quæ nostris iuuantur suffragijs, rependunt vicem nobis, orando ac impetrando à Deo nobis gratiam? Nolo in hac parte meum iudicium interponere, quod feci in præcedenti. Producam pro vtraq; parte doctores secum pugnantes: Cui libuerit, ac licuerit, eorū litem componat, aut ad quos voluerit, transeat. Richardus, in. 4. d. 45. artic. 7. q. 3. ad. 3. Gabriel super Cano. lectio ne. 58. circa finem, Ioannes de Medina, Codice de Pœnitent. Tractatu de Oratione, in. q. speciali, & quidam alij affirmantem partem defendunt. In aduersum militant S. Thom. in. 4. d. 15. q. 4. art. 5. q. 2. & in. 2. 2. q. 83. art. 4. ad. 3. & artic. 9. ad. 2. & art. 11. ad. 3. & Alex. Alen. 4. p. q. 92. memb. 1. art. 3. Abulens. super Matth. tomo. 3. quaest. 93. & super. c. 6. q. 87. D. Antonius. 4. p. titulo. 5. c. 8. §. 2. Syluester, verbo, Oratio. §. 3. Nauarro, super. c. quando, & c. Quocirca Victoria, Relectione de Magia, num. 17. Sentit non esse ad eò constantem & religiosam consuetudinem, quorūdam hominum, & præsertim fœminarum, quæ in suis cambibus ac miserijs implorant animarum purgatorij opem atq; fauorem. Meam ego sententiam nunc suspendens: id solum dixerò, sanctum ac vtile esse inuocare & implorare opem illarum animarum: nam siue, quandiū sunt in Purgatorio, orare pro nobis valeant, aut non valeant: certe cum inde exeāt, vnde exituras certum est: & ad regnū perueniant, in quod peruenturæ sunt, non est dubium quòd tunc preces fundant, ac orent Deum pro ijs qui se ipsos eis commendauerant, & eas suffragijs, ac precibus iuuerant.

**A**d rem itaq; dico, Caput illud, quod, vt habetur in D. Damasceno, in via iacebat, non fuisse hominis dæmni, sed iusti existentis in purgatorio: nam Damascenus non

**A** non dicit in illo sermone, quòd fuerit hominis Gentilis, vt tibi patet. Quòd si D. Tho. hanc historiam referens ex Vitis Patrum, dicit fuisse caput Gentilis, ipse nodum hūc tenetur enodare. Quod & fecit, in. 4. d. 45. q. 2. art. 2. q. 1. ad 4. Quem locum consulat qui volet.

Ad Chryostomum, ex eius dictis liquidò colligitur quid dicendum sit: nam apertè loquitur de his qui post mortem in purgatorium perducti sunt, propterea quòd hoc in seculo non satis pœnituerunt. Quod dicit de Catechumenis similem exposcit solutionem: nam nihil prohibet, quin catechumeni in purgatorium etiam perducantur, cum ante baptismum susceptū, potuissent fide & charitate donari à Deo. Nec vero. c. placuit. nobis aduersatur, quia licet ibi prohibetur fideles preces fundere pro Catechumenis defunctis, tamē ideò hoc Ecclesia aliquando prohibuit, quia verisimiliter credebat quosdam Catechumenos ex ignauia baptismum differre. Et ideò priuauit eos suffragijs fidelium, vt hac pœna perterriti, quā primū ad baptisma properarent.

Ad D. Aug. dicam breuiter eius verba multifariam explicari à Iurisperitis, super. c. tempus. 13. q. 2. Nos dicimus, nomine damnationis, intelligi ab Aug. pœnam purgatorij. Et ita dicit prodesse preces viuorum defunctis, ad hoc vt sit plena remissio, aut ad hoc vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. Ita Alex. 4. p. q. vltima, memb. etiam vltimo, & ar. vlti. D. Tho. in. 4. supra, ad. 2. & Duran. ad. 1. Aliquid tamen amplius ex postulat locus ille Aug. nam apertè de damnatis loquitur, videlicet de valde malis: ac proinde dixerim, hanc tempore August. apud aliquos viguisse sententiam, quòd viuorum suffragia profint damnatis. Et ideò dicit ibi August. quòd, quibus hæc sententia placuerit ( non dicit tamen eam sibi placere, vt patet

*Pro Catechumenis non fiunt suffragia.*

*Exactior explicatio verborum D. Aug.*

ex. c. 112. & 113.) caueat ne dicat, tormenta damnatorum finiri, aut eos ab ira Dei & damnatione eripiendos, quauis leuamen aliquod suis interponeretur tormentis, vt illi credebant.

Refelluntur  
isti Theologi,  
de quibus  
in. 2. arg.

Ad secundum respondetur, responsione non indigere id quod Præpositiuus assererat, quoniã nec vmbra probabilitatis habet. Quod verò cõtendebat Porretanus, & quidã ex Iuristis, multipliciter refellitur à D. Tho. in. 4. d. 45. q. 2. ar. 1. q. 1. Vnicè tamen confutabitur à nobis, quia si per viuorum suffragia semper demitur aliquid de pœnis damnatorum, iam sequeretur quòd post multa suffragia tam multũ pœna decrederet, & tã parua remaneret, vt iam non esset grauis, & infesta damnatis: sicut per multã diuisionem & diminutionem continui, veniri posset ad hoc vt continuum non sentiretur actu. Alterũ, quod Antistiodorensis attulit, friuolum est, & omninò improbabile: quinimò id appellat D. Tho. loco citato, præsumptuolum, & dictis sanctorum contrarium, & vanum, & nulla authoritate fultum & irrationale. Et similiter Linconienfis imaginationem refutat D. Tho. tacito authoris nomine. Lege D. Tho.

Cur purgato-  
riũ appelle-  
tur profun-  
dus lacus. os  
leonis, tartar-  
us, &c.

Ad tertium respõdetur ex dictis in solutione primi, nomine inferni, & laci, & oris leonis, & portarũ inferi intelligi pœnã purgatorij. Huius appellationis tres sunt causæ, quas Alex. rãgit his verbis: Vel propter pœnarũ purgatorij acerbitatẽ ostendẽdã, vel ad ostendẽdã propinquitatẽ purgatorij ad infernũ, vel hoc dicitur inspiciendo purè ad hoc quod est absq; diuina misericordia, ad merita animarũ, quæ pœnã acerbissimã meruerunt. Hæc ille. Orat ergo Ecclesia ne absorbeat animas sanctas locus purgatorij, id est, ne detineat, vt bene Adrianus in quæstione de remissione peccatorũ post mortem. His adiungunt quidã alte-

Aliæ due ex-  
plicationes.

alteram explicationem, quòd scilicet Ecclesia in illa oratione precatur Deũ, ne vtatur sua potentia absoluta, coniungendo illas animas in inferno damnatorum. Sed & tertiam producant, nempe orare Ecclesiam pro animabus purgatorij, vt Deus illis præstet mentem æquam ac sanã, vt patienter pœnas illas ferant: ne si impatientes & indignabundẽ resistãt & auerferentur, Deus hac earum indignatione cõmotus, detrudat eas in barathrum Gehennæ. At postremè istę explicationes indignę sunt viro Theologo.

Illud verò quod de portis inferi tangitur in argumẽto, quanuis satis, vt arbitror, explicatũ relinquitur, prolubium mihi subiit in humanarum literarum studiosorum gratiam commentari, productis ex Gentilium scriptorũ scrinijs, nonnullis sententijs, in quibus portarum inferni meminerunt. Ouid. 4. Met.

*Est via decliuis funesta nubila taxo,*

*Ducit ad infernas permuta silentia sedes:*

*Mille capax aditus, & apertas vndiq; portas  
Vrbs habet, &c.*

Has inferorum portas credebant antiqui, esse voragines quorundam montium fumantes & ardentes, vt in môte Tenaro, in quo fauces erãt ad inferna deducentes, vt verbis vtar Suidæ. Et per illã ianuã, Hercule, & Orpheum iisse ac rediisse commemorant. Virgil. 4. Georg.

*Tænareas adijt fauces, alti ostia ditis.*

Et Ouid.

*Ad Strygæ Tænareæ ausus est descendere porta.*

In monte etiam Væsuuio, seu Væseuo hiatus quidã flammam fumumq; vomens erat, quæ porta inferi esse credebatur, & Plinium Naturalis Historiæ scriptorem, qui

VI.

Digressio  
quonã sint  
portæ inferi,  
& quid  
de his sensere  
Poetæ.

Tenaru-  
Aethnæ  
Væsuuius, mon-  
tes fumantes,  
& ardentes,  
credebantur  
esse portæ in-  
feri.

cognoscendi cupiditate eò se contulerat, absorbit, & cõ-  
bulit, vt patet ex Epistola Plinij Iunioris, quæ naturali hi  
storie præfigitur. A Ethnam, vulgò Mongibellum, quis  
nesciat in Sicilia montem esse perpetuo clarum incēdio,  
& per illius montis antra ad infernum deueniri? Hunc  
curiositatis gratiam visens Empedocles, ab igne & fumo  
erumpente præfocatus est. Licet Horatius in Arte poeti-  
ca rem hanc aliter enarret dicens:

*Siculiq; poetæ*

*Narrabo interitum, Deus immortalis haberi  
Dum cupit Empedocles, ardentē frigidus A Etnā  
Insiluit, & c.*

Sed Horatius hac in parte Empedoclem falsò de hono-  
rauit. De quo Abul. in Repetitione de statu animarum,  
num. 324. & infra.

*Infernū pro-  
priè nullas  
habere por-  
tas.*

Veruntamen hæc figmenta esse, & nullas habere infer-  
nū ianuas, ostendit optimè Abul. super Matth. c. 25. q. 521.  
& accuratè etiam in Paradoxa de Aquila. p. 5. c. 99. 101. &  
102. & post. c. 178. vsq; .181. & in Repetitione de statu ani-  
marum, à numero. 310. Quin non solùm portas has, sed  
& quidquid de infernis docet fides, & antiqui poetæ con-  
cinuerāt, irridere solent alij. Nam Ouidij, lib. 15. Metam. C  
illa sunt carmina.

*Poetæ irri-  
dent ac ne-  
gant infer-  
num.*

*O genus attonitum, gelidæ formidine mortis,  
Quid Styga, quid manes, quid numina vanatimetis?  
Materia vatam, falsiq; pericula mundi, & c.*

Falsum mundum appellat, quem futurum post  
hanc vitam docet fides. Et Iuuenal. Satyra. 2.

Esse

An in damnatis sit torment. vicissitudo. 487

A *Esse aliquos Manes, & subterranea regna,  
Et contum, & Stygioranas in equore nigras:  
Atque vna transire vadum tot millia cymba,  
Nec pueri credunt, nisi qui nondum are lauantur.*

Id est, qui tam parui sunt, vt nondum soluant pretium in  
balneis, aut Thermis, quibus adulti lauari solent. Et Lu-  
cretius libr. 3.

*Cerberus & furia, iam verò lucis egenus  
Tartarus, horriferos eructans faucibus æstus,*

B *Qui neque sunt vsquam, neq; possunt esse profectò.*

Vnde cum poetæ portas assignarunt inferorum, id planè  
fecerunt vt ipsi verosimiles facerēt eas fabulas, quas sua  
dere nitebantur. Si nanq; fabulabantur, Herculem, The-  
seum, Pirithoum ijisse ad infernos, & redijisse, vt ponit  
Ouid. 7. met. & Seneca in Tragoedia prima: & Aeneam  
Cur Poetæ  
fingebant in  
fernum ha-  
bere portas.

& Sibyllam & Orpheum, vt ponit Virg. 6. Aeneid. &  
4. Georg. profectò & portas inferi ponerent necessum  
erat. Similiter itaq; (vt post nœnias has ad feriam nostrā  
conuertamur disputationem) certè nullas infernus ha-  
bet portas, ac proinde quoties de portis inferi est sermo in

C scriptura, vulgariter, & iuxta consuetum loquendi homi-  
num morem accipienda est talis loquutio. Aut dixerim,  
nomine portarum inferi, significari eam potestatem ac  
ditionem, quam Deus illis locis exercet aduersus pecca-  
tores. Abundè exemplorum reperire in scriptura, perfaci-  
le est, in quibus nomine portarum autoritas ac potestas  
iudicis exprimitur. Prouer. 31. Nobilis in portis vir eius,  
quando federit cum iudicibus. Et Psal. Non confunde-  
tur, cum loquetur inimicis suis in porta. Rationem huius  
lege in Hieronymo, super Zachar. c. 8. & super Amos. c.

*Portæ in  
scriptura,  
quid.*

*Prouer. 31.  
Psal. 126.*



5. & super Ezechielem. c. 40. & in D. Gregorio li. 19. Moralium. c. 11. & in Theodor. super Amos. c. 5.

## VII.

Pro his quos constat esse in celo, orare, blasphemum est.

**A**D quartum argumentum, fatemur non licere preces fundere pro beatis: tamen, ut rectè Alex. 4. p. q. 93. membr. 1. ar. 9. ad. 1. quando de salute alicuius probabiliter dubitamus, sanctum est pro illo orare. Quando tamè certiores facti sumus de eius salute, id facere nō licet. Hūc spectat illud Aug. sermone. 17. de Verbis Apostoli, & habetur. c. cum Marthæ. de celeb. miss. & in Mag. sent. in. 4. d. 45. Iniuria est orare pro martyre, cuius nos debemus orationibus commendari. Idcirco, nego quòd preces nostræ profint beatis ad augmentum gloriæ. Porro illa formula precandi pro Apostolis, Martyribus &c. meritò per desuetudinem exoleuit. Idem dico de Oratione illa de D. Leone, cuius orationis loco hæc substituta est: Annue nobis, quæsumus Domine, ut intercessione famuli tui Leonis. Ita habetur in illo. c. cum Marthæ §. Tertio loco. Vide Syxtum Senen. lib. 6. annot. 47.

Ad vltimum argumentum respondere quidem volumus, sed nō possumus, nisi in forma disputationis scholasticæ: secundam, quam promissimus, propositæ quæstionis partem tractemus.

## Dubium alterum an alter-

nis an verò simul calor & frigus, & cetera tormenta in damnatos agant.

## VIII.

Argum. 1. quòd detur transitus in inferno de uno tormento in aliud.



**Q**uod alternis & successiuè sæuiant in damnatos prædictæ poenæ, probatur primò, ex illo loco Iob. 24. Ad nimium calorē transierit ab aquis niuium: quod de cruciatibus perditorum exponunt Sancti: si ergo est transitus de vno in aliud,

## An damnati transe. de vno torm. in aliud. 489

**A** aliud, alternis agunt, nō simul. Secundò, hæc videtur esse sententia Theologorum. S. Tho. 1. p. q. 10. ar. 3. ad. 2. vbi, cum sibi obiecisset, ignem inferni dici æternum, ex quo sequi videbatur, quòd non solus Deus esset æternus: respondet, quòd in poenis damnatorum est vera transmutatio vnius in aliud: atque adeò eorū poenæ dicuntur æternæ, solum propter durationem, iuxta illud Psalmi. Et erit tempus eorum in secula. Et. 1. 2. q. 67. ar. 4. ad. 2. apertè dicit, in damnatis esse successionem poenarum. Idem habet Quodlibeto. 8. ar. 18. de quo etiã videndus est Quodlib. 7. ar. 11. Henricus de Gandauo in Quodlibeto. 12. de hoc fecit quæstionem. 11. & Capreolus in. 4. d. 44. q. 2. ar. 2. Sed Abulen. in Repetitione de statu animarum, nume. 309. id habet expressius: nam dicit. In poenis inferni nullus ordo in permanendo est: quia cum aliquis nunc fuerit in nimio calore, transferetur ad maximum frigus: cum autem in frigore, ad calorem. Et super Matth. 25. q. 546. ait, dici posse quòd sit alternatio & transitus de vno tormento in aliud Clarius Ricar. d. 44. art. 2. q. 10.

Tertio ratione id suadet, nam si simul ac semel frigus & calor in corpora damnatorum efferuent, punctū est longè difficillimum explicatu, quomodò qualitates ipsæ mutuò non se impediunt? Quomodò vicissim in se ipsas non agant? non se temperet & remittant? ac proinde non satis intelligitur quomodò illa corpora simul caleant, & frigeant, & vtrunq; in summo. Imò tepebunt potius: atq; adeò ne tepeant dicamus non simul illas oppositas qualitates agere circa idem subiectum, sed successiuè vnam post aliam.

**A**ltera conclusio huic dubio respondemus: Nulla in tormentis damnatorum transmutatio, aut vicissitudo poenarum reperitur, sed iisdem prorsus alligati tormenta

## IX.

Non esse in inferno transitum de uno tormento in aliud.

men

mentis à principio suæ damnationis, per totam æternitatem excruciat̄ur. Hoc tenet expressè Abulen. super Mat. th. c. 25. q. 54. 6. & q. 55. 1. cuius ratio amplificanda, & expendenda est à me solut. ad vlt. argum. Interim id ego probare adnitar coniecturis ex sacris literis, & vera Theologia, ac Philosophia depromptis. Primò Apocalyp. 18. cū de damnatione impiæ Babylonis est sermo, sic dicitur: Ideò in vna die venient plagæ eius mors, luctus, & fames, & igne comburetur. Et statim, Væ væ ciuitas illa magna. Babilō, quoniam vna hora veniet iudicium. Ex quo, quātum coniecturis assequi possum, existimo: quod dicitur, In vna die, & in vna hora, insinuat simul & à principio omnes plagas & miseras superuenturas damnatis, non ordine aliquo & transmutatione. Secundò, ille locus Ecclesiæ. 11. Siue ceciderit lignum ad Austrū, siue ad Aquilonē, ibi erit, innuit, quòd vbi in initio casus seu damnationis humanum lignum ceciderit, ibi super vno recumbet latere, ibi perpetuò intransmutabile permanebit. Tertiò, quòd æterna dicuntur in scriptura tormenta damnatorum, non nihil nobis videtur conuiere: eò quòd æternorum hoc est proprium, quòd perpetuò citra aliquam nouitatem & mutationem, durent eodem statu, situ, modo, &c.

Quartò, verisimilimum hoc redditur, ex eo quòd ad torturam & pœnam miserorum facit, vt ijsdem semper malis affixi hæreant, & de vno in aliud minime commigrent: nam sanè pœnarum transmutatio, licet sit in deterius, leuat quodamodò. Et quare, inquam, dicamus, Deū inimicis suis peruicacissimis leuamem aliquod cruciatibus interponere? Profectò manna, dictus panis Angelorum, & omne delectamentum saporis in se habens, multoties repetitum fastidium generabant. Vnde dicebant illi

Prob. ex  
scriptura.

Apoc. 18.

Eccle. 11.

Probat̄ur  
concl. r. 110 =  
nibus.

Sap. 16.  
Nume. 21.

A illi. Nauseat anima nostra super cibo isto. Et in Psal. Om. *Psal. 106.*  
nem escam abominata est anima eorum, id est, mana, vt *Sap. 16.*  
quidam volūt, quòd dicitur omnis esca, propterea quòd *Mana dicitur omnis esca.*  
esset vice omnis escæ, & omnigena saporum suauitate præstare. Ponendum itaque in malis damnatorum est, vt ijsdem tormentis absque mutatione aliqua fastidiosissimè vexentur.

Quintò, ex incommodis, quæ sequi videntur ex ipsissima eorundem tormentorum & simultanea actione, quæ *Absurda quæ sequuntur ex eo quòd dicitur transitus tormentorum.*  
relata sunt in tertio argumento, nullum est tam absurdum quàm esse videntur ea quæ ex opposita sententia sequuntur. Nam, inquirō, si successiuè frigus post calorem, & calor post frigus agunt in corpora damnatorum, iam sequitur primò quòd quandiu vnum agit, cesset aliud ab actione, & consequenter corpus damnati quiescat à passione illius, cuius actio cessat. Dicere autem quòd signabile sit aliquod tempus, in quo damnatus non excrucietur calore, & ardeat igne, illo, videlicet, interuallo quo friget & alget, vix credi potest. Deinde si mutuò calorem pellit frigus, & frigus calor, id subitò & in instanti nō potest fieri, nisi magno Dei miraculo, quod sine necessitate non est ponendum. Restat ergo vt paulatim se expellant: paulatim autem expelle. eie non possunt, nisi cum magno lucro, ac refrigeratione damnati vt probatum est in superioribus. Præterea, eà, vix potest intelligi, quo situ & ordine disposita sint apud inferos tormenta illa & plagæ caloris & frigoris, vt vicissim agant in damnatos, non simul. Et quis eos de vno tormento transfert ad aliud? vnde nouæ torturæ superueniunt instrumenta? &c. Demū, si dicamus simul omnes pœnas perpeti inuariabiliter, euitantur incommoda suprascripta, & sine magna difficultate explicatur, quæ ratione qualitates illæ contrariæ fr-

mul agere in corpora damnatorum possint, vt perspicue A  
percipiet qui patienter expectauerit, & me tertio argumē  
to audiuerit respōdentem: In quo multas argumētorum  
machinas in aciē producam, in quibus plurima philoso  
phica vestris auribus digna continentur: quanuis ingenij  
mei, ac præscripti temporis angustia, vereor ne ad ea  
tractanda sufficiat.

X. **P**ulchra di-  
gressio de  
numero. ac  
genere tor-  
mentorum,  
quæ sunt in  
inferno.

**N**E hallucinetur Theologus, cum de tormentis, quæ  
apud inferos sunt, sermo sese offert, sed distinguere  
probè sciat quæ ibi sint propriè, quæ metaphoricè, vi-  
sum mihi est paucis explanare, an in inferno sint veri ignes, veræ niues & frigora, sulphura, stridor dentium, fletus, vermes, fames, foetor, tenebræ, quæ sunt illorū igniū nutrimenta & materies &c. Cū enim apud sacros scriptores horū omniū peculiaris mētio interdum fiat, expedit nec omnia ad metaphorā trāsferre, nec verò in sensu proprio omnia intelligere. Hoc autem disputare non est extra chorum saltare, vt aiunt, siquidem examinare non possumus, an sit vera in tormentis alternatio, nisi prius exploratum sit quodlibet tormētorum genus, quo damnati torquentur.

**I**gnes ueri,  
& proprij  
sunt in infer  
no.

Ergo veri ignes in inferno sunt. Id licet Græci negauerint, quos sequutus est Auicēna, Sancti tamen Patres, Augustinus, Hiero. Greg. Damasc. quidquid in Græcorum fauorem afferantur, hanc catholicam veritatem non negant, vt liquet ex S. Tho. in. 4. d. 44. q. 3. ar. 2. quæ. 1. & 2. Palud. Maior. Duran. d. 44. Soto. d. 50. Syxto, qui sanctorum dicta expendunt & explicant. lege etiā Abulen. super Matth. c. 25. q. 403. & q. 490. vsq; ad q. 504. Caiet. Oratione. 5. habita ad Iulium secundum, Catherinum, Opusculo de præmio bonorum, & malorum supplicio. Est sane ignis viuacissimus in agendo, & qui à qualitate propria & natura

**A**turali non potest transmutari, sicut cætera elementa, quæ peregrinas impressiones pati possunt, vt habet Arist. 4. Metaphy. Nec verò solum ignes illi veri sunt, sed & elementares, & eiusdem speciei cum his ignibus, qui apud nos sunt.

Que sit illorum ignium materia, quæ fomenta; ex Isai. c. 30. & Apocaly. 19. 20. & 21. & Psal. 10. videtur colligi, sulphura esse, non ita quod ignis ardeat in illis, quasi cōburatur & cōsumatur sulphura, & ex illis generetur ignis: omnis enim actio corruptiua & generatiua cessatura est post iudiciū, vt infra dicemus. Sed erunt ibi sulphura veluti

**B**ferrū candens, quæ semel accensa nunquā extinguentur. Accendet autē illa Deus, vtq; in eternū durent ipse Deus vt ita dicamus, sufflari, vt habet elegans & tremendū illud testimonium Isai. c. 30. Preparata est ab heri Tophet, nutrimenta eius ignis & ligna multa: flatus Domini, sicut torrens sulphuris, succendens eam. Quid sit Tophet, nō vacat explicare, liquet ex Hierem. c. 7. & 19. & ex. 4. Reg. certum est tropicè infernum significare: forsassis totum hoc translatitiè & per metaphorā dicitur, ac proinde existimo ignes Tartareos nullis fomentis nutriri, a nullis nutrimentis foueri. Quis inficiabitur ignem, qui penes concauum Lunæ est, conseruari perpetuò, absq; nutrimentis? Quod inde prouenit, quod ibi residet in proprio loco ac situ naturali. Similiter conseruare Deus potest ignes illos tartareos absq; nutrimentis: id tamē nō per cōtinuū miraculum, quod alicui videbitur incommodum, sed per hoc quod Deus loco illi profundo & subterraneo, dare poterit conditiones illas & qualitates, quas habet sphaera illa concava Lunæ.

Vtrum sint veræ niues & aquæ, multi in dubium vocant. D. Greg. lib. 16. Moral. c. 30. negat. Sequitur Iacenus

Niues, &  
aquæ nō sunt

*proprie in inferno.*  
*Zach. 9.*  
*Luc. 16.*  
*Iob. 24.*

in Concordia c. 45. iuuat scriptura, Zachariæ 9. Tu autem A  
in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo  
non erat aqua. Et Lucæ 16. inducitur diues ab Abrahamo  
sic efflagitans, Mitte Lazarum, ut intingat extremum di  
giti sui in aqua, ut refrigeret linguam meam, quia crucior  
in hac flamma. Nec verò locus Iob, Ab aquis niuium tra  
feat ad calores ignis, contra nos est: quia, aut non est ibi  
fermo de pœnis Tartari, aut secundum metaphoram ca  
pidebet propter eas absurditates, quæ sequuntur, ex eo  
quòd verò niues aut aquæ in inferno cõstituantur. Quo  
circà Abulen. in Repetitione de statu animarum, nume.  
303. & 308. non tam probabiliter hac in parte loquitur, nã B  
ponit in inferno veras ac frigidissimas aquas, licet super  
Matth. eas neger. De quo rursus statim.

*Frigore ue-*  
*ro crucian-*  
*tur dånati.*

Frigore nihilominus vehementissimo ac proprio ex  
cruciantur damnati: nam stridor ille dentium, de quo in  
scriptura tam sæpe fit mentio, effectus est frigoris. Proue  
nit verò frigus hoc, ut tradit Abulen. super Matth. supra,  
à terra quæ circumstat damnatos, & est valde frigida: &  
quòd solidior est eò est maior in illa frigiditas; non ha  
bet enim ibi inde à frigiditate sua naturali immutari pos  
sit: nam cessante motu cœli nullus motus, aut alteratio  
naturalis reliqua esse potest. Neque verò oportet quòd C  
tangat damnatos, ut illos cruciet: cum enim operatio illa  
sit intentionalis, fiet per speciem ab obiecto susceptam in  
sensu, quæ immutare poterit sensum tactus, & magnum  
in illo dolorem incutere, absq; naturali transmutatione.  
De quo plura statim, in solutione ad 3.

*Vermes nõ*  
*sunt pro-*  
*prie & c.*  
*Isai. 66.*  
*Iud. 16.*

De verme, an proprie sit in damnatis, quærimus, pro  
pterea quòd tam sæpe, & tam apertè in scriptura fit mē  
tio de verme, quò vexandi sunt impij. Isai. 66. Vermis eo  
rum non morietur. Et Iudith. 16. Dabit ignem & vermes  
in

A in carnes eorum. Et Ecclesiast. 7. & Marc. 9. & c. dicimus  
tropicè ad animam transferri, ita ut nihil sit aliud vermibus  
quàm, ut dixit Poeta,  
Ecc. 7.  
Mar. 9.

*Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.*

Et alibi de illis loquitur,

*Quos diri conscia facti*

*Mens habet attonitos, & surdo verberere cadit:*

*Oculto quatiante animum tortore flagellum.*

Itaq; vermibus est conscientia peccatorum, ut etiam habet  
D. Hieron. super Esai. c. 14. & 66. D. August. lib. 21. de Ci  
uit. c. 9. & Origen. Matth. 13. De quo multa Abulen. in Pa  
radoxæ de Aquila. c. 60. & in Repetitione de statu anima  
rum. c. 91. & super Matth. 25. q. 553. Hæ sunt illæ furix, &  
vltrices curæ, quas in inferni vestibulo posuit Poeta:

*Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci*

*Luctus & vltrices posuere cubilia, Cura.*

Vbi Seruius, Vltrices curæ, id est, peccata & remorsus cõ  
scientiæ, quæ puniunt semper nocentes.

Fletus & lacrymas, qui dixerit proprie in inferno  
esse, hæc dispendia subire debet: nã explicandum illi est,  
quomodo fletus, qui per resolutionem lacrymarum fit,  
possit in damnatis esse perpetuus? Lacrymæ enim, hu  
mor quidam sunt, quem necesse est rãdem deficere, etiã  
si totum corpus resoluatur in lacrymas: eò quòd in dā  
natis nulla sit restauratio humoris, cum nullus ibi sit ci  
bus: quod tractat D. Tho. quodlibeto. 7. artic. 13. Quia ta  
men Matth. 8. 13. & 22. & Apocalyp. 18. & alibi sæpe, con  
stituitur fletus apud inferos, & proprie, ut vidimus, poni  
non potest: dicimus, fore fletum in damnatis, quantum  
ad eam commotionem & conturbationem capitis & ocu  
lorum,

*Fletus, & la*  
*crymæ ut*  
*sint in dam*  
*natis.*

*Matth.*  
*Apoc. 18.*

lorum, quæ fletum comitari solent. Licet autem cessante A  
 motu cœli, cessabit omnis motus, cuius principium est  
 motus cœli, non tamen cessabit motus voluntarius, cu-  
 ius principium est voluntas, vel appetitus: & quia appe-  
 titus est principium motus localis, ideo cessante motu  
 cœli, poterit homo moueri localiter: illa autem commo-  
 tio capitis, & cōplicatio, vel contorsio partium corporis,  
 motus localis esse videtur.

*Stridor den-  
 tiū propriè  
 in damnatis.  
 Apoc. 16.*

Sed quid de stridore dentium, dico futurum propriè  
 in damnatis, cum corpora reassument. Et ita habet D.  
 August. Epistol. 111. quæ est ad Iulianum, & insinuat  
 in Apocalyp. AEstuauerunt homines ab æstu magno, B  
 & commandauerunt linguas suas. Et ratio est, quia stri-  
 dor iste nihil aliud est, quàm concussio dentium, quæ ad  
 motum localem pertinet. Sequitur porrò ex duplici cau-  
 sa, nempe ex indignatione, sicut nobis valde indignatis  
 accidit sæpè stridere. Et secundò ex nimio frigore, quod  
 futurum esse iam diximus: licet Abulen. quæst. 555. hanc  
 secundam causam improbet: eius tamen improbatio-  
 nem ego non probo, nam existimo stridere damna-  
 tos etiam ex frigido irrepente sensim per totum corpus,  
 & cruciante illud, non per alterationem, qua qualitas  
 frigida recipiatur in corpore: sed per speciem frigoris C  
 non frigidam, sensilem tamen & intentionalem im-  
 pressam sensui tactus. De quo rursus in solutione ad  
 vltimum.

*Fœtor pro-  
 priè an sit in  
 inferno.*

Pollicitus etiam sum de fœtore dicturum me. Ergo  
 dico, non futurum propriè in inferno: quia necessum est,  
 vt dere fœtente fiat fumalis euaporatio, ex qua multipli-  
 centur species sine materia, vsq; ad sensum olfactus: apud  
 inferos autem talis euaporatio nusquam erit, cum illa  
 sit continua & iugis quædam rei corruptio & genera-  
 tio,

A tio, quæ cessante motu cœli, nunquam erit. Dicit tamen  
 Abulen. quæstione. 560. fœtorem adhuc esse posse, licet  
 desit fumalis euaporatio: cum sensatio fiat per solam  
 speciem, quæ est intentio formæ, & non per rem ipsam,  
 vt dicturi sumus in solutione ad vltimum. Quò perti-  
 nent quæ de sensationibus beatorum, doctè tradidit So-  
 ro, in. 4. distinct. 49. quæst. 4. articul. 5. Et sic in germano  
 sensu explicari possunt loca illa, Isai. 29. De cadaueribus  
 eorum ascendet fœtor, & Ioel. 2. Ascendet fœtor eius, &  
 ascendet putredo eius, quia superbè egit. Et Apocalyp. I  
 14. & fumus tormentorum eius ascendet in secula se-  
 culorum.

*Isa. 29.  
 Icel. 2.  
 Apoc. 14.*

B Restant infernæ tenebræ explicandæ. Sunt itaq; veræ  
 & propriæ, non tamen est omnimoda tenebra, sed parùm  
 lucida, vmbrosa, & fusca, fortè sicut per noctem, in qua li-  
 cèt non admodum distinctè, multa tamè videri possunt.  
 Vtrunq; ad pœnam perditorum spectat: quia enim, vt di-  
 citur Eccles. 11. Dulce lumen & delectabile in oculis ho-  
 minum: & Tobie. 3. Quale gaudium mihi esse potest, qui  
 in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? ideo auferre  
 à damnatis lumen debemus: Quia tamen multa ibi  
 sunt, quæ videri à damnatis opus est, ingratißima & hor-  
 ribilißima visu, ideo non nihil lucis ibi ponunt sancti, Gre-  
 gorius lib. 9. Moralium. cap. 46. super illud, Iob. 10. Vbi  
 vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror Iob. 10.  
 inhabitat. Concinit locus Psalmi. 28. Vox Domini in-  
 tercedentis flammam ignis, adiecta glossa Beati Basilij su-  
 per illum locum, vbi contendit, naturam ignis post iudi-  
 cium diuidendam esse. Sunt nanq; duæ ignis facultates, al-  
 tera lucere, & ignire altera, licèt lucere non sit tam pro-  
 pria, vt dicit D. Tho. in. 4. d. 44. q. 3. ar. 2. q. 2. ad. 4. Itaq; in-  
 tercidit Deus & interfecat voce & voluntate sua vnam  
 ab

*Ignis infer-  
 ni urit, non  
 lucet.*

Dam. 3.

ab alia: nam aliquando lucet, non vrit: quod contigit cū A  
pueris sanctis, apud Daniele. Aliquando verò, vt cōtin-  
git in inferno, vrit & nō lucet, nisi admodum remissè, vt  
dictum est. Vide Martili. in. 4. q. vltima ar. vltimo in. 1. ar  
gumento. Lud. Cœlium. lib. 6. lect. Antiq. c. 11.

4. elementis  
cruciantur im-  
pij.

Sap. 5.

Iob 24.

Psal. 10.

Sap. 5. &amp; 11.

Epitome tor-  
mentorū in-  
ferni. ex  
Virg.

His vt vltimam manū imponamus, Ricardus in. 4. d.  
44. art. 2. q. 10. ait ab omnibus elementis vexandos dam-  
natos. De igne, fatis liquet. De aqua probat ex illo Sap. 5.  
Candescet in illos aqua maris, & flumina concurrent du-  
riter, & illo, Iob. 24. ab aquis niuium transeat, &c. Rursus  
ex illo, Psal. 10. Ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars  
calicis eorum, probat eos igne, & terra fœtida, quæ signi-  
ficatur per sulphur: & aère procelloso, qui dicitur spiritus  
tempestatum secundum August. 12. super Gen. longè post  
principium, torquendos esse damnatos. Deinde ex illo  
Sapient. 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquebitur,  
& Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum,  
probat ab omnibus elementis affligendos. Sed vice au-  
ctarij accipe velut in epitome redactas, præcipuas bara-  
thri gehennalis pœnas, quas Aeneid. 6. Virgil. elegan-  
ter supputat. Quo nihil verius, nihil Christianius dici  
potest.

*Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci C*

*Luctus, & vltices posuere cubilia, Cura.*

*Pallentesq; habitant mœrbi, tristisq; senectus,*

*Et metus, & maleuada famas, & turpis egestas:*

*Ferribiles visu formæ, lethumq; laborq;*

*Muldarum inter eâ variarum monstra ferarū, &c.*

Et his similiter quædam alia, vsquæ ad illud,

*Non mihi si centum lingue sint, oraq; centum.*

Om-

A *Omnia pœnarum percurrere nomina possem.*

A D primum argumentum, vt respondeamus, explicemus  
locum Iob, qui in vulgatis codicibus sic habet.

Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque  
ad inferos peccatum illius. Optat Iob, vt in hominem  
sceleratissimum, qualem superius descripserat, maiora  
inferni tormenta desœuiant. Et hæc est communis ex-  
planatio. Verum iuxta Hebræum ibi, sic legitur: Siccitas  
& calor auferunt aquas niuis, inferos peccauerunt, vt sit  
sensus, iuxta Rabbi Leui, quem citat Eugubinus ibi,

B Ecce scelerati nullas in præsentī vita pœnas pertulerunt,  
& tamen sine angustijs, & cum suauitate ad sepulcrum  
descendunt, sicut suauiter & facillè calor liquefacit ni-  
ues. Ita etiam Rabbi Abraham, & Vatabl. & Isidorus  
Clarius. Sed tamen hanc expositionem nunc mittimus,  
& Hebraicam veritatem cum Vulgata facillè hoc mo-  
do conciliemus: Ariditas & calor auferunt aquas niuis,  
nempe in gehenna, in qua dum algore terribili frigent  
damnati, superuenit ignis & calor vehemens qui eos tor-  
ret & vexat atrocissimè. Stat tamen adhuc difficultas,  
quo pacto de vno tormento in aliud transeant: nam ex

C hoc loco Iob, Ricardus supra, articul. 2. quæstione. 10. in  
fin. tenet alternationem etiam futuram tormentorum,  
in inferno: cui proinde in solutione ad. 3. statim respon-  
debo.

Ad secundum argumentum dico, in nullius me  
hodiè verba iurasse: & sic in propositam sententiam  
ducor, quamdiu rationes & autoritates scripturæ po-  
tius suffragantur meæ sententiæ, vt probatum est, &  
liquebit adhuc amplius ex solutione sequentis argu-  
menti.

XII.

Explicatur  
locus Iob,  
ad nimium  
calorem tra-  
seat ab aquis  
niuium.

**XIII.** **A**D tertium, in quo stat difficultas, primum dico **A** *Explicatur latissimè, ut calor & frigus simul agere in corpus dånati, non se remittunt, & impediunt.* æquè procedere contra alteram opinionem: nam posito, quòd successiuè calor, & frigus agunt in damnatos, perplexus nodus implicatur, quæ ratione dum frigus, & calor se mutuò pellunt, non transeunt ad teporem: & sic vel leuem doloris pausam non præsentificunt damnati. Proinde explicandi nodi isti sunt, ex **D. Thom.** Quodlibeto. 7. articulo. 11. & quodlibet. 8. articulo. 18. Capreolo, in. 4. distinctione. 44. quæstione. 2. articulo. 2. Argentin. quæstione. 1. articulo. 3. Ricard. articulo. 2. quæstione. 6. initio corporis, & ad secundum, in **fin.** Abulens. super Matth. 25. supra, Henrico de Ganda. quodlibet. 12. quæstione. 11. Caietan. in oratione. 5. ad **Iulium.** 2. & alijs ex quibus habemus post diem iudicij, posse calorem & frigus simul agere, & simul sentiri à corporibus damnatorum, eò quòd in illo statu nulla erit actio naturalis corruptiua, aut alteratiua: atque adeò actio illa afflictiua qua damnati torquebuntur à calore, & frigore, non erit naturalis, sed intentionalis, & secundum esse sensibile. Itaque corpus damnati verè non frigeat, aut caleat: erit tamen species caloris, & frigoris in sensu tactus tam fortis, & tam intensa, ac si esset organum tactus physicè transmutatum per calorem, & frigus in se susceptum, & non solum intentionaliter immutatus, vt reuera erit. Et hæc est causa ob quam potest esse dolor & accerrimus, & æternus: quia, scilicet, ex illo dolore non sequitur aliqua mutatio dispositionis naturalis. Scio plurimos, quos infra referam, præsertim, Henricum quodlibeto. 11. quæstione. 8. dicere, quòd absque imutatione reali corruptiua impossibile est quòd fit dolor in animali. Verum oppositum dicerent, si meminif-

*Cur nõ corpus dånati verè non frigeat, aut caleat: erit tamen species caloris, & frigoris in sensu tactus tam fortis, & tam intensa, ac si esset organum tactus physicè transmutatum per calorem, & frigus in se susceptum, & non solum intentionaliter immutatus, vt reuera erit.*

**A** minissent Aristotelis. 2. de Anima text. 121. & 138. dicentis, Sensus recipit speciem sine materia, sicut cæra figuram sigilli. Quamobrem sine eo quòd corpora illa calefiant aut frigeant, atque adeò sine eo quòd corrumpantur, poterunt in æternum simul & semel, frigus, & calor, siccitas & humiditas, & cætera tormentain miserissima illa corpora vehementer irruere, & desæuire.

Caiet. supra & prior illo Abulens. & ante ambos Scotus in. 4. distinct. 44. quæstione. 3. articul. 1. hanc difficultatem illustrant hoc exemplo: si quis rigentem manum præ alboris magnitudine, ad ignem vehementem proprius admouerit, protinus intimè irrepit & cruciat, vt hominem propè exanimem reddat. Vnde quæso tunc ille dolor? Num ex calore? nequaquam. Tam enim nihil, aut parum caloris adhuc inhæsit, vt si altera manu quis attentet, plus frigere sentiet, quàm calefcere. Cruciat ergo ex eo quòd suscipit in sensu speciem excedentis sensibilis, nempe speciem vehementissimi caloris, licet non calidam. Rursus, quòd ex eo damnati crucientur, quia recipiunt speciem vehementis sensibilis, & non quia suscipiunt calorem, patet: quia lapis, & arbor suscipere quidem possunt in se calorem ac frigus, & tamen affligi neuiquam possunt, quia speciem sensibilem non suscipiunt. Species itaque intentionalis ac sensilis impressa sensui animæ, si **Calor & frigus quomodo non contrariantur, nec se impediunt in damnatis.** prouenit ab aliquo improporcionado & excedenti sensibili, est quæ illum lædit & affligit. Ex quo fit quòd, quia ignis & frigus species sensibiles tantum imprimunt dånatis, & inter illas nõ reperitur cõtrarietas, vt dixit Cõmētator. 7. met. tex. 23. idcirco nec se destruunt, nec remittunt in eodẽ subiecto: sicut & species albi & nigri minimè

*Sine eo quòd quis in se recipiat calorem potest igne ex calore uehemèter cruciari.*

secum pugnant, quandoquidem in eadem vnus oculi **A**  
pupilla recipiuntur. Ita dicit Thomas de Argentin. in. 4.  
d. 44. q. 1. art. 3. concl. 1. ad. 2. quod ignis ille in se habebit  
esse reale, sed in damnatis intentionale, & spirituale: licet  
Ricard. ibi, art. 2. quæst. 10. ad. 2. id non placere sibi satis in  
finuet. Sed & idem constare videtur experientia. Sanè  
statim atq; manu, aut pede, aut alia corporis parte ignem  
tangimus, mox per totum corpus acerbissimò dolore cõ  
tremiscimus: hoc autem per ipsam verum calorem, qui  
in momento per totum corpus diffundatur, non vide-  
tur posse fieri. Fit ergo per solam speciem caloris im-  
materiale, quæ sese ingerit per organa tactus, in totum **B**  
corpus, in momento temporis, imò in vnico instanti:  
nam à tempore minimè pendet actio intentionalis. Et  
hæc est causa, ob quam cessante tempore post diem iu-  
dicij, & quiescente cœlo, actiones intentionales exer-  
ceri poterunt, non verò alterationes, corruptiones, &c.

## XIII.

Argumenta  
difficillima  
contra do-  
ctrinam tra-  
dicam.

1. argu. quia  
sine immuta-  
tione reali  
nullus potest  
uerè pati.

**H**ÆC D. Thomæ sententia, alioqui firmiter constitu-  
ta, concutitur multis argumentis: quorum quædam,  
vt dilucidius veritas appareat, proferam. Principiò nō pla-  
cet hæc sententia Ricardo. 4. dist. 44. art. 2. quæst. 7. Hen-  
rico, Quodlibeto. 11. q. 8. Scoto in. 4. dist. 48. quæst. 2. &  
dist. 49. quæst. 13. Durando. dist. 44. quæst. 10. art. 2. Maiori.  
quæst. 4. Aureolo, & alijs quorum rationes adducit Pa-  
lude eadem dist. quæst. 6. artic. 3. à numer. 11. vsque ad. 20.  
sed recipiuntur sunt. 1. quia per immutationem intentio-  
nalem nihil reale abiicitur à corporibus damnato-  
rum, nihil reale suscipitur, sed solùm id quod est na-  
turæ conueniens, scilicèt, species sensibilis, qua potius  
perficitur quàm læditur sensus. Confirmatur, quia si  
tota passio damnatorum reducitur ad intentiona-  
lem, & non ad realem susceptionem caloris, & frigo-

ris

**A**ris, iam non affligentur damnati secundum veritatem ab **Nota.**  
igne & frigore, sed solùm à sua fallâ apprehensione aut  
imaginatione. Vnde Henricus in illa. q. 8. hanc rationem  
plurimum exaggerans, dicit, nullo modo posse causari  
dolorem, si non adsint duæ causæ, quarum prima est im-  
mutatio corruptiua realis: secunda verò, apprehensio ta-  
lis immutationis. Et quidem in soluendo hoc argumen-  
to multum defudant Palude supra ar. 2. Capreolus eadē  
d. 44. q. 2. ar. 2.

Secundò insurgit quidam recens scriptor, contra ean- **2. Ex scrip-**  
dem nostram doctrinam, dicens: Diuinas scripturas, quã **turis.**

**B**do id licuerit, sub propria verborum significatione oportet accipere: sed scriptura dicit, **Apo. 16.**  
Aestuauerunt homines ab **Luc. 16.**  
æstu magno. Et diues dicebat, crucior in hac flâma. Et il- **1021. 15.**  
lud, In ignem mittent, & ardet &c. Non ergo licet ad tro-  
picum & translaticium sensum hæc tam expressa ver-  
ba deflectere, vt dicamus, solùm per speciē sensibilem  
caloris, non per verum calorem cruciari damnatos. Ita  
Michael de Palacios in. 4. d. 45. Disput. 2.

Tertiò contra illam rationem quæ nititur cœlorū mo- **3. Quia ces-**  
tui arguit Durand. in. 2. d. 15. q. 3. Ricard. supra. q. 6. & Hen- **sante motu**  
ricus supra, & alij ex articulo Parisiensi, qui sic habet: Di- **cœli, potest**  
cere quod cessante motu cœli, si ignis esset iuxta stuppâ, **esse actio**  
non combureret eam, error: saltem respectu damnatorū **&c.**  
omniò expedit vt id dicamus, quod verissimè dictum  
est à Thoma de Argent. in. 4. d. 44. q. 1. ar. 3. concl. 1. ad. 1.  
quod post iudicium absoluitur ille ignis ab ordine & de-  
pendentia naturali: & ideo non aget in virtute cœli sed in  
virtute Dei. Cõfirmatur, quia non satis intelligitur hæc  
dependentia omniū actionu naturalium à motu cœli: nã  
inquiri, motus ille cœli, est ne principiū alicuius altera-  
tionis? nō sanè: quia motus localis non est aliqua qualitas



aut forma, & sic nec formale alicuius motus principium. **A**

Postremò Ricar. d. 44. arti. 2. q. 10. ad. 2. fortiter impugnat illud exemplum de specie albi, & nigri, quæ simul recipitur in oculo. Nam dicit, quod si illæ duæ species simul recipiuntur in eadem parte oculi, impediunt se à sua actione, sicut cum per vitrum rubeum respicitur aliquid album. Multò ergo fortius species calidi, & frigidi simul in tactu receptæ sese in suis actionibus impedirent, cum tactus sit sensus longè minus spiritualis quàm visus. Et quidè sunt argumèta difficillima. Hoc ultimo mouetur Ricar. ad tenendum quòd sit alternatio, & transitus caloris, & frigoris in damnatis.

**B**

**XV.** **A**D primum horum dicimus, reuera appetitum animalis à nullo ledi aut delectari, nisi mediante apprehensione: quod & Scotus obseruat. d. 44. q. 3. ar. 1. quam ob causam lapis aut lignum, doloris & delectationis non sunt capacia: propterea quòd quantumuis immutentur naturaliter à qualitate contraria: non immutantur intentionaliter per sensationem. Quod si arguas, si corpus beati poneretur in igne, minime læderetur, & tamen per sensum tactus sentiret calorem, ergo non consistit dolor in sensatione intentionali, sed in passione reali. Quod est etiam argum. Scoti. d. 44. q. 3. §. Contr. 2. ar. Ad hoc Palude supra. q. 6. num. 24. haud dubiè dicit, quòd sentiret beatus tactu calorem. Cum verò petitur, Quare non læderetur, & doleret? Causam reddit ab extrinseco, scilicet, à voluntate Dei, quæ lesionem impediret. Eadem causam approbare videtur Capreolus. d. 44. q. 4. ar. 3. ad. 2. Durand. contra primam conclusionem, licet statim in solutione ad 3. eam deserat: & quidem meritò, eo quòd in his rebus philosophicis, non est statim recurrendum ad solùm Dei placitum, sed ad naturalem intrinsecam causam talis effectus.

Refutantur hæc argumèta.

si corpus beati ponetur in igne, non cruciaretur. & quare.

3. Causa.

**A**fectus. Quia propter causam, alij eam esse dicunt, quia beatus non apprehenderet illum calorem ut nocivum: contra verò damnatus: Non enim immeritò dixit Auicena. 9. Metaph. animas interdum torqueri ex similitudine quadam apprehensa, qualis est somniantium. Et vulgò dicitur, Imaginatio facit casum. Hinc enim prouenit, quòd plerique nimio ac insolito timore aut mœrore correpti, exhalant animas, sine eo quòd immutentur realiter, ut etiam obseruauit Palacios Disput. 2. licet id non satis probet. Reddi etiam alia huius diuersitatis potest causa, & hæc est impassibilitas, & cæteræ gloriæ dotes: quibus à lesionem quacunque seruatur beatus. Et sic multum licet iuxta ignem constituatur beatus, neutiquam dolore etiam pertenui lædi poterit, non sic damnatus. Hinc Henricus quodlibeto. 9. quæst. 16. ad finem sic ait: Qualescunque sint actiones in corpore beato siue ad extra siue ad intra non plus patietur quàm modo patitur sphaera Lunæ à calore ignis quem in sua concauitate continet. Idem habet ad verbum Thom. Argent. supra, conclus. 2.

3. Causa.

**B** Ad secundum responderetur, iam ostensum à nobis esse, quæ absurda sequantur, ex eo quòd vera actione Physica & alteratione naturali, ignis & frigus agant in corpora damnatorum: nam ea ut in epitome reducamus, sunt: Primum, quia cessante motu cæli, ut reuera cessabit, cum reassumptis corporibus nocentes cruciabantur, nulla physica alteratio esse poterit. Secundum, quia iam corpore damnati qualitates illas caloris & frigoris suscipiente aut simul, aut successiue: oporteret vnâ qualitatem ab altera remitti, ac impediri, aut misceri, & sic dolorem damnati magna ex parte leuari. Tertiū, quia si physicè ac naturaliter immutantur illa corpora, necessum est ut tandem dissoluantur, ac corrumpantur:

**Absurda** quæ sequuntur, ex eo quòd ignis & frigus physici agant in damnatos.

**C** corpora damnatorum: nam ea ut in epitome reducamus, sunt: Primum, quia cessante motu cæli, ut reuera cessabit, cum reassumptis corporibus nocentes cruciabantur, nulla physica alteratio esse poterit. Secundum, quia iam corpore damnati qualitates illas caloris & frigoris suscipiente aut simul, aut successiue: oporteret vnâ qualitatem ab altera remitti, ac impediri, aut misceri, & sic dolorem damnati magna ex parte leuari. Tertiū, quia si physicè ac naturaliter immutantur illa corpora, necessum est ut tandem dissoluantur, ac corrumpantur:

tur: quia planè si corpus verè & physicè calefit & ardet, non potèst tandem non resolui ac corrumpi nisi ingenti ac iugi & continuo Dei miraculo præseruetur. Præstat, vt quoad fieri poterit, exclusis miraculis, naturas & actiones rerum seruari dicamus: ac proinde postquam sola actione intentionali satis torqueri damnatos oltè dimus, eam solam actionem ponamus, ne in prædictis offendamus scopulis & incommodis.

*Motus localis cæli, est causa omnium motuum, & actionum naturalium.*

Ad tertium dicit Arist. 2. cæli tex. 2. circulationem cæli esse causam principij motus aliorum. Et tex. 17. & 20. & 28. idem ferè dicitur, & 8. Physicorum. tex. 1. & li. 2. de Gener. tex. 57. & 1. Meteororū & c. idè inculcat sepe numero: nepe, motū cæli causam esse motū inferiorū. Est nāq; cælū, primū agens, primū mouens respectu motū eiusdem ordinis: non sic respectu actionū intentionaliū. Idèd rebus suæ naturæ relictis, nec stuppa ab igne, nec corpora danatorū à frigore aut calore vnquā vtiquā post die iudicij, patientur aut corrūpentur. Exacta huius explicatio videatur in Capreolo in. 4. d. 44. q. 4. art. 3. 9. Ad argumenta Durandi. 2. loco inducta. vbi copiosè de istis dixerit, & excutit articulum illum Parisiè sem. Vide etiam. q. 2. ar. 3. Sed & Henricus Quodlibeto. 11. quæst. 15. longam instituit disputationem, sub hoc tenore: Vtrum cessatio motus cæli post iudicium, erit causa in corruptionis corporum damnatorum. Qui locus à viro philosopho ac Theologo nulla ratione prætereundus est. Licet autem motus localis cæli non sit eius virtus, qua agit, est tamen causa sine qua non ageret in his inferioribus. Simile est in corde, quod si à motu cessaret, minimè viuere posset animal: at certum est motum localem non esse conditionem formalem viuificandi.

Ad. 4. dicimtis, ita esse impediri tunc temporis illas visio

A visiones, non tamen propter species quæ se impediunt, sed propter indispositionem mediij. Quod in cæteris etiam sensuum medijs facile est videre. Porrò si doctrina hæc à nobis tradita, vera est: & quidem vera est, si ego rectè dispicere, ac collimare potui: eadè ratione cæteri sensus damnatorum à proprijs obiectis improprietatis ac excellentibus, validissimè affligentur. Verum cum fœtor, sapor, & sonus non possint suas species multiplicare in inferno, partim propter defectum mediij, partim propter defectum alterationis, & fumalis euaporationis, & realis corporum confectionis, quæ vt odor, sapor & sonus causentur, necessariæ sunt: res mihi est longè difficillima intellectu, quo pacto post iudicium, quando omnis corruptio, & alteratio cessabit, exercere sensationes illæ possint auditus, gustus & olfactus. Et de Beatis post resurrectionem corporum par est dubitandi ratio, si rerum naturas, & non peculiare Dei dispensationes attēdamus. De his me aliquādo in huius quæstionis calce dicturum pollicitus sum. Sed metu prolixitatis interceptus fidem ex parte frangere cogor. Tantum metus ille vestra patientia & attentione abutèdime deterret. Remitto vos ad Abul. in Matth. cap. 25. quæst. 560. Sanct. Thom. in. 2. d. 2. quæst. 2. ar. 2. & in. 4. sent. latissimè, Henricum, quodlib. 7. quæst. 7. vbi planè post multa, recurrit ad miraculum, Sot. 4. d. 49. quæ. 4. ar. 5. In quorum & c. In quorum explicationem si multas ego moras nunc traherem, in detrimentum aliorum, quæ adhuc hodiè tractanda supersunt, verteretur.

Ne ergo vertatur, ego me ad aliam conuerto disputationem.

*An cætera obiecta sensuum imprimant suas species in sensibus damnatorum.*

# Q V A E S T I O A

## SEXTA POSITIVA.

*Sit ne in veteris testamenti voluminibus apertus locus, in quo Deus ipse, & non tantum Christus passurus esse dicatur?*



Atissimus campus sese nobis aperiebat, in quo longè liberius quàm vsquam vnquam, ac libèrius expatiarer, si à me impetrare potuisssem, vt in superioribus disputationibus parcius me gessissem. Ergo disputationem hanc temporis breuitati accommodabo, quando quidem tempus ipsi accōmodare non possum.

I.  
*An Codices Hebraei, qui bus nunc utimur, vitiatii sint.*

Iob. 32.  
Nume. 11.

Raptim veruntamen à me admonitos vos esse volo, nullam habendam esse rationem quorundam doctorum, qui vt inueniant scripturas, in quibus Dei mors ac passio cōtineantur, confingunt (vt ita dicam) scripturam quandam sacram, ab ea quam nunc Ecclesia tenet & venatur, longè disidentem: nam contendunt, codices Hebraicos, quos nunc temporis habemus, vitiatos esse & corruptos, & à veris originalibus distare quàm plurimum. Quoniam, dicūt, (vnum aut alterum vt è multis deligamus exemplum) Iob. 32. vbi nunc habetur Hebraicè, & condemnabunt Iob, erat olim. Et condemnabunt Deū. Et Nume. 11. vbi dixit Moyse ad Deum, Obsecro vt interficias me, vt non cogar videre malum meum: scriptū erat

Quòd in lib. vet. test. mors, & pas. Dei hab. 509

- A erat olim, Et non cogar videre malum tuum. Et Malach. 1. vbi nunc legimus. Ecce de labore, & exuffiaistis il lud, dicit Dominus: scriptum erat olim, Exuffiaistis me, seu expirare fecistis me. Ita referunt Porchetus. l. p. Victorie aduersus Iudæos. c. 15. Galatinus lib. 1. de Arcanis. ca. 8. Adrianus Finus lib. 3. & 6. Flagelli Iudæorum Cano. li. 2. de Lois. c. 13. & 14. vbi plurimos Patres citat pro hac parte: Hermas Lætmatius li. 8. de instaurāda religione. c. 6. Iacobus de Valentia, Petrus Antonius Beuther, & Figuierola, Lindanus, Titelmanus, Leo Castrēsis, & multi alij, quorum concors sententia hęc est, quòd data opera
- B Hebraicos codices corruerunt Iudæi. Sana tamen ac recta intentione, vt quidam eorum referunt. Nam dicunt, Rabbi Iohanam, ex nomine Rabbi Simeō scriptum reliquisse, Bonum est vt euellas literam vnā de lege, & sanctificetur nomen Dei in publico: Quasi diceret: Expedi puncta aliqua mutare, & literulas inuertere de sacris voluminibus, ne res tam absurda de Deo dicatur, vt pote quòd passurus, & probris afficiendus, & morte plectendus aliquando Deus sit, vide Syxtum Sen. lib. 2. hæresi. 2. In eadem sententiam incidisse videntur Orig. homi. 12. super Hieremiam, Euseb. lib. 4. hist. Eccle. c. 18. D. Hier. ad Galatas. 3. & Iustinus, cuius tamen in illo Dialogo mentem, arbitror non satis accuratè legisse eos, qui cum allegant pro hac parte.
- In hanc tamē ego sententiam nunquam descendam, vt existimem, vitiatos esse vnquam Hebraicos codices: imò censeo incorruptos & intemeratos seruari ab eis temporibus, quibus scripti sunt, ad nostra vsque tēpora. Nec destituta est hęc sententia patronis grauissimis. Eam parte sunt tuerentur Aug. Eugubinus, Driedo. Caiet. Lyran. Burgē. Vega, Syxtus & D. Hiero. vbiq; locorum & quidam alij

*Quod Iudæi sanantētio- ne corruerunt Codices Hebraicos.*

*Tenendum est quòd Hebraici codices nulla in parte sunt corrupti.*

nostri temporis, doctrina & pietate praestantes viri. Sed praefertim ab illis verbis lege D. Hiero. in Commen. Isai. ca. 6. Si quis, inquit, dicat Hebraeos libros à Iudæis esse falsatos audiat Origenem & c. vsq; ad, Vt Iudæi falsaturi erant. Vide D. Thom. in Epist. ad Rom. ca. 9. ibi, Maior seruiet minori. Tertul. in Apolog. ca. 18. & 19. Et omnium optimè D. Aug. 15. de Ciuit. c. 13. Nullus prudens (ait) debet credere, Iudæos tam longè latèq; dispersos conuenisse, & conspirasse in sacrorum voluminum corruptione, vt dum alijs inuidebant, scripturae se priuarent pura veritate. & c. Vide ibi Diuum Augustin. Et quidem cum res hæc grauissima sit, praestaret eas silentio inuoluere potius quàm tam parcè tractare. Tempus me tamen deficit, quem minimè deficeret magna rerum copia, qua asfererem ac vindicarem hanc diuinorum voluminum puritatem, ac integritatem. Illis ergo locis praetermissis, inuestigandi & inquirendi nobis sunt alij ex veris thesauris sacrorum voluminum, quos nunc habemus, & quos semper nos habuisse credendum est. Porrò ex innumeris, quæ possem loca depromere, hæc paucis explicata propono.

II. **I** Sai. 53. vbi vulgò legimus, Et nos putauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo, & humiliatum: in Hebraico textu ad verbum sic habetur. *Et nos putauimus eum tactum, percussum Deum, & humiliatum.* Quinimò magis ad verbum, quàm si vertamus. Percussum à Deo, eò quòd in Hebraeo non habetur praepositio illa, A. Quod & Leo Castrensis ibi aduertit. Vbi & dicit D. Hieronymum & 70. vertisse percussum à Deo, quia fortassis 70. tunc temporis formidarent vertere, Percussum Deum, quia pro Gētilibus vertebant Hebraicos codices. Hac enim de causa permulta fidei mysteria silentio conuoluerunt. 70. ne blas-

A blasphemandi occasionem Gentilibus, in quorum gratiam vertebant scripturas, darent: quod dicit Hierony. in Epist. illa, quæ incipit: Desiderij mei. Refert autem Diogenus Papias Dandradæ Lusitanus optimè de Christiana religione meritis, in Defensione Tridentinæ fidei lib. 4. nouisse se multos Hebræorum non vulgares ex Africa, qui sola lectione huius capituli 53. Isai. inducti fuere ad deferendum Iudaismum, & amplectendam fidem Christi. Cum verò Papias quosdam eorum sæpè numero rogitasset, Quidnam in illo. c. 53. reperissent, quòd eos ita commouisset, dicebant: illis verbis, *Percussum Deum & humiliatum.*

Iudæi Afri  
conuersi ad  
Christum ex  
lectione hu-  
ius loci. Isai.  
53.

B se eatenus esse persuasos, vt non possent non credere, Iesum Christum, qui sic fuit percussus & humiliatus, & de quo in illo. c. 53. tam apertè scribitur, esse verum Deum. Hæc ergo verba passim deuotissimè repetebant, *Percussum Deum & humiliatum.*

A lter locus affinis præcedenti est, quem breui proferam, Deut. 21. vbi de homine flagitioso, ob sua scelera crucifixo, sic dicitur: Non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus à Deo est qui pendet in ligno: & nequaquam contaminabis terram tuam. Breuiter multiplex huius loci versio sic constituitur ab Adamo, in Epistola ad Galat. cap. 3. Septuaginta verterunt, Maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno. Aquila verò & Theodotio, Maledictio Dei est qui suspensus est. Symmachus, Propter blasphemiam Dei est suspensus. Rabbi David in lib. Radicum, Ob maledictionem Dei suspensus est. Hebeon ille hæresiarcha semitudaus & semichristianus, vertit Iniuria Dei suspensus est. Barchanina Iudæus, quo nocturno præceptore usus est Hiero. ad hunc modum legit, *Contumeliosè Deus suspensus est.* Harum lectionum hæc vltima arridere nobis de-

III.  
2. locus Deu.  
21. Deus sus-  
pensus in lig-  
no.

bet. Et certè est mirabilis: cui proinde nihil derogat, quòd à Iudeo illo perfido adducta sit. Tū quidem, quoniā Hebraica litera optimè patitur hanc versionem: tū etiā, quia si inimici nostri sunt iudices, vt habet scriptura, & tamen ipsi nobis hac in parte suffragantur, cur eorum censurā ac sententiā refutabimus? Iuuat Procopius Gazæus, qui, vt refert Leo Castrensis in Apologetico lib. 5. sic verti posse illum locū dicit, Maledictus est omnis Deus, qui pendet in ligno. Quā lectionem si sequamur, probè quadrāt quæ inibi adiunguntur. Non permaneat cadauer hominis crucifixi in ligno, vsq; ad diem alteram, quoniā contumeliosè Deus suspensus, seu suspendendus est. In honorem ergo Dei aliquando suspendendi in ligno, lege cautum erat, vt crucifixiā vita functi honorifica afficerentur sepultura, quanuis viui ignominiosa morte succubuissent. Eò Deus etiam ignominiosè occidendus, & in patibulum agendus erat: & tamen gloriosam sepulchrum erat habiturus vt habet Isai.

Crucifixi eadem die erant sepeliendi apud Iudæos.

Isai.

III. Tertius locus produci potest ex Psalm. 40. vbi nanq; nos legimus: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, punctis variatis certissimū est sic verti posse: Beatus qui intelligit Deum egenū & pauperem. Nam vox Hebræa, El, quæ ibi habetur, & quæ cum puncto Segol, significat, super: cum puncto, Cere, significat Deum. Est autē certo certius, puncta illa ad sacram scripturam minimè pertinere: ac proinde salua semper & intemerata permanente factorum voluminum autoritate ac puritate reijci ac mutari possunt: na & Hebræi ipsi, vbi suam Torah, id est, legem & scripturam incorruptam & sacrosanctam seruant, non habent illam punctis distinctam, ac vocalibus illis dispunctam. Certè D. Hiero. puncta ad libitum ponere & variare, dumodò textus rectè cohæreat, & lite-

Puncta & uocales Hebræorum codicum non sunt sacra scriptura.

Quod in lib. vet. test. mors, & pas. Dei habe. 513

A re relinquuntur intacta, nobis permittit. Nam in Epistola ad Euagrium, sic habet: Nec refert, vtrū salum, vel salē nominetur, cum pro voluntate lectorum, & varietate regionū, eadē verba diuersis sonis & accentibus proferantur. Et super Isai. c. 21. in illis verbis: Ad me clamat, ex Seir, dicit: si volueris legere, Eli, sonat, Deus meus: Si verò legas, Elai, sonat, Ad me. Ecce vbi permittit vtrouis modo legere. Et super Isa. 26. in illis verbis: Morientes non viuunt, dicit, Vbi nos habemus, Perdidisti omnem memoriā eorū. legunt. 70. Perdidisti omnē masculū eorū. Nā si legas, Zecher, significabis memoriam: si verò, Zachar, masculū. Et subdit, inde quosdā opinari deceptum fuisse Saulē. 1. Reg. 15. quia præcipiente illi Deo, vt disperderet Amalechū, & omnem eius memoriam, ipse intellexit: Et omnem eius masculum: & idè interfecit quidē omnem masculum, reseruauit tamen sibi multa alia.

Isai. 21.

Isai. 26.

1. Reg. 15.

Cur Saul nō destruxit omnē memoriā Amalech, ut Deus iusserat.

Quarti loci autoritas plurima est ad nostrum propositum, & expenditur ab Adria. Fino li. 3. c. 13. & lib. 6. c. 71. nam Zach. c. 12. sic loquitur Deus per prophetam, In illa die quæram contere omnes gentes, quæ veniunt contra Hierusalem: & effundam super domum David, & super habitatores Hierusalem, spiritum gratiæ & precum: & aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, &c. Profecto per quàm illustre & perspicuum est hoc testimonium: nam primū omnium Deus de se ipso aperitissimè loquitur, dū ait: Quæram contere oēs gentes, & effundā spiritū gratiæ. Et quomodò enim hæc alicui, siue homini, siue Angelo adaptari possunt? præter quàm quòd ibi dicitur, verba illa esse Dei: nam habetur: Hæc dicit Dominus, &c. Et mox ait, Aspicient in me quem confixerunt, & plangent super eo, id est, super me

V.

4. locus ex Zach. 12.

me mutatio personæ familiarissima est in scriptura. Vñ **A** veruntamen mihi hoc loco obseruandum videtur, Græcos hoc testimonium Zachariæ nusquam reperire: nam in translatione. 70. non reperitur, eo quòd ipsi sic verterrunt locum illum, Aspicient ad me pro eo quod insultauerunt. Cuius versionis occasio ait D. Hieron. fuit similitudo elementorum Daleth, & Res, quæ paruo tantum apice, apud Hebræos distinguuntur: nam Dacar, perfodere seu trāsfigere: Racad vero saltare, vel subsilire significat, vt patet ex Pagni. in Thesau. Vide Oleastrum super Leuit. c. 24. ibi, Et maledixit filius mulieris, &c. D. vero Ioann. c. 19. hoc allegans testimonium non coniecit oculos in id quod. 70. verterant, sed Hebraicam sequutus est veritatem. Ad idem allusit idem Ioannes Apocalyp. 1. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, vbi pro, pupugerunt, Græcis est idem verbum quod hoc loco. Porro & statim sequitur in Zacharia, Plangent super eo, & dolebunt super eo, videlicet, super Deo & Domino suo: nam tam miserè erat plectendus Deus, & tam multis tormentis conficiendus vt lacrymas eliceret ex omnium oculis & ad commiserationem omnes commoueret.

*Illud, Aspicient ad me, quæ conspexerunt, non habetur in 70.*

*Ioan. 19.*

*Apoc. 1.*

*Zach. 12.*

**VI.**  
*5. nomē Iehoua deducitur à voce quæ significat miseriam. & tormentum.*

**P**Ræsto est & aliud testimonium, quod excerptū est à me ex Oleastro super Gene. cap. 2. de nomine Iehoua, **C** quadrilitero illo celeberrimo Dei nomine. Dicit Oleaster, hoc nomen quod est Dei proprium, & nulli vnquā creaturæ in scriptura communicatum, quemadmodum cætera Dei nomina, quæ & creaturis interdum adaptantur, vt statim cursim dicam, dicturus. q. 10. posit, fufsus. Hoc ergo nomen Iehoua deducitur ab Houa, à radice Haua, quæ significat euentum malum, & tristem contritionis & tormenti, vt dicit Pagninus ex Rabbi Dauid, in The-

**A** The sauro linguæ sanctæ; verbo Haua, quasi insinuetur nomine ipso futurum, quòd Deus tormentum & contritionem perpeffurus esset. Sed tamen noluit Deus, vt huius significationis arcanæ omnes essent conscij: nam non citra magnam causam Exod. 6. quantum ego conijcio, **Exod. 6.** dixit Deus ad Moysen: Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotenti (Hebraicè in El Saddai) & nomē meum Adonai (Hebraicè Iehoua) non indicavi eis. Id est, ostendi me illis fortem & potentē (hoc enim significant illa nomina Dei, El, Saddai) non verò ostendi me eis in nomine Iehoua, hoc est, tristem, contritum, pauperem, qualem ostendam me in nouo testamento. **B** Is locus Exod. 6. celebris est in scriptura, multifariam explicari solet: in hoc tamen omnes conueniunt, quòd arca illius nominis, Iehoua, intelligentia non innotuit in veteri testamento. Mihi quod tradidi valde placet. Et quanuis Gene. 4. in fine dicitur, Tunc cœptum fuisse inuocari nomē Iehoua, quod ita explicuit Caie. super Exo. c. 6. tamen quantum ad prædictam nominis interpretationem spectat, nondum eis innotuerat nomen illud.

*Nota maximè hanc expositionem.*

*Gen. 4.*

**S**ed quando aliorum non esset copia testimoniorū, illud quod Hieremias in Threnis nobis offert, tā perspicuè demonstrat passurū ac moriturū Deū; vt nihil exactius nihil apertius desiderari queat. Sic ergo dicit propheta, Spiritus oris nostri *Christus Dominus, captus est* in peccatis nostris. Hunc quidem locum doctores Hebræorum pleriq; interpretantur de Rege Iosia, qui interfectus fuit à Pharaone Nechao. Alij de Rege Sedechia comprehenso ab inimicis. **4. Reg. 25.** Verum isti pro peccatis suis comprehendi, capi & interfici optimè potuerunt. Cum verò vates pro peccatis nostris dicat, captum fuisse illum, de quo loquitur, necessum est vt alium quæramus, cui hæc

**VII.**  
*6. locus ex-prefsissim⁹, & elegantissimus.*

*4. Reg. 25.*

f qua-

Iehoua nomē  
Dei propriū.  
Is ergo mor-  
tuus. &c.

Hiere. 22.

Isai. 9.

Nomen Ieho-  
ua propriū  
Mesiæ.

quadrent. Is est Christus Dñs verus Deus. Quoniã tamẽ A  
res hæc exposita est multis calūnijs, & cauillationibus Iu-  
deorū, nisi eorū ora alijs rationibus obstruamus, sciendū  
est id quod optimè consideratū est ab Adria. Fino, lib. 3.  
Flagelli. c. 24. Petro Galat. lib. 8. de arc. Cat. c. 10. in fi. ibi  
in isto testimonio Threnor. 4. cum dicitur, Christus Dñs  
captus est in peccatis nostris, loco illius vocis, Dñs, habe-  
ri in Hebræo nomen Dei tetragramatō, quod nulli homi-  
ni conuenit nisi soli Deo, vt præ alijs dicit Orige. super  
Nume. homi. 14. Initio. Neq; cōtra hoc est Burg. in addi.  
ad. c. 17. Iudic. vt. q. 10. posit. fortasse tractabo. Atque adeò  
apertè habetur in hoc testimonio, Dñm Deū capiendū & B  
plectendum esse pro peccatis nostris. Quòd verò hoc no-  
men tetragramatō, scilicet, Iehoua, quod his quatuor li-  
teris Hebraicè scribitur, Ied, He, Vau, He, sit Deo pro-  
priū, sitq; nomen Mesiæ in scriptura, patet ex illo elegā-  
ti loco Hier. 22. Ecce dies veniūt, & suscitabo Dauid ger-  
men iustum, & regnabit Rex: & hoc est nomē, quod vo-  
cabunt eum, Dñs iustus noster: Hebraicè, Iehoua. Huius  
loci vim ab impijs Iudæis asserunt Galatinus, Porchetus,  
Adrianus, &c. Et item illud pulcherrimum, Isai. 9. paru-  
lus datus est nobis, & vocabitur admirabilis, Deus, fortis.  
Scio hæc duo loca deprauari ab Hebraizantibus: nam le C  
gunt, Et hoc est nomen quod vocabit eum Dñs. &c. Ita-  
que non vocabitur ipse Mesiæ Dñs aut Rex: sed Dñs  
Deus vocabit eum, & imponet ei nomen. Alter similiter  
corrūpitur. Sed nobis satis est, quòd ipse Chaldaicus Pa-  
raphraistes, pro nobis est in illis locis. Vide Adria. Fin. lib.  
3. Flagelli. c. 17. 18. & 36. Nec prætereandi sunt Galat. lib. 3.  
de arch. c. 8. 9. 10. & 11. & Porchetus. 2. p. Victoriæ. c. 1. vbi  
lausissimè, & eruditissimè ostendunt nomen illud tetra-  
gramatōn, propriū esse Mesiæ, & nullum alium nisi  
Deum

A Deum vocandum vnquam, aut vocatum hoc nomine.  
De quo ego. q. vlt. posit. dicam. Scio Iudæos hac via sub-  
terfugere veritatem: nam dicunt, quando huic nomini Ie-  
houa additur aliquid in sacra scriptura, tūc non significat  
Deum, sed hominem, vt sunt Latine nomina, Deus de-  
dit, Deodatus Gratiadeus, Quod uult deus. Quibus in  
nominibus vox Deus non significat Deum. Sic ergo in  
illis locis, eò quòd aliquid adijcitur nomini Iehoua, nam  
dicitur, Spiritus oris nostri Christus Dominus, vel Domi-  
nus iustus noster, dicunt non significari Deum verum,  
sed hominem. Sed hæc puerilia sunt Et quidem si Iudæo  
rum technis mouemur, nullus erit tam fixus locus, nullus  
doctrinæ arx tam munita, vnde præcipites nos iactare nõ  
vehementer molliantur. Nam & illum alioqui constitu-  
tissimum Zach. 12. locum peruertere hac lectione conan-  
tur, Aspicient ad eum quem confixerunt. Cum omnes  
Hebraici codices habeant, Aspicient ad me, &c. Refert  
Galatin. lib. 8. c. 17. & Porchetus. 1. p. Victoriæ. c. 16. circa  
medium. Vbi Porchetus, & Galat. c. 10. in fin. sic legunt,  
locum hunc: Spiritus oris nostri *Christus tetragrammaton.*  
*captus est in retibus.* &c.

A Ccipe alium locum Isai. 43. Ego sum, ego sum ipse,  
qui deleo iniquitates tuas propter me. Verumtamẽ  
seruire me fecisti in peccatis tuis & præbui mihi labo-  
rem in iniquitatibus tuis. Sic. c. 1. dixerat, Laboraui susti-  
nēs. Porrò egregiã habet antithesim cū versu præcedēti,  
ibi. c. 43. dicit Deus: Non ego te seruire feci in oblatione,  
nec laborē tibi præbui in thure: verumtamẽ tu seruire me  
fecisti in peccatis tuis, præbui mihi laborem in iniquita-  
tibus tuis. 70. pro seruire me fecisti, verūt, Defendā te, seu  
oblatus sum pro te, vel fui scutum pro te: & expedit hūc  
locum Adrianus lib. 3. c. 25. Illud etiã quod habetur Deut.

VIII.  
7. Locus.

Isai. 43.  
Isai. 1.

Deut. 28.

et 30.

Christus uis  
tanostre, et  
Deus noster  
crucifixus.I X.  
9. locus. Do  
minus regna  
uit à ligno.  
Psal. 95.Vox, à ligno  
non est, nec  
fuit unquam  
de textu sa-  
cro.Viri crucifi-  
xi erant uer-  
si ad populū:  
foeminae ad  
lignum.

28. in fine, ex Hebræo: Et erunt vitæ tuæ suspensæ tibi coram, & non credes in vitas tuas, magnificatur à Galati. lib. 8. c. 17. & à Porcheto in Victoria aduersus Iudæos. 1. p. c. 16. longè ante mediū, eò quòd statim Deut. 30. in fine. Deus appellatur vita, ibi, Ipse enim est vita tua. Dicitur autem Christus, Vitæ, in plurali, propter duas vitas quas vixit alteram æternam, temporalem alteram.

**S**ed postquam de veri Dei suspensione in ligno, sermo sese obtulit, non potuit etiam sese nobis non offerre locus Psalm. 95. Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno. Scopulus iste est in quo multi offendunt. De hoc ligno crux confecta est, vnde per plura ingenia perederunt. Meum ego inde suspendere nolo: cum, quia cum nullo fructu id facerem: tum, quoniam aliò vocor, quòd ego si huic palo affigor, non veniam. Venire autem me non solum libet, sed expedit. Breuissimè absq; contentione fateor, antiquos Patres sic legisse, Dominus regnauit à ligno, Tertul. lib. 3. aduer. Martionem, & lib. 1. aduer. Iudæos, Ambros. super. 1. Cor. 15. August. bis, super Psalm. 95. Demum Orig. Iustinus, Hilar. Calsiod. Isid. &c. Verùm illam vocem, à ligno, vnquam hactenùs fuisse in Græcis, Latinis, aut Hebraicis originalibus, ego constanter nego. Vnde prætermisis alijs, existimo vocem illam, per paphrasin olim additam fuisse, illi loco Psalmi. 95. & inde irrepfit in Codices aliquorum. Ita habet Faber Stapul. in Psalm. lege Couar. lib. 4. var. resol. c. 5. nu. 5.

Circa crucifixos autem duo scito. 1. ex Porcheto in. 1. p. Victoria. c. 16. ex libro Iudicum Hebræorum, qui dicitur Sanhedrin, quòd virorum suspensorū in ligno facies erat versus populum: foeminarū verò versus crucem, causa honestatis, & pudicitiae. Aliud etiā recreandi animi gratiā scito, nō solū apud Iudæos fuisse in vsu crucifixionē, sed & apud

**A** apud Gentes. Præ cæteris illud quod Iustinus lib. 22. histor. circa finem, ait, profero: Ob quam noxam, ait, in medio foro à Pænis patibulo suffixus est Bomilcar, vt idē locus monumentum suppliciorum eius esset, qui ornamentum antè fuerat honorum. Sed Bomilcar magno animo crudelitatem ciuiū rulit, adeò vt de summa cruce veluti de tribunali, in Pænorum scelera concionaretur, obiectans illis crimina &c. Hæc ille. Quod portentū fati accedit ad id quod de Christo Domino, quodq; de D. Petro nostræ historię referunt. Discrimen tamen est quod Bomilcar ob noxam actus in crucem est, & ex ea, **B** crimina improperebat ciuibus: quorum opposita Christus & Petrus gesserunt.

**V**ale longum, ac vltimum dicam huic quaestioni feliciter, vt arbitror, cum duo expressissima, & exquisitissima loca protulero. Deuter. 32. vbi habet vulgatus, Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus est Domini creatoris tui. sciunt quotquot Hebraicos codices consulerunt, sic ad verbum posse verti. Deum, qui te genuit, debilitasti: & oblitus est Deum uulneratum tuum. vel, Occitum tuum. Nam vox, Tefsi, quæ posita est, pro dereliquisti, longè propriissimè significat, debilitasti, vel debilitabis. Vox verò, Moholeleca, secundo loco, uulneratū, vel doloratum, & afflictum tuum ad verbum significat. Et non solum mei, qui per Dei gratiam Catholicus Christianus sum, sed Rabbiorum quorundam hæc fuit interpretatio, in libro Sifre, vel Cifre, vt in Porcheto Carthuliano Monacho eruditissimo in Victoria aduersus Iudæos. 1. p. c. 16. & itē in Rab. Selomo. Et quidem est pulcherrima antithesis, nam pro Deo, ibi, Deum qui te genuit, habetur Zur, quod significat, Petram, vel fortem, vel rupem. Ergo, Fortem tuum, vel rupem tuam, id est,

f 3 Deum

Bomilcar  
de cruce præ  
dicat.X.  
10. et. 11. loca  
præstantissima  
et  
expressissima  
ma.  
Deut. 32.Fortis Deus  
debilitatus,  
uulneratus.



Deum fortissimum tu debilitasti, id est, reddidisti debile, A  
afflictum &c. *Et oblitus est uulneratum tuum*, id est, *Deum*  
*uulneratum pro te*, cuius alioqui nunquam obliuisci, sed sem  
per meminisse deberes.

*Psal. 77.*  
*præclarus*  
*locus.*

Nec minus est elegans quod habetur *Psal. 77.* Ten  
tauerunt Deum, & *Sanctum Israel exacerbauerunt.* Pro *exacer*  
*bauerunt*, habetur Hebraicè, Hithvv, quod verè, ac pro  
priè significat, *Crucifixerunt*, ut ex Lexicis Hebraicis qui  
volet, discet. Ergo *crucifixerunt homines Sanctum Israel*, Deū  
Opti. Max. Vel etiam circumscripserunt, limitauerūt eius  
maiestatem & potentiam, & alligauerunt eam ligno.  
Nam totum hoc significat vox quæ ibi habetur. lege Ti B  
tel. in Annot. ex Hebræo, & Genebr. ibidem super illum  
*Psal.* Certè si puncta ac vocales Hebraicarum dictio  
num demantur aut immutentur, multa huius generis lo  
ca reperientur. Immutari autem & demi licitè posse iam  
diximus, quantum uis (*Helia Leuite* referente, in lib. *Ma*  
*foreth*, siue *Traditionum*) nonnulli falso existimauerint,  
*Moysem* in monte suscepisse à Deo legem non solum  
digito Dei scriptam, sed punctis etiam & vocalibus dis  
punctam: & alij (referente *Galatino* lib. 8. de arc. cat. ver.  
c. 8.) *Esdram* fuisse punctorum authorem. Sed quoniam C  
*Galatini* memini, scito ipsum etiam obseruasse, lib. illo.

*Isai. 53.*

8. c. 14. in illo loco *Isai. 53.* non haberi *Muchemeelo-*  
*him*, sed *Muche Eloim*, hoc est, non habe-

*ri Percussum à Deo sed Percussum Deum.*

*et humiliatum.* &c. ut uidi

*mus. §. 2.*

QVÆ-

Ut sciat Deus futura conting. conditionata. 521

A Q V A E S T I O  
SEPTIMA SCHOLASTICA.

*Utrum, & quomodo Deus effectus contingentes*  
*conditionatos certò & infallibi-*  
*liter cognoscat?*



Mirum est quanta ab hinc pau-  
cis annis omnes facultates in-  
crementa susceperint. Sanè,  
ut de alijs taceam, facultas  
Theologica, quæ angustiis  
olim limitibus constructa te-  
nebatur, iam nostrorum ma-  
gistrorum diligentia & erudi-  
tione ad tam multas easq; gra-  
uissimas & uilissimas materias & disputationes, longè la-  
teque diffusa est, ut nulla iam ei accessio fieri posse cre-  
deretur. At si Theologia, quæ à præceptoribus nostris  
tradita est, cum ea quæ nunc temporis in scholis traditur,  
Cconferatur, angusta videbitur & tenuis: Tam multus est  
quæstionum & rerum cumulus, qui accessit. Ecce iam  
præsentem controuersiam nuperrimè in scholis natam, à  
recentissimis nostræ tempestatis prælectoribus excita-  
tam tractare instituo: quam plurimum lucis allaturam  
polliceor alijs peruetulis difficultatibus de scientia, pro-  
uidencia, voluntate, prædestinatione Dei: ut qui attentè  
eam auscultauerint, experientur.

Primum omnium status controuersie aperiendus &  
explanandus nobis est: nam inquirimus, qua ratione  
Deus

I.  
Explicatur  
titulus &

status  
uersie

Deus cognoscere certò possit contingentia quædam con-  
ditionata, quæ quidem re ipsa nunquam sunt futura: at si  
aliqua apponeretur conditio, forent. Nihil perquirimus  
de euentibus conditionatis necessarijs, qui scilicet neces-  
sariam habent habitudinem, siue ex natura rei, siue ex le-  
ge Dei, cum suis causis: nam hi, licet re ipsa nunquam fu-  
turi sint, possunt tamen certò cognosci, propter necessa-  
riam cõnexionem, quam habent cum suis causis. Verbi  
gratia. Si stuppa poneretur in quarto cœlo, iuxta solem,  
comburetur ab illo: si Iudas decessisset in gratia, obti-  
nuisset gloriam. Sanè effectus isti nunquam erunt, quan-  
doquidem illæ causæ nunquam ponentur. At, quoniam  
ex illis causis positis necessariò habent sequi tales effe-  
ctus, idèd in illis causis cognosci certò & infallibiliter pos-  
sunt illi effectus, licet re ipsa nunquam sint futuri. Cæte-  
rùm quando effectus pendent à causa omninò libera &  
contingenti, & nunquam futuri sunt, non apparet quo-  
modò certò scire Deus possit, quòd tales euentus essent  
futuri, etiam si ponerentur illæ causæ libere: siquidem  
adhuc causis positis non est infallibile, quòd effectus se-  
qui debeat. Exempli gratia. 1. Reg. 23. consuluit Dauid  
Deum, An si remaneret cum hominibus Ceile, esset ab  
eis tradendus in manus Saulis. Responsum accepit à Deo,  
quòd tradendus esset, si penes illos maneret. Cum ita-  
que re ipsa non fuerit traditus, quia fugit, hinc iam digla-  
diantur Theologi, qua ratione Deus certò sciuit, quòd  
Ceilitani tradituri erant Dauidem. Et huius generis frè-  
quentia sunt in sacris Biblijs testimonia, quæ itatim ad-  
glomerabo, in. 1. concl.

1. Arg. quòd  
Deus nò cer-  
tò sciat illa  
futura. ex eo

Iam itaque arguitur, & probatur, quòd Deus non cer-  
tò, sed coniecturaliter eos euentus cognoscat. Primò qui-  
dem, quia communiter Theologi eatenus dicunt Deum

cer-

A certò cognoscere futura, quatenus ipsa sunt sibi præsen-  
tia secundum esse quod habitura sunt in seipsis; vel se-  
cundum esse quod iam habent in suis causis determina-  
tis. Sed sic est quòd euentus illi liberi conditionati nun-  
quam futuri, non possunt esse præsentis Deo, cum non  
habeant esse in seipsis secundum aliquam differentiam  
temporis: nec in suis causis determinatis, quia determina-  
tas nullas habent; ergo non possunt certò cognosci.

Secundò arguitur: Nihil est certò & determinatè sci-  
bile, nisi quod determinatam habet rationem entis, siue  
in se, siue in suis causis: sed effectus isti, de quibus loqui-  
mur, neque in se, vt patet, neque in suis causis habent esse  
determinatum: quoniam nullæ causæ sunt determina-  
tæ ad eorum productionem, ergo determinatè & certò  
à nullo intellectu cognosci possunt.

B Tertio: Quamuis Theologi, præsertim Scot. in. 1. d.  
39. q. 1. conclusione. 3. & vbi infra allegabitur, & Bon. art.  
2. q. 3. & A. Egid. & Greg. & Caiet. 1. p. q. 14. ar. 13. dicant, in  
diuina voluntate, ac in rationibus æternis idealibus cog-  
nosci à Deo futura contingentia: tamen apertè præsup-  
ponunt, quòd Ideæ diuinæ nihil determinatè repræsen-  
tant, nisi secundum quòd accedit determinatio diuinæ vo-  
luntatis, ad illius productionem. Sed sic est quòd diuina  
voluntas nequaquam determinatur ad producenda illa  
futura conditionata, nec illa vnquam futura sunt, nò est  
ergo vbi, & quomodo Deus certò illa possit cognoscere.

C Quartò ad idem. Omnis propositio conditionalis ve-  
ra, est necessaria, vt habent Dialectici, ergo illa proposi-  
tio, si Dauid mansisset apud Ceilitanos, tradendus ab il-  
lis erat, si certò ac determinatè vera est, debet esse neces-  
saria: at necessaria minimè est, vt patet, sed omnino con-  
tingens, ergo neq; determinatè vera est. Sanè cum dico,

4. Ex eo  
quòd omnis  
conditionalis  
vera, est ne-  
cessaria &c.

si essem

si esse Romæ obtinerem beneficium, vt hæc conditiona  
lis sit vera, oportet vt ex vi huius, quod est me esse Ro-  
mæ, sequatur necessario necessitate consequentiæ obten-  
tio beneficij: nam si fieri potest, vt ego sim Romæ, & il-  
lud non obtineam, iam conditionalis non erit vsquequa-  
que vera, & infallibilis: nisi tantum certitudine quadam  
moralis, & coniecturali, humano more & modo. Sed posi-  
to quod Dauid maneret apud Ceilam, non erat fixum,  
& certum quod esset tradendus, & nulla erat necessitas  
siue consequentiæ siue consequentis, ex eo quod ibi ma-  
neret, quod Ceilitani eum traderent, sed quædam proba-  
bilitas attentis circumstantijs, ergo non erat determinatè  
verum & consequenter nec illud Deus determinate cog-  
noscebat, quod Dauid ibi manens tradendus esset.

Hæc argumenta vim habent fateor quæ doctos aliàs &  
constantes nostri temporis Theologos succumbere coe-  
gerunt, ijs tamen argumentis nos minimè consternabi-  
mur, quin potius ea funditus destruemus.

II. **P**rima conclusio. Nulla ratione neganda est Deo Op-  
timo Maximo certa, infallibilis, & determinata cogni-  
tio illorum euentuum conditionatorum: & oppositum  
qui asserunt, plurimum derogant thesauris sapientiæ &  
scientiæ Dei, & ipsius capacissimæ cognitionis immensi  
rati. Initio ex scripturis tumultuario, & pro vt memoriæ  
succurrunt, aliquot loca profero, in quibus absolutè mul-  
ta dicuntur, & affirmantur tanquam certò futura, si tales  
aut tales circumstantiæ apponerentur. 1. Reg. 23. si Dauid  
manisset apud Ceilam, diuini habuit responsum oracu-  
li, quod tradendus esset in manus Saulis. Et Matth. 11. Ve  
tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sy-  
done factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, pœnitè-  
tiam egissent. Et Sapte. 4. Raptus est ne malitia mutaret intel-  
intel-

Quod omni-  
nò est asserè-  
dum Deum  
certò & in-  
fallibiliter  
illa futura  
cognoscere.  
Prob. 1. ex  
scriptura.  
1. Reg. 23.  
Matth. 11.  
Sap. 4.  
Ezech. 3.

**A** intellectum eius. Et Ezechiel. 3. Non ad populum pro-  
fundi sermonis, & ignoræ linguæ tu mitteris: & si ad il-  
los mittereris, ipsi audirent te. Et Exod. 34. Ne accipias  
vxorem de filiabus eorum filijs tuis, ne postquam ip-  
sæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos. Et  
Isai. 6. & Ioan. 12. Excæca cor populi huius, & oculos  
eius claude: ne forte videat oculis suis, & corde suo intel-  
ligat, & conuertatur, & sanem eum. Et Matth. 26. Dicit  
Christus, An putas, quia non possum rogare patrè, & exhi-  
bebit mihi modò plusquam duodecim legiones Ange-  
lorum? Et Lucæ. 16. Si Moysen & prophetas non au-  
diunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerint, credent.

**B** Ex his itaque testimonijs hoc sciscitando confici po-  
test argumentum. Nunquid ignorabat Deus, aut dubitabat  
& hærebat? an potius certò sciebat hos euentus, qui com-  
memorati sunt in his locis, qui tamen nunquam erant  
futuri? Et quomodò si non sciebat, protulit affirman-  
ter, quod Ceilitani tradituri erant Dauidem: quod  
Tyrij & Sydonij acturi erant pœnitentiam: quod So-  
domitæ mansuri erant vsque adhuc; quod malitia im-  
mutatura erat intellectum illius hominis, immature  
rapti de vita: quod si Ezechiel mitteretur ad popu-  
lum profundi sermonis, erat excipiendus & auscultan-  
dus: quod filix Amorrhæorum, & Chananæorum nu-  
bentes filijs Israel, eos inducturæ & pellecturæ erant ad  
idololatriam: quod nisi excæcarentur oculi illius po-  
puli, erant visuri & conuertendi, & sanandi à Deo: quod  
si Christus rogaret Patrem, exhibiturus erat ei Pater le-  
giones Angelorum: quod mortuis resurgentibus illi nō  
erant credituri? Certè inficias ire nemo iure potest, quin  
Sactus Spiritus, qui hæc protulit & dictauit, nosset certò  
& infallibiliter hos euentus conditionatos, qui tamen

Exod. 34.

Isai. 6.

Ioan. 12.

Matth. 26.

Luc. 16.

Ex his locis  
conficitur ra-  
tio efficacissi-  
ma.

nunquam futuri erant, neq; cum causis ac conditionibus illis habebant necessariam connexionem. **A**

Cur in Dei  
uerbis inter  
dum ponatur  
uox dubitandi,  
fortè.

1. Causa.

Sed mouet quosdam, quod in huiusmodi assertionibus inter scriptura videtur illo aduerbio, Fortè, illo enim videtur tota firmitas & certitudo cognitionis enuari. Attende quàm appositè respondeat D. Hiero. in Cōment. super Ezechiel. c.2. & super Hieremiam. c.5. & c.26. Verbum, inquit, ambiguum, forsitan, Maieitati Dei non potest conuenire, sed nostro loquitur affectu, vt liberum hominis seruetur arbitrium: ne ex præscientia eius, quasi ex necessitate, vel facere quid, vel non facere homo cogatur. Eadem affert causam Theophylactus super

2. Causa.

Lucæ. 10. & Greg. homil. 9. super Ezechiel. & Remigius simul & D. Tho. ibi Matth. 11. & Abulen. ibid. q. 52. Rursus D. Ambro. lib. 2. de pœnitentia. c. 5. & idem Hiero. super Ionam. ca. 3. dicant, Ambiguè & sub dubio loquitur scriptura, yt dum homines dubij sunt de salute, fortius agant pœnitentiam. Lege Gasparè Casalium lib. 2. Axiomatium Christianorum. ar. 2. c. 7. Dicit etiam aliud potest, quod ego si dicam, totus penitus dissoluitur nodus. Glosa interlinealis Matth. 11. dicit illam particulam fortè, idè valere quod certè, Et Iansenius & Caiet. ibidem, obseruant, pro particula, fortè, haberi Græcè, vtiq; Et est simili

3. Causa.

Ioan. 15.

Matth. 7.

le Ioan. 15: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. Et ibi, Noli mittere margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas. Vox itaq; forte idem valet atque certe, vel vtiq;, & ex consequenti omnis dubietas à diuina cognitione remouetur.

Credi nõ debet quod Deus aliquid profert

Deinde, quis au sit dicere Spiritum sanctum, qui est author scripturæ, non scire certò & infallibiliter ea quæ dicitur, & profert? Certè quancunq; veritatem nouit diuinus intellectus determinatè. sed omnes illæ propositiones

**A** tiones, nepe, Si in Tyro facta fuissent signa, conuerterentur Tyrij: Si Dauid mansisset apud Ceilam, traderetur Sauli, &c. sunt quedam veritates: ergo certò ac determinatè cognoscuntur à Deo. Si dixeris, propositiones de futuro contingenti, vt multi dicunt, & præsertim de contingenti nunquam futuro, non habere determinatam veritatem: & sic neq; esse rationi dissentaneum, quod non cognoscantur determinatè. Contra hoc est, quod respectu diuini intellectus nulla est imaginabilis propositio, quæ non habeat determinatam veritatem, aut falsitatem. Secunda ratio est, quod absolutè omnis propositio debet esse vera vel falsa, quantumuis sit de futuro contingenti, vt ego statim probaturus sum: Cum ergo illæ sint propositiones, apertè sequitur, futuras esse veras, vel falsas, & sic à Deo scitas.

**E** X Patrum & Doctorum testimonijs id ipsum probemus. D. August. lib. de Bono perseuerantiæ. c. 10. explicans locum illum Matthæ. 11. Væ tibi Corozaim, &c. quia si in Tyro & Sydone, &c. dicit: Deum probè cognoscere, quod illi acturi essent pœnitentiam: quinimò non id solum cognoscere, verum etiam quod post factā pœnitentiam debebant iteratò in pessimam vitam reuerti.

III.  
Doctores p  
hac nostra  
uerissima  
sent.  
Matth. 11.

**C** Et hæc, inquit, fuit causa, ob quam virtutes & signa in illis oppidis facere noluit. Et inducit ad hoc propositum doctorem quendam, quem vocat non ignobilem, sed admodum acutum, doctum, & catholicum. Rursus idem August. lib. de 6. Quæstionibus, contra Paganos. q. 2. tom. 2. ait: Ideò non venisse Christum alio tempore, vel loco, quàm venit: quia præuidebat Deus, quod si alio loco aut tempore venisset, nulli erant in ipsum credituri. Certò itaq; cognoscit futura conditionata, & infallibiliter Deus. Remigius etiam super Matth. 11. quem ibi refert in Cate

Cur Christ⁹  
nõ uenit alio  
tempore, aut  
loco.

na, D. Tho. & Anselmus Laudunensis Glossæ interlinearis author, ibidem, Matth. 11. hoc ipsum aperte dicunt, nepe Deum certò cognoscere quod Tyrij, & Sydonij respiscere debebant, & tamen res ipsa nunquam futura erat. Et dicit illa glossa particulam *forte* quæ ibi habetur idem valere quod *certè* & idè quod *utiq;*, vt vult Caiet. & Iansenius. Sed & Abulen. super. 1. Reg. cap. 23. q. 13. & super Matth. 11. q. 52. explicans illud, Væ tibi Corozaim, &c. sic loquitur: Sciebat Christus determinatè, quid acturi essent Sodomitæ, si prædicaretur eis, scilicet, an conuerterentur, vel non. Hæc Abulen. Notetur illud aduerbium, determinatè. Præterea dixerim: communem animi conceptionem, & modum loquendi fidelium hac in parte non posse à nobis non probari. Qui cum rogantur, *Quid facerent*, si hoc vel illud sibi contingeret. Statim cum magna confidentia respondent, Deus scit, quid tunc esset, quid tunc facerem. Quam responsionem velut firmam, & indubitatam reddunt, reliquas ceu incertas posthabentes. Cognoscit itaq; illa Deus certissimè. De quo rursus in secunda conclusione.

## Digressio, An propositio de fut. conting. sit determinate vera.

III.  
Disputatur  
& asseritur  
pars affirmatiua.



ED pressius examinemus, an illæ propositiones, scilicet, Prædicatione Christi, Tyrij conuerterentur Ceilitani traderent Dauidè, &c. habeant determinatam veritatem, vt inde deducamus, an Christus eam cognouerit. Sunt qui negant illi, scilicet, qui vniuersaliter censent, propositionem de futuro contingentem, non esse determinatè veram, vel falsam.

A sam. Quod tamen alij sibi nunquam persuadere possunt, imo existimant, hanc propositionem, Petrus curret, quæ aperte est de futuro contingenti, esse nunc determinatè veram, vel falsam. Ita multi Dialectici super lib. 1. Perierm. c. 8. & quàm plurimi Theologi super Mag. in. 1. d. 38. Grego. Aremi. q. 1. Ocham in sua logica, quos refert & explicat & sequitur Petrus Aliacen. in. 1. sent. q. 11. ar. 1. proposit. 1. Idem habet Cordub. lib. 1. Quæstion. q. 55. Dub. 2. & ad idem allegat Ioan. de Medina, & Gabrie. in. 1. d. 38. Capr. Scot. Burid. & alij permulti, vt infra referam. Oppositam autem partem perpauci habent. Nostra itaq; est sententia, quòd propositio de futuro contingenti, quauis respectu nostri intellectus, non sit determinatè vera: tamen in ordine etiam ad diuinum, aut etiam in ordine ad quencumq; alium intellectum, cui talem propositionem Deus reuelauerit, est determinatè vera. Marsilius in. 1. quæst. 40. articulo. 1. ad. 3. argument. principale, hoc etiam reputat probabile, licet oppositum etiam probabile esse, dicat. Hanc eandem sententiam habent Capreol. 1. distinct. 38. quæstione. 1. articulo. 2. ad. 3. Aureol. contra. 7. conclusion. Et Scot. in. 1. distinctione. 39. quæstione. 5. 9. Ad argumenta principalia. Tartare. Gandens. Burleus, &c.

In eius probationem liceat mihi tantisper immorari. Sanè vniuersaliter est verum, quòd verum vel falsum est propria passio propositionis, sicut par, vel impar est passio numeri. Et dicit Arist. 6. met. verum & falsum esse contraria immediata in propositionibus, sicut sanum & ægrum in animalibus. Sed illæ præallegatæ sunt propositiones, ergo sunt veræ, vel falsæ: non falsæ vt patet, quia prolatae sunt à prima veritate, ergo veræ. Secundò, quia harum propositionum, Petrus loquetur, Petrus non loque-

Pars affirmans, & vera.

Saltem in ordine ad intellectum Dei omnis propositio est determinatè vera.

Probatursimè, & efficacissimè quòd omnis propositio etiam futuri conting. sit determinatè vera, uel falsa.

loquetur, altera significat determinatè eum effectū, qui A  
determinatè futurus est: nam vel illa loquutio est futura  
vel non: nec inter hæc duo est dare medium, vt patet, nā  
vt habet Aristot. 4. met. c. 7. primū principium est quod  
in contradictione, non datur medium. Si ergo primum  
futurum est, ergo ista, Petrus loquetur, est modo vera,  
quia significat determinatè id quod erit. Si verò secun-  
dum, ergo illa negatiua erit vera eadem ratione. Nec ob-  
stat, quòd nos penitus lateat vtra earum sit vera, & vtra  
falsa, propter imbecillitatem nostri captus & intellectus,  
nam nō est tam imbecillis captus noster, quin optimè in-  
telligamus iam Deum illam certò cognoscere. Sed dicūt B  
quidam, alteram illarum esse veram, sed non esse deter-  
minatè veram. Contra hoc arguo, quia penitus nil aliud  
est rem esse, nisi determinatè esse: & rem esse albam, nisi  
determinatè albam esse. Nam si determinate alba non  
est, certe alba non est, ergo similiter rem esse veram, ni-  
hil est aliud quam esse determinate veram.

*Fuga. & eua-  
sio quorun-  
dam.*

3. Probatio.

Tertiò ad idem, quia ex illo communi proloquio, Ab  
eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel  
falsa: fit quòd ex eo propositio de præterito est nunc ve-  
ra, verbi gratia, Adam fuit, quia aliquando fuit Adam: &  
propositio de præsentia ex eo est vera, quòd in tempore C  
præsentia ita res se habet, sicut per illam significatur. Er-  
go eodem modo, ex eo propositio de futuro habebit di-  
ci vera, vel falsa, quia futuro tempore res ita se debet ha-  
bere, sicut modò per illam propositionem significatur.  
Sed re vera Petrus crastina die debet loqui, vel non lo-  
qui, nec prorsus est intelligibile medium, ergo nunc ista  
erit vera Petrus loquetur, vel non loquetur cras. Vtra au-  
tem eius pars nunc sit vera, ille omninò sciet, qui scire po-  
terit an ille sit cras loquutus, vel non loquutus: ille  
ciz

A est Deus, ergo. Rursus hæc videtur esse sententia Tullij,  
lib. de Fato. vbi ait. Semper fuit verum dicere, Morietur  
Epicurus, cum duos & septuaginta annos natus fuerit. 4. Probatio.  
Et quidem cum ego modo scribam, vndecima Decem-  
bris die, semper fuit verum dicere, Alphonfus scribet vn-  
decima Decēbris die. Item cum ego profero, Petrus cur-  
ret cras, Deus videt & iudicat me dicere determinatè ve-  
rum, vel falsum, ergo talis propositio significat determi-  
natè verū vel falsum. Cōfirmo hoc, Proferat Deus illam  
propositionem, sane tunc propositio determinatè vera  
est, & similiter, si Deo eam mihi reuelante, ego illam pro-  
feram; atq; adeò quanuis eam proferam sine reuelatio-  
ne, quandoquidem neq; scientia speculatiua Dei, neque  
reuelatio neq; prolatio siue Dei, siue mei, tollit aut po-  
nit veritatem propositionis. Proferat Gentilis hæc, An-  
tichristus erit, sanè rem profert determinate veram, quia  
dicit rem quæ verè erit, ergo similiter proferat hæc, Pe-  
trus cras curret, certe rem dicit determinate veram, vel  
falsam. Nam quòd illa sit reuelata, impertinenter  
se habet ad hoc vt sit vera. Nam Gentili non est reuela-  
ta illa prior, & tamen verum dicit. Profecto si ob id ista,  
Petrus curret, non est determinate vera, quia nos lateat  
eius veritas, eadem ratione ista, Papa dormit, non erit ve-  
ra determinate, cum eius veritas etiam nos lateat. Dicit er-  
go debet omnem propositionem habere suam veritatē,  
quæ suapte natura cognoscibilis est, si adsit intellectus  
qui eam cognoscat. Et sic omnes prædictas Deus deter-  
minate cognoscat.

Sed euellere oportet scrupulum qui multos male ve-  
rat. Quid est quod Aristot. 1. Perient. 8. dicit, Propositio-  
nes de futuro contingenti nō esse determinate veras vel  
falsas? Verūm ab hoc dubio facile se expediet, qui memi-  
nentur dice-  
ne-

*Arg. ex Ari-  
sto. & S.  
Tho. qui ui-  
dentur dice-*

re, quod pro  
positio de  
fut. conting.  
nō est deter  
minatē uera

nerit mentem Arist. illo loco fuisse aut excludere certitudinem nostræ cognitionis circa tales propositiones, aut excludere ab illis necessitatem. Itaque eatenus dicit, eas non esse determinatē veras, quatenus nullus determinatē dicere potest, quæ earum sit vera, quæ falsa: quem etiā sensum videtur habere S. Tho. ibi. 1. Perierrm. c. 8. lect. 13. aut etiā cōtendunt, futura contingentia non habere determinatam veritatem, quatenus comparentur cum suis causis proximis, à quibus contingenter & impedibiliter procedere debent: Per hoc tamen non tollitur, quin si comparentur cum eo quod reuera futurum est, ex determinatione & prouidentia primæ causæ infallibilis & impedibilis, iam ipsæ habeant suam veritatem vt explicatū est. Sunt fateor alia argumenta cōtra hanc doctrinā, quæ in magnas angustias quosdam conijciunt; sed nostra nō interest his immorari; cuius intererit, immoretur. Nos id solum contendebamus, scilicet, nullam esse propositionem, quæ fixam ac certam non habeat veritatem. Et quanuis absolutē loquendo aliquæ essent incertæ ac indeterminate, at saltem respectu diuini intellectus & cognitionis, cuncta sunt certa. Non enim est animus ex eo probare, Deum cognoscere illa contingentia, & conditionata, quia illa in se sint determinatæ veritatis; nam licet non essent, adhuc Deus illa omnia certo determinatē & infallibiliter cognoscit. Certē mirabitur quispiam quod sensim nos in Sūmularum campum detrusimus. At mirari desinet qui animo aduerterit, ea nos intentione aliquando eas coluisse, vt cum opus esset ad eas accurreremus, & plurimum inde fœnoris & vtilitatis caperemus. **Quantum autem inde modō ceperimus, exploratum est, & explorandum amplius statim.**

Alte

Vt sciat Deus futu. conting. conditionata. 533

**A** Altera quæstionis pars de modo, quo illa futura conditionata Deus certō sciat.

**M** A tenus constitutum à nobis est, euentus illos conditionatos certō, infallibiliter, ac determinatē à Deo cognosci. Et quàm hoc mihi certū est & indubitatum, tam incertus & dubius est modus, quo eos à Deo cognosci defendere & explicare possumus. Nec mihi solum, sed & ijs, qui magno & excellenti ingenio præditi modum illū inuestigare contenderint. Quin imō, quō excellentioris fuerint ingenij, eō maius illis faceret negotium præsens dubium. Proinde alteram statuo conclusionē, quæ velut dicendorum præambula, reliquis viam pandat & muniat.

**S** ECUNDA conclusio. Quantumlibet difficilis ac prorsus inintelligibilis nobis appareat modus, quo Deus futura illa conditionata certō scire valeat, adhuc minimè negandum, sed maximè affirmandum nobis est, Deum ea conditionata, quæ in præallegatis scripturæ locis producta sunt, certō ac determinatē cognoscere. Equidem facilius prudens & pius Theologus credere debet, ignotū sibi esse modū, quo Deus illa cognoscat, quā in dubiū vertere an illa cognoscat. Nō enim pēdet diuinæ firmitas cognitionis ab his modis cognoscendi, quos nō in Deo excogitare possumus. Deius Deum aliquid posse cognoscere (vt in simili dixit Aug.) cuius modū nos fateamur non posse cognoscere, ne in re tam absurda & quædā corā coleremus, qualis est quod Deus aliqua proterita & affirmauerit in scriptura, quæ certō & indubitanter nō horit. Et quidē mirabile dictu nobis esse debet, imō, fridē

V 2 dum

V.  
Quod licet  
nos nesciamus  
modum  
quo illas res  
Deus sciat,  
nō debemus  
negare quod  
sciat.

534

## Quæstio. 7. Scholastica.

dū omninè & exprobrandum, & execrandū, quòd sunt **A**  
 Theologi graues aliàs & docti, quos videas passim diffi-  
 nire plurimas huius generis controuersias: & tamen alias  
 eiusdem generis Deum certò definire posse, negant. De-  
 terminant ipsi, an veniret vel non veniret Christus, ho-  
 mine non peccante: & tunc, an passibilis vel impassibilis  
 &c. An filij Adam contraherent peccatum originale, ip-  
 so non peccante, sed eius vxore aut filijs: Quidnam esset  
 de hominibus, si status innocentiae perdurasset: an nasce-  
 rentur perfecti in gratia & in scientia &c. & sexcentas hu-  
 ius generis lites dirimunt, & constanter determinant. Et  
 nolunt, Deus vt certò ac determinatè cognoscat, an Ty- **B**  
 rij acturi essent poenitentiam, prædicante illis Christo: &  
 an Ceilitani tradituri essent Dauidem, ipso penes illos di-  
 uersante. Et vnde, obsecro, tanto pollent homines intelle-  
 ctus acumine, vt diuinent & sciant quid Deus facturus  
 esset, circa incarnationem Verbi, homine non peccante:  
 & quid circa posteros Adami, statu innocentie permanē-  
 te: & tamen Deus tam sit tardi, hebetis, ac obtusi intelle-  
 ctus, vt certò ac determinate scire non possit, quid ipsi ho-  
 mines facturi essent, si Christus illis prædicaret, aut si Da-  
 uid apud illos diutius moraretur. At dicunt, Nequaquā  
 eos certò decernere, quid Deus in prædictis casibus fa- **C**  
 cturus esset, sed more humano, per signa quædā & conie-  
 cturas formidine & obscuritate nutantes. Sed, bone le-  
 ctor, ita nos isti dementabunt, vt credamus Deum non  
 certius, & asseuerantius dicere & scire, quā hominem?  
 Homo quidem humano more, ac proinde incerto, & va-  
 rio: quales sunt cogitationes & prouidentiae nostræ, vt ha-  
 bet Sapiens, at Deus diuino modo, ac proinde certissime  
 & infallibilissime, vt sic dicā, cognoscit & loquitur. Hoc  
 itaq; sic constituto, felicibus progrediamur auspicijs ad  
 venan-

**A** venandum modum, quo iuxta captum nostrum imagi-  
 nemur, Deum euentus illos determinatè cognoscere.

**T**ertia conclusio: Primus modus, quo illa Deus condi-  
 tionata cognoscet, desumi potest ex eo quòd suam  
 cognoscit & comprehendit essentiam, in qua omnis ve-  
 ritas repræsentatur. Quod, vt luculenter omnes perui-  
 deant, meminisse debent, tres celebriores circūferri opi-  
 niones, circa modū, quo futura contingentia, Deus cog-  
 noscit. Sco. 1. d. 39. q. vn. in sol. ad. 3. q. & in Quodlib. q. 14.  
 lit. S. & T. censet, Deū futura non aliter cognoscere, quā  
 in determinatione suæ voluntatis: & ante hanc, inquit, so-  
 lum cognoscit Deus suam essentiam, & prædicata sim-  
 plicia, & complexa necessaria, vt, hominem esse animal,  
 &c. at contingentia non cognoscit pro illo priori, quoad-  
 usq; interueniat suæ voluntatis determinatio, in qua ea  
 cognoscit. Opinio altera est S. Tho. 1. p. q. 14. ar. 13. & q.  
 77. & etiā q. 87. ar. 4. & de Verit. q. 2. ar. 12. & 1. Cont. gent.  
 c. 66. 67. & 68. & in. 1. d. 38. q. 1. ar. 5. quòd Deus, cognoscit  
 futura contingentia propterea quòd ipsa, ab æterno, secū-  
 dum eorum esse actuale reale, sunt diuinæ eternitati præ-  
 sentia. Thomistæ nostri tēporis, in. 1. p. q. 14. ar. 13. & q. 19.  
 ar. 8. & q. 22. ar. 4. Scot. & S. Thomā simul hac in parte se-  
 quantur. Tertia sententia asseritur in vniuersum à cæte-  
 ris Theologis, imò & à sanctis Patribus, & est rectæ ra-  
 tionis, ac veræ Theologiæ magnoperè cōsentanea, quòd  
 in sua essentia, idest, in rationibus æternis idealibus, quæ  
 nihil sunt aliud quā ipsamet diuina essentia, cum ordi-  
 ne ad creaturas, cognoscit Deus omnia futura, licet hunc  
 tertium modum alij multipliciter subdiuidant. Et qui-  
 dem harum opinionē primam, quæ est Scoti, refellunt  
 optimè Ocham eius discipulus, in. 1. d. 38. & ibidem Gre-  
 gorius. q. 2. ar. 2. & Gabr. q. vn. art. 2. concl. 2. Ant. Cordub.  
 lib. 1.

VI.

1. Modus,  
quo Deus il-  
la conditio-  
nata cognos-  
cit.

Tres modi  
quibus Deus  
cognoscit fu-  
tura.

1.

2.

3.

v 3

lib. 1.

Quòd si  
Theologi de  
finiunt mul-  
ta futura cō-  
ditionata, à  
fortiori Deo  
&c.

Fuga ex eu-  
asio quorū-  
dam.

sap. 9.

venan-



lib. 1. *Quaest. q. 55. dub. 8.* & praeter hos, per plures alij tū A  
recentiores, tum antiquiores, qui negant praedetermina-  
tionem, ac praediffinitionem Dei circa futura libera, de  
quo alias. Alteram sententiam, quae est D. Thomae, non  
solum praerallegati Doctores, verum sermè omnes reij-  
ciunt: sed & ipsi Thomistae ægrè eam tuentur, non valē  
intelligere praesentiam illam & coexistentiam veram  
& realem creaturarum in aeternitate. Est mirabile (ait  
magnus Thomista Sylu. in Conflato. q. 14. ar. 16.) quòd  
S. Tho. voluerit vno verbo talem opinionem fundare,  
quā quisq; experitur se non posse imaginari, vel intelli-  
gere, &c. Idem ferè Capr. & Herueus, in. 1. d. 38. & Caiet. & B  
alij nobilissimi Thomistae. Propterea in tertiam senten-  
tiam manibus, pedibusq; (quod aiunt) nunc imus: eam  
habet ipsemet S. Tho. ibidem. q. 14. ar. 13. vbi, praeter coe-  
xistentiam illam rerum in aeternitate, ponit modū aliū,  
quo Deus certò cognoscit futura, quia, inquit, habet in se  
rationes illorum. Hoc ipsum habet expressè D. Bon. 1. d.  
39. ar. 2. q. 3. Aegidi. Rom. d. 38. q. 1. art. 2. corp. circa fin. & q.  
2. ar. 1. & adhuc ipse Scot. 1. d. 10. q. vn. in vltimis verbis il-  
lius longissimae quæst. & Greg. d. 38. q. 2. ar. 2. & omnes. Et C  
quidem licet multum inter se authores harum triū opi-  
nionum disidere videantur, ego in eorum sententijs nul-  
lum video intercedere disidium: quod ingenijs non con-  
tentionis, sed veritatis cupidis, non potest non esse per-  
gratum. His namq; tribus modis simul stat Deum futu-  
ra cognoscere: vt lector diligens perfacile videbit.  
Porro nos asserimus in nostra. 3. concl. quòd effectus il-  
los conditionatos, de quibus fuit a nobis sermo susceptus,  
non quidem cognoscit Deus iuxta. 1. aut. 2. opinionè: si-  
quidem illi effectus nec sunt praedeterminati à volunta-  
te Dei, vt sint: nec sunt aeternitati praesentes, quando qui-  
dem

*Coexistentia  
rerū in aeter-  
nitate diffi-  
cillimè defen-  
ditur.*

*3. sent. pla-  
cet, quod in  
rationibus  
aeternis &c.  
Deus cuncta  
cognoscit.*

A dem nunquam futuri sunt. At cognoscit eos Deus iuxta  
modū, in. 3. opinione praescriptū: quia. s. in sua essentia cō-  
tinetur, & repraesentatur eorum cōditionata veritas. Nā  
nulla est excogitabilis veritas, quae in diuina essentia per  
aeternas, infinitas, & immensas rationes non repraesente-  
tur: sed quòd praedicatione Christi erant Tyrij conuertē-  
di, est quaedā veritas, vt patet ex. §. 4. nā asserta fuit à pri-  
ma veritate, Christo, ergo repraesentatur in diuina essē-  
tia. Et quidem hæc ratio, non dico topica, aut apparens,  
sed demonstratiua, ac proinde irrefragabilis mihi videtur.

Sed ne inani studio iactare (quod dixit Poeta) totam  
B hanc doctrinā de triplici modo cognoscendi futura, & il-  
lam de determinata veritate futurorū contingentū vi-  
deamur, sciendum est ex ea elici posse solutionem impor-  
tunissimi argumenti: nā dicunt: Si ablata illa actuali rerū  
existentia in aeternitate, & rursus praecisa determinatione  
voluntatis Dei, adhuc quæcunq; veritas repraesentatur  
in diuina essentia, & cognoscitur ab intellectu diuino: Iā  
ergo omnia futura contingentia, quæ omnia diximus. §.  
4. esse determinatas qualdā veritates, repraesentabuntur  
in essentia diuina, prius ordine rationis quā diuina volun-  
tas determinet de eorū productione: ac proinde diuinus  
intellectus in illo priori, ea cognoscet. Et sic neutiquā fu-  
tura contingentia à diuina voluntate dependebunt, sed  
velit, nolit, ea debet repraesentare naturaliter & necessa-  
rio diuina essentia: quod quàm sit magnū incōmodū, lip-  
pis (vt aiunt) & tonsoribus notum est: & adhuc notius  
erit infra, paulò post. 4. concl. §. 9.

Sunt non infimæ classis Doctores, qui annuant his cō-  
sequentijs: nam arbitrantur, in illo priori antequàm nos  
imaginemur, Deum per voluntatem discernere de pro-  
ductione creaturarum, & futurorum, iam omnia dilin-

*Quomodo  
Deus in rati-  
onibus aet-  
ernis prout  
praueeniunt  
actum suae  
voluntatis,  
cognoscit  
Deus futu-  
ra.*

*Authores,  
qui tenent  
Deū futura  
cognoscere  
ante decretū  
suae volunta-  
tis.*

etere-

ctè repræsentari in diuina essentia, & consequenter pro illo priori ea Deū distinctè dignoscere. Ita habet Grego. in. 1. d. 38. q. 2. ar. 2. in hūc modū post multa dicēs: Nihilominus tamē nō ideò Deus nouit sic futura, quia nouit se sic velle, aut determinationē suæ volūtatis, vt imaginatur præcedēs opinio: quinimò si per impossibile Deus nō esset volens, esset aut̄ intelligēs, sicut est, & futura essent futura, adhuc Deus propter excellentiā suæ intelligētiz nosset quæcūq; futura. Hęc Greg. Præterea Gabriel, cū Och. sup. sic ait: Posito q̄ diuina cognitione existēte vt modò est, volūtas nō esset causa effectiua, nec totalis nec partialis effectū contingentiū, adhuc esset notitia, qua sciret quæ pars cōtradictionis esset, fuit, & erit vera, quæ falsa. Ita ille. Rursus Ant. Cordub. lib. 1. q. 55. dub. 8. in resp. ad. 1. arg. cōtra. 3. opin. dicit, hoc esse fortissimū argumētū cōtra Sco. In. 1. signo ante determinationē diuinæ voluntatis, hæc est vera & necessaria, Antichristus erit vel non erit, ergo altera eius pars in illo priori est vera, & sic cognita à Deo. Et demū in vltimis verbis illius dubij, iisdem verbis loquitur, quibus Gabriel, & Greg. & pro eadem sent. citat Ioā. Med. Sanè in illo priori ante determinationē liberā diuinæ voluntatis, diuina essentia ob sui eminentissimā immensitatē repræsentat omne repræsentabile: & diuinus intellectus cognoscit omne verū, ergo hæc veritas (Antichristus erit) quæ semper & pro quocunq; signo fuit veritas, vt vidimus, repræsentatur, & cognoscitur à Deo in illo priori. Confir. quia qui oppositū dicūt, hoc debent subire dispendiū, vt dicāt, in illo priori nō ita perfectè Deū cognoscere res, sicut post: & sic vmbra aliqua variationis esse in scientia Dei. Quare Aegi. in. 1. d. 38. q. 1. ar. 2. ad. fi. corp. ideò, ait, Deū scire inuariabiliter, quia oēs rerū rationes in suo esse præhabet. In suo, inquit, esse, ac proinde antecedit ad liberū decretū volūtatis omnia præhabet, oīa scit, de quo Alex. 1. p. q. 23. mē. 3. ar. 4. atq; adeò

*Præallegata sent. nō displicet authori.*

A adeò omnia quæ sunt fuerunt & erunt, & quæ essent, si tales aut tales apponerentur causæ: ac demū omnia possibilia, & imaginabilia, repræsentat. Scio multis hanc doctrinam expositam esse calumnijs, quarum quasdam retundere satagam, postquam quartam statuerō conclusionem. Id principio attestans, non me adeò esse stolidum, vt sperem euelli à me posse eas omnes dubitationes quæ ex dictis emergunt, nam & numero plurimæ sunt, & difficultate longè difficillimæ. Sed in magnis voluisse factum est. Quocirca si hac in parte quid effecero, iure certè laudandus ero: sin minus, non ero sanè reprehendendus.

B **Q**uarta conclusio. Alter modus à præcedenti non ab similis, quo Deus futura illa valet cognoscere, desumitur ex eo quòd diuinus intellectus, pro vt ordine rationis antecedit decretum voluntatis, scit certò ad quænam effecta se diuina voluntas determinare debeat, aut non debeat: & quæ effecta essent, si ad illa se diuina voluntas determinaret, & quæ media apponeret, quem modum, quem ordinem, vt sic inuiolabiliter effecta sequerentur. Profectò diuina voluntas non potest aliquid vel le aut nolle, nisi secundum quòd dirigitur, & quasi ducitur rationibus æternis suæ infinitæ sapientiæ. Ac proinde in illis, & per illas, etiam vt antecedunt, ordine rationis actum diuinæ voluntatis, & rerum executionem, appareret probabile, quod possit Deus scire quæcunq; per voluntatem determinaturus est, vt sint, vel non sint, vel vt essent si tales apponerentur conditiones. Existimari ergo forsitan potest ante omnem actum diuinæ voluntatis, diuinum intellectum in sua essentia omnia entia, præterita, præsentia, futura, possibilia, & cōditionata, & eorum modos, & cōditiones certò, determinatè & distinctè cognoscere. Ad hoc autem existimandum inde moueri quis po-

VIII.  
*Alter modus cognoscendi futura conditionata.*

*Antequā uoluntas Dei quidquā decernat, scit Deus omnia quæ uolūtas eius debet decernere.*

**Diuina uoluntas ducitur rationibus aeternis.** test quod priusquam, nostro rudi modo loquendi, Deus per voluntatem se applicet ad volendum quod sint isti, aut illi effectus, potius quam alij: iam per intellectum cognouit, ad quosnam & quales effectus voluntas se determinare debeat, aut deberet si tales apponeretur conditiones.

**IX.**  
*Argumenta difficillima contra praedictos modos*

*1. argu. quia ante decretum uoluntatis diuinae non habet essentia representatare futura.*

*2. arg. ad idem.*

*3. arg. quia iam diuina essentia necessario omnia representat.*

**V**tinam a quo sequentium dubitationum explanationem ego discere possem, adesset: ne ego me precipite ad eas exhauriendas, & veritate ab aduersarijs affectu iactarem. Verum quonia ceteris audientibus & tacentibus, meum est hodie dicere, dicam: & dicam breuius, quam res tanta dici possit. Enascitur itaque ex precedentibus dubium multiplex. **B** n. rationes illae aeternae & ideales, secundum quod praenunt, nostro modo intelligendi, actum diuinae uoluntatis, non plus habet representare res has quam illas diuino intellectui: imo cum representet quam plurimas & infinitas res possibili, intelligendas per scientiam simplicis intelligentiae, uideretur quod quoad usque; diuina uoluntas eligat has praeter illis, non possit in diuina essentia representari quidnam futurum est, aut quid futurum esset, &c. Implicatur amplius nodus iste, quia tota diuersitas representationis diuinae essentiae, quae quaedam res representat ut futuras, quaedam ut possibili, quaedam conditionatas, &c. ex decreto & electione uoluntatis ortum uidetur habere, ergo ante hoc decretum neque; essentia representare, neque; intellectus dignoscere illam diuersitatem potest. Adhuc premitur difficultas. Si ante decretum uoluntatis, essentia diuina representat res omnes, etiam futuras, contingentes, & liberas: iam sequitur quod naturaliter & necessario eas representet, non liberè. Quod si concesseris, iam sequitur quod quilibet beatorum, quem nihil fugit eorum, quae in Deo sunt necessario, & naturaliter, non possit non uidere omnes creaturas in Deo representatas. Rursus sequitur, quod crea-

**A** creaturae non dependeant ex libera diuinae uoluntatis electione: nec posset Deus alia facere quam facit: & demum tollitur omnis prouidentia circa creaturas, cum creature ipsae non liberè, sed omnino necessario esse debeant: quamdoquidem non liberè sed necessario representantur ut futura cum omnibus suis modis conditionibus & accidentijs in diuina essentia. Quartam adiungimus argumentationem: quia ideae, seu rationes ideales nihil sunt aliud in Deo quam ratio earum rerum, quas Deus non solum cognoscere, sed & operari debet, ut Plato, Sene. Diony. Aug. **D. Tho.** & oes tradunt. Ergo rerum, quas Deus operaturus non est, ideam proprie habere non potest, & sic conditionatorum illorum euentuum, quos producere nunquam debet, ideam habere non potest Deus, & sic nec illos cognoscere.

**I**n horum dubiorum resolutionem, qui firmam aliquam doctrinam afferre potuerit, me uolente & gratulante faciet. **Q**uandiu autem qui hoc praestare possit, deest, adnitar ego in eorum explicationem aliquid infantium more balbutire. Porro nihil diffiniendo, sed totum dubitando & ratio cinando dicam. Ad primum ergo fortassis dici potest, non esse incommodum, imo conuenientissimum esse, quod imaginemur nos, priusquam diuina uoluntas se determinet, iam diuinum intellectum exactè cognouisse, ad quosnam effectus se debeat determinare uoluntas: atque adeo quauis, donec accedat uoluntas, non habeat illa contingentia stabilitate aliquam, ut sint: habent tamen ut cognoscantur stabiliter in rationibus aeternis, in quibus lucet quaecumque; ueritas, ante omnem actum uoluntatis. Imo ex eo quod ueritates illae dignoscuntur & iudicantur ab intellectu, habet uoluntas decernere de earum productione. Rursus, diuina scientia ac notitia, perfectissima & uniuersalissima est, ante omnem actum diuinae uolun-

*4. arg. quae non sunt ideae nisi rei futurae.*

**X.**  
*Solutio horum argum. ad 1.*

*Author respondet non diffiniendo, sed dubitando.*

voluntatis: non esset autem ita perfecta, si ante actum voluntatis non cognosceret aliquid, quod post illum cognosceret.

Ad secundū.  
à diuina uoluntate ori-  
tur tota di-  
uersitas crea-  
turarum, nō  
uero carum  
cognitio.

Ad secundum respondetur, quod licet à voluntate diuina desumatur realis illa creaturarum diuersitas, ipsa enim voluntas est, cuius causa res quædam erunt, & quædam non erunt, & quædam essent, &c. tamen cognitio huius diuersitatis non desumitur à voluntate, sed ab eo quod antecedenter ad voluntatem iam tota illa rerum diuersitas repræsentatur in diuina essentia. Idem, quanuis cum formidine, ad tertium dicimus: aliud est repræsentare, aliud esse: & quidem quod sint creaturæ, à diuina voluntate habent, ac proinde liberè sunt. Quod uero repræsententur, non habent à voluntate, sed ab immensa & infinita diuinæ essentiæ capacitate, quæ, prout præintelligitur voluntati, præhabet in se omne illud, quod per totam æternitatem debet rationis entis esse particeps.

Quia tamen illa nos argumentatio uehementer premit, quia ex posita sententia sequitur, quod ante diuinæ voluntatis decretum, aliqua sint, quæ naturaliter in Deo repræsentantur, quod permagnum uidetur incommodū: idcirco dicendum uidetur, quod illa rerum contingentium repræsentatio non sit omninò naturalis, eò quod dependet à diuina voluntate. Itaque quanuis voluntas diuina quodammodò præsupponat in essentia diuina illas veritates contingentes, iam præexistentes ac relucentes in illa: non tamen necessariò & naturaliter relucentes: quandoquidem per ordinem ad diuinam voluntatem, quæ illarum existentias decernere debet, habet diuina essentia illas repræsentare. Certè diuina prouidentia ac prædestinatio non ita sunt actus diuini intellectus, quanuis formaliter sint actus eius, quin adiuuctum ha-

beant

A beant actum voluntatis completis, & perficientis (liceat nobis sic more nostro effari diuina mysteria) ipsam prouidentiam. Neque idea perfectam ratione habet ideæ, quæ ad intellectum pertinet, nisi quatenus importat decretum diuinæ voluntatis. Quo circa dici probabiliter potest, eatenus diuinas ideas repræsentare contingentia, & omnes creaturas, quatenus ipsæ ideæ nihil aliud sunt quam ipsamet diuina essentia ut imitabilis à creaturis ex dispositione diuinæ voluntatis. Itaque nunquam sine ordine ad voluntatē diuinam, repræsentatur existentia alicuius creaturæ in Deo. Et ideò si absolute loquamur, nihil futurum relucet in Deo naturaliter & necessariò &c. Verum hæc inuolucra radicitus enodare, cum mihi non est facile, tum (quod gaudeo) non est necessarium: liquidem non de cognitione futurorum, & liberorum effectuum, sed de conditionatis illis fuit à me sermo susceptus. Et quidem hæc quæ dixi, quantumuis ceteris satisfacerent omnibus, mihi, ut verum fatear, minime satisfaciunt. Sed quando exactius nihil occurrit, ne nihil dicam, hoc dicere necessum fuit. Ego enim id solū firmum reddere conatus sum, quod Deus contingentia illa conditionata certò ac determinatè cognoscat. Modum uero inquirere & deprehendere, quo Deus illa cognoscat, ego non solū non promisi, uerum dicere me non posse, testatus sum.

Ad primam confirmationem nego, beatos videre in verbo omnes veritates, quantumuis naturaliter repræsentarentur in illo: est enim intellectus beatorum finitus: lumen gloriæ, quo vident, finitum. Et ideò mirum esse non debet, quod ipsos aliquid lateat de obiecto infinito. Attributa autem Dei illos latere non possunt, propterea quod sunt formaliter in obiecto, & quiditatinè &

Quoꝛ ratio-  
nes ideales  
nō repræse-  
tant futura  
nisi per ordi-  
nem ad uolū-  
tatem Dei.

An effectus  
liberi & con-  
tingentes re-  
præsententur  
in Deo libe-  
rè, an natura-  
liter.]

formalissimè sunt ipsum obiectū. At intellectum ipsius Dei, qui infinitus est, & per infinitum lumen intuetur, nihil præterit de his, quæ in diuina essentia quomodocumque repræsentantur. Proinde respectu ipsius diuini intellectus, essentia tota & totaliter se expandit: & ideò etiam prout antecedi ordine rationis actum voluntatis, videt Deus in seipso omnes creaturas siue futuras siue possibiles siue conditionatas, quanuis non independenter à voluntate, sed cum ordine ad illam vt vidimus. Ad aliud, ex nuper dictis negamus omnia quæ inferuntur ex nostra doctrina. Negamus, inquàm, quod rectè inferantur, vt quàm diligenter potui, licèt non quàm sufficienter res exigebat, nunc explicabam in solut. ad. 3. Tandem ad vltimum (vt vel vnum argumentum exactè confutemus) dicimus cum Diuo Thoma. 1. p. q. 15. art. 3. rerum possibilium nunquam futurarum ideam practicam, & vsquequaque completam & exemplarem, seu imitabilem, Deum non habere, quoniam illæ nūquam sunt producendæ, habet tamen ideam speculatiuam, quæ est ipsi Deo ratio cognoscendi illa possibilia & conditionata.

XI.

3. Modus firmus, & planus, quo Deus illa conditionata cognoscit.

**Q**uinta cōclusio: Præter modos superiùs constitutos & explicatos, alter reliquus est planissimus & solitissimus, quo Deus certò cognoscere potest illos euētus, videlicèt, in libera prædeterminatione suæ voluntatis. Quod vt intelligas, reduc in memoriã eã doctrinam, quã Thomistæ nostri temporis tam mordicus tenent: quòd Deus ante præuisionem vsus liberi nostri arbitrij, & ante determinationem causarum inferiorum, iam prædeterminauit efficaciter & in particulari omnem rerum omnium numerum, etiam actuum liberorum, cum omnibus modis & circumstantijs, cum quibus res ipsæ in individuo aliquando futuræ sunt. Et ex vi illius prædetermi-

na-

**A**nationis, habent infallibiliter res omnes esse ac fieri, cum omnibus illis conditionibus, cum quibus prædeterminatæ sunt. Et in hac sua determinatione cognoscit Deus omnia futura, quæ est doctrina Scoti. 1. d. 39. quam optime explicat Cordub. lib. 1. q. 55. dub. 8. in. 3. opin. Iam itaque in hac sententia luce ipsa meridiana lucidiùs clarescit modus, quo Deus certò cognoscat conditionata illa libera: nam cognoscit ea in prædeterminatione suæ voluntatis. Quanuis enim Deus non prædeterminauerit illa vt sint, at prædeterminauit vt essent, si tales apponerentur causæ.

**B** Profectò si Adam non peccasset, non dubium est quin decretum ac determinatum penes se Deus habuisset ab æterno, quidnam dispositurus esset circa incarnationem Verbi diuini. Et quis neget Deum, quid tunc foret, perfectissimè scire? Et vbi nam id sciret, nisi in prædiffinitione suæ voluntatis, qua destinatum penes se habet quid tunc fieret, si tales apponerentur conditiones? In hac itaque sententia probabiliter dici potest, quòd Deus, (iuxta humanum captum, & rudem nostræ intelligentiæ modum) hoc ordine ab initio suæ eternitatis processit. Ego diffinio ac determino, quòd si talis apponeretur cōditio, sequeretur talis effectus: & quòd si hoc fuerit, illud erit: & illud, si illud: sin aliter, erit illud aliud. Et sic infinitas rerū possibilium combinationes non futuras, possibiles tamè & cōditionatas, Deus notitia perfectissima & simplici intelligētia cōprehendit. Nobis quidē quorū intelligentia angustis finitur limitibus, modū hunc penetrare, negotiū est lōgè difficillimū & operosum: si tamè in immensam diuinę cognitionis capacitatē oculos cōiecerimus, videbimus, ex eo quòd notitia illa Dei omnibus modis infinita est, circūquaq; ambire ac cōprehendere omnē ordinē & proportionē, inter quascunq; creaturas reperibilem. Ex quo

Quòd in prædeterminatione suæ voluntatis cognoscit Deus certò omnia futura, & illa cōditionata.

Modus, quo Deus prædeterminauit conditionata illa.

quo

*Prædicatio Christi habebat infallibilem coniunctionem cum conuersione Tyriorum.*

quo fit, vt Deū ipsum minimè prætereat ordo ille, quo inter sese coniugebantur prædicatio Christi & conuersione Tyriorū. Et cū Deus ipse protulerit, prædicatione Christi cōuertendos illos fore, minimè dubiū est, quin infallibilē quādam & indissolubilē connexionē Deus videbat, quæ prædicatio illa, cum illa conuersione necebat. Siue autem id fieret præcisse ex vi prædicationis, siue verò ex simultaneo aliarū causarum & circumstantiarum concursu (vt ego existimo) quas Deus in tali casu concursuras sciebat, nec vacat, nec refert nunc præsius examinare, Id namque quod contendimus, ab huius examinatione minimè pender.

## XII.

*Alter modus quo Deus illa conditio nata scit.*

**S**exta conclusio: Superest & alius modus, quem probabiliter audientibus offert, quo Deus illa conditionata certò sciat: nimirum in natura & in ingenio, & inclinationibus causarum liberarum, & in proportione & efficacia illorum obiectorum, circa causas illas liberas. Hoc addiderim propter eos Theologos, quorum constans sententia est, quòd nullum actum liberum voluntatis creatæ cognoscit Deus in prædeterminatione suæ diuinæ voluntatis: eò quòd diuina voluntas, dicunt illi, nullum prædeterminat ac prædiffinit, saltim in particulari, quoad omnes eius circumstantias, ante præuisionem concursus voluntatis creatæ, se ipsam liberè applicantis & determinantis ad eliciendum talem actum. In hac itaque sententia dici potest, Deum non in determinatione suæ voluntatis, sed potius in causis creatis cognoscere illa conditionata. Sane qui scit naturam ignis, scit etiā quòd si stippa ei applicaretur, combureret eam: nimirum quia effectus combustionis habet necessariam habitudinem cum positione illius conditionis. Similiter probè Deus norat naturam, proportionem & ingenium illorum hominum Tyri & Sy-

do-

**A** donis: & vnà sciebat quanta esset vis & efficacia eius prædicationis & miraculorum, quæ apud illos gerenda erāt. Rursus cognoscebat, quanta futura esset vis illius motionis, quæ ad effectū conuersionis excitaturus illos erat Deus. Sciebat tandem plurimas alias circumstantias & conditiones, quæ concurrere tunc temporis debebant, tã ex parte temporis, quàm loci & ingenij illorum hominum: atque adeò, cum homines semper operentur conformiter ad eas causas & obiecta & ingenia & circumstantias, quæ enumerauimus, & illis omnibus concurrentibus non stet quin homines conformiter ad illa operentur, idcirco sciebat Deus, illis positis, futuram etiam infallibiliter conuersionem illorum. Quòd si contendas, hanc cognitionem suapte natura non fore certam, sed coniecturalem, & cum formidine ad oppositum. Respondetur, certissimam & infallibilissimam esse, propterea quòd concurrentibus omnibus illis conditionibus quas Deus sciebat debere in illo casu concurrere, non stet quin sequeretur effectus: licet sequeretur libere, & licet nulla facta fuisset efficax determinatio physica talis effectus. Nam sunt qui respectu eorum euentuum contingentium, qui re ipsa futuri sunt, nullam ponant in Deo determinationem physicam, sed moralem. Hæc verò moralis reduci tur ad dispositionem illam, qua Deus disponit & ordinat potentias, simul & obiecta, inclinando suauiter voluntatem, & offerendo auxilia & proponendo obiecta & apparando circumstantias &c. taliter quòd non stet, quin sequatur effectus, quem Deus intendit: licet voluntatem hominis ad illum effectum in particulari Deus physicè non præmoueat ac prædeterminet.

**A**d argumenta initio posita, quid noui dicam, non habeo. At non minus, dictum dicere, quàm actum agere.

## XIII.

*Argumentis respondetur.*

y re,

*Quòd in causis que concurrerent tã ex parte illorum hominum, quã ex parte Dei, ex parte rei ipsius, certò uideri potest effectus.*

**Ad. 1.** re. veteri parcemia prohibemur. Nihil fecius nisi in for-  
 ma scholastica ijs satisfaciamus, nostro desumus officio. **A**  
 Breuiter ad primum dico, non oportere quod euentus il-  
 li sint Deo in sua æternitate præsentés: nec quod in ali-  
 quibus causis contineantur vt determinatè futuri: quan-  
 quoquidem multiplicem iam modum assignauimus, quo  
 sciri à Deo certò possunt. Ad secundum fateor, id quod  
 rationem entis non habet, non esse scibile: at euentus illi  
 conditionati non sunt omninò rationis entis expertes,  
 quanuis non sint ens aliquod, quod extra Deum exiit,  
 aut existere vnquam debeat in rerum natura. Quo circa  
 nos non asserimus, Deum illos euentus cognoscere, vt **B**  
 habentes esse productum & determinatum: sed solum eo  
 modo, quo habent esse, habent autem esse possibile ac  
 conditionatum: quod nihil est aliud, quàm ratio æterna  
 & idealis, in qua cum possibilia omnia latent, tum illa  
 conditionata repræsentantur, quoniam propius ad esse ac-  
 cedunt, quàm possibilia. Ad tertium fateor, Caietanum,  
 Scotum, & communiter alios in eam ipse sententiam,  
 vt dicerent nullam creaturarum existentiam cognosce-  
 re Deum posse, nisi postquam diuina voluntas decernit  
 de eius productione. Verum nos alium dicendi modum  
 sequuti repetimus id quod iam centies diximus, quod **C**  
 quanuis à diuina voluntate proueniat, quod hæc potius  
 quàm illæ creaturæ sint: tamen quod contineantur & re-  
 luceant in rationibus æternis, nõ habet à voluntate sed ab  
 immensitate & infinitate diuinæ essentię, in qua nihil est  
 futurum, nihil possibile, nihil conditionatum, nihil imagina-  
 bile quod non præexistat distinctissime & perfectissime.

**Ad. 4.** Ad. 4. vt respondeamus, mihi quidem pigrum, vobis  
 autem minimè necessarium esse existimo, vt è studijs ac  
 laboribus Summulisticis vsuras rursus exigamus. Nam,

licet

**A** licet Mag. Soto, lib. 3. summul. ca. 8. lect. 1. nota. 2. & le-  
 cti. 3. nota. 1. multa distinguat propositionum conditiona-  
 lium genera, quarum quædam vocat illatiuas, quædam  
 promissiuas & c. tamen eas nobis examinari parum retu-  
 lerit. Ego autem nisi ea, quæ differere plurimum refert,  
 iam penes me in hoc ( quidquid libelli est ) constitutissi-  
 mum habeo non disputare: vt vel sic ad vmbilicum quã  
 tocius perueniamus. Igitur aio, non esse vsquequaque  
 verum quod omnis propositio conditionalis vera est ne-  
 cessaria. Sunt enim quædam conditionales illatiuæ, vt, si  
 Petrus currit, mouetur: si disputat, loquitur. Et quidem  
 istæ necessariæ sunt propter necessariam habitudinem  
 antecedentis ad consequens: nam in eis non potest poni  
 antecedens, quin ex vi ipsius sequatur consequens. Aliæ  
 sunt veræ quidem, sed contingentes, quales sunt promif-  
 siuæ, vt, si viceris dabo tibi librum, & c. ad quas reducun-  
 tur innumeræ aliæ, vt, si essem Romæ, obtinerem bene-  
 ficium: si Rex pugnasset, vinceret. si Christus prædicaret  
 Tyrijs, illi conuerterentur: si Dauid mansisset apud Ceilã,  
 traderetur Sauli. Et quidem istæ non sunt necessariæ, si-  
 quidem ex vi conditionum illarum, siue antecedentium  
 non habebat sequi consequens: & esse posset, vt posito  
 antecedenti non poneretur consequens. At nihilo fecius  
 fieri potest, vt veræ sint istæ propositiones, si de facto ita  
 esse debet vt posita conditione ponatur illud aliud. Quia  
 tamen an ita de facto futurum sit, nos ignoramus, ideo digna  
 rietiam sumus, an veræ sint: nam cum non sit necessaria  
 habitudo antecedentis ad consequens, nõ poterit nobis  
 alicunde innotescere, an ita sit quod posita conditione po-  
 netur consequens, & sic nec an illæ propositiones veræ  
 sint. At Deum vt latere potest hæc veritas? Rectè Soto  
 (quem allego pro mea sententia, id est pro mea prima

Non omnes  
 conditiona-  
 lis vera est  
 necessaria.

Mag. Soto  
etiam tenet  
nostram sen-  
tentiam.

conclusionem) loco citato, sic ait: Sequitur secundò, multas esse conditionales promissivas, de quarum veritate aut falsitate nobis non constat: sed solus Deus scit veræ ne sint an falsæ, verbi gratia, solus Deus scit, An si tu vicisses ego dedissem tibi librum. Ita habet lect. 3. Et mox, in sol. 1. Argumen. Sed tamen melius est dicere, quòd solus Deus potest scire, an sit vera vel falsa: nam ipse scit, an si tu implesses conditionem, ego implesserem promissum. Scit ergo Deus certò ac determinatè, si Christus prædicaret Tyrijs, illos conuertendos. Et hæc de ista quæstione. In qua susceptus à me labor, quando cæteris ingratus fuerit, hoc vno tota hæc olei & operæ iactura peribitur, quòd vni, qui instar mille mihi est, gratissimum fecisse me scio. Is est Mag. F. Ioannes de Guevara, de sacra Theologia, ac de Christiana pietate optimè meritus, Præceptor meus obseruantissimus, ac Pater indulgentissimus. Hic cum primùm à me audiret, esse quorundam nostri temporis Theologorum sententiam, quòd Deus illa conditionata non certò cognosceret, vix à se impetrare potuit quin statim resiliens & excandescens, eam sententiam vehementer auersatus & execratus sit. In eius ergo gratiam, cui quidquid sum acceptum refero, hæc me dixisse contentus, aliò me confero.

Q V A E

An Abraham vnquam fuerit idololatra. 551

A Q V A E S T I O  
S E P T I M A P O S I T I V A.

An Abraham idola aliquando coluerit.



Quòd idola coluerit eò temporis, quòd tulit eum Dominus de Mesopotamiæ finibus & adduxit eum in terram Chanaan, liquet ex celebri loco qui ex historia Imperatoris Iosue decerptus est c. 24. vbi sic dicitur: Trans fluuium habitauerunt patres vestri, Thare pater Abraham & Nachor: seruiertq; Dijs alienis. Ecce vbi de Thare & Abraham & Nachor, progenitoribus Hebræorū, dicitur, Seruiert Dijs alienis. Quòd si opponas, suppositum illius verbi, seruiert, non esse Abrahamam, sed Thare, & Nachor, nam sic dicitur: Thare pater Abraham & Nachor seruiert, vt sit sensus, Thare qui fuit pater Abrahami, & præterea ipse Nachor seruiert Dijs alienis, non tamen ipse Abraham. Contra hoc est, quòd tam Nachor quàm Abraham sunt gignendi casus, nam vtriusq; pater fuit ipse Thare: ac proinde sensus est, Thare qui fuit pater Abrahami & pater Nachoris seruiert Dijs alienis. Et sic quotquot, præter vulgatum interpretem, illum locū verterūt, vitæ amphibologiæ causa, legunt, Thare pater Abraham & pater Nachoris. Ita habet vtraque versio, altera ex Hebræo, & ex Græco altera, vt in tomo illo Andree Masij super Iosue. Ita & Vatab. & Isidorus Clarius, & Caiet. Pagninus & omnes ibi Iosue. 24. & demum ita habent omnes versiones, Thare pater Abrahami & pa-

I.  
Probatur  
quod Abra-  
hã fuerit ido-  
lolastra,

Expenditur  
locus Iosue.  
24.



ter Nachoris seruiert Dijs alienis. Quòd dicit, seruiert A  
runt, non ad solū Thare: qui vnus & singularis est referri  
debet. Reliquū est ergo, vt aliquis alius seruiert: cū au-  
tem non dissimiliter Abraham & Nachor eo loco com-  
memorentur, credendum est quòd ambo simul cum pa-  
rente suo Thare seruiert Dijs alienis.

*Thare pater  
Abrahami  
fuit idolorū  
fictor. & ue-  
ditor.*

His proximè accedit, quòd, vt habent Hebræorum do-  
ctores in Beresith Rabba, & dicit Suydas, vt in Genebr.  
in sua magna Chronographia, Thare pater Abrahami fuit  
idolorū fictor & venditor, & hanc Abrahamū artē exer-  
cuisse, ijde autores produnt: Nō itaq; rationi dissentaneū  
est, q̄ & Abraham ea idola veneratus sit. Equidē si fide-  
lis erat & veri Dei cultor, cū detestaretur idola, tū ea mi-  
nimè fabrefaceret, vt alijs occasionem peccandi porri-  
geret. Et sanè persuaderi hoc ipsum licet, ex eo quòd tan-  
tò angustior, & copiosior Dei gratia ostenditur, quantò  
ipse in tenebris cæcitatē depressus, minùs erat tanto dig-  
nus fauore. Et quæ tāta fuit causa, vt tam sæpè diuinus nō  
bis spiritus inculcet, & exaggeret, q̄ ipsum Abrahamum  
mirabiliter eripuerit de terra Gentiliū? Gen. 15. & 2. Esd. 9.  
Iudi. 5. & aliàs, quo insinuat, quòd à magno errore, quo  
tenebatur Abraham, vi diuinæ gratiæ fuerit erutus.

*Gen. 15.  
2. Esd. 9.  
Iudith. 5.*

*Autores qui  
Abrahā cō-  
putant inter  
idololatrias.*

Autores, qui Abraham inter idololatrias cōputāt, sunt gra-  
ues iuxta ac docti: Georg. Ced. autor vetustus & Græcus,  
in Comp. hist. Geneb. nostri seculi scriptor omnigena eru-  
ditione præstans, lib. 1. Chronogra. circa annū mūdi. 1949.  
vbi de mente propria primū id tradit, & deinde ex Rab-  
bi Ioanan & Rabbi Anina, quòd. 48. ætatis suæ anno cœ-  
pit Deum agnoscere, & idolorum cultum deserere. An-  
dreas Mas. triū linguarū doctissimus, super Ios. c. 24. inci-  
tatum versum, vbi & inuehitur cōtra eos, qui, nescio qui-  
bus argutijs student Abrahamum ab idololatriæ scelere  
vin-

**A** vindicare. Fauet D. Aug. huic opinioni lib. 16. de Ciu. c. 12.  
vbi hunc nostrū Iosue locū eodē modo videtur intellexisse.  
Nā sic loquitur. Vna igitur Thare domus erat, de  
qua natus est Abrahā, in qua vnus veri Dei cultus, & quā-  
rū credible est, in qua iam sola etiam Hebræa lingua re-  
manerat: quāuis & ipse sicut iam manifestior Dei popu-  
lus in Aegypto, ita in Mesopotamia seruisse Dijs alienis,  
Iesu Naue narrante refertur. Hęc Aug. Qui cū ait, Quan-  
uis & ipse, & c. Abrahamum intelligit, quòd seruiert Dijs  
alienis. Vnde nescio quomodo Abul. sup. Gene. c. 11. q. 20.  
allegat Aug. pro opposita sententia: & Iaco. de Valē. sup.  
Psal. 144. dicit, quòd D. Aug. reliquit hanc quæstionē in  
decisam, & quòd magis declinauit ad negatiuam partē,  
scilicet, ab liberandum Abrahamum ad idololatria, cum  
apertè teneat oppositum. Bened. Arias Mōt. idem habet  
in Commen. super Ios. 24. in illa verba, Tuli ergo patrem  
vestrū, vbi ab erroribus, & à peruersa, laboriosa, & inutili  
imò nefaria religionis confusione decerptū Abrahamū  
dicit. Et paulò antè, in illis verbis, Seruiert Dijs alienis,  
ait, vsum fuisse Spiritum sanctum verbo seruiendi, quod  
non tantū cultum, sed seruitutē quoq; & onus signifi-  
cat. Fauere videtur huic parti quod ex libro Sanhedrin, &  
Glossa Rabbi Selomonis, hauit Galatinus lib. 4. de arc.  
Cat. ver. c. 20. Hebræorum vulgarem fuisse sententiam,  
Mundum habere sex millia annorum: duo millia inani-  
tatis: duo millia legis: duo millia Mesiæ. Nam ab Adam  
vsque ad. 52. annum Abraham enumerant duo millia an-  
norum, post quæ dicunt Abraham studuisse in lege, id est,  
suscepisse Dei cultum, ac paulò post, legem circunci-  
sionis: cum eò vsque inanitatis, hoc est, idololatriæ  
tempus durauisset. Nam inanitas, & idolum, idem  
pollent in scriptura. Nec valet quod sæpissimè non-

*Quòd Abra-  
non solū co-  
luit, sed ser-  
uitit idolis.*

*Mundus sex  
millibus an-  
nis constas.*

nulli

nulli dixerunt, tempore Abrahami nondum cœpisse idolatriam, quia planè viuente Adamo idola venerari cœpta sunt, vt liquet ex celebri, & longè obscurissimo loco Gen. 4. ad fin. quem paulò alius, si libet repetamus.

II.  
Explicatur  
latissimè locus  
Gene. 4.  
Iste cœpit in  
uocare nomē  
domini.

**E**Rgo ante mortem Adæ, in c. 4. Genes. in vltimis verbis sic dicitur: sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini. Seu (vt habent Hebraica, vt in versionibus Vatab. Caiet. Clarij, Pagni. &c.) Tunc cœptum est inuocari nomē Domini: seu vt Greg. Nazianz. & Chryf. & ex Græcis alij, vt in catena Lypomani, ex versione. 70. Hic sperauit inuocare nomen Domini. Quo etiam modo legit Philo. lib. Quòd deterius in fidiatur potiori. & lib. de Abrahā, vbi illa verba, Hic sperauit inuocare nomen Domini, allegoricè, sed quàm optimè expendit & coniungit cum eo quod sequitur initio sequētis capituli, Hic est liber generationis Adā. Porrò dicit D. Hieronym. in Quæstionib. Hebrai. super hunc locum, Hebræos communiter ita hunc locum interpretari, quòd tunc primùm in nomine Domini, & in similitudine eius fabricata sint idola, quòd tūc cœpit idolatria. Eandem esse Hebræorum communem traditionum commemorant Hist. Schol. super Genes. c. 29. Genebr. lib. 1. Chronog. Abul. super Genes. c. 4. q. 17. in fine cap. & quæst. Diony. Carth. ibidem in expositione literali. Honcala, Glossa Ordi. Lyranus, Burgen. Lypomanus, Oleaster, Ferus, & omnes. Hoc qua ratione factum sit, multi ignorant. Nam Enos sanctus Dei non est verosimile quòd initium idololatriæ dederit. Quinimò suo tempore cœpit Deus Opt. Max. religiosius quàm vsquàm antè coli. Nam dicunt omnes, tempore huius Enos cœpisse Ecclesiam congregari, verbum Dei prædicari, altaria. construi, ceremonias institui, sacrificia fieri, &c. Hæc om-

Tempore  
Enos cœpe-  
runt fieri al-  
taria oratio-  
nes.

**A** omnia Vatab. vno comprehēdit, vt optimè solet, verbo: Tunc, inquit, cœpit passim coli Deus. Caiet. dicit tūc cœptum fuisse inuocari Deum sub nomine Iehoua. Tribuūt enim Hebræi admirandas virtutes inuocationibus huius nominis, & propterea Moyses sollicitus fuit circa initium inuocationis in tali nomine Iehoua. Ita Caiet. super Gene. 4. & sup. Exod. 6. Iacobus de Val. sup. Psal. 144. dicit, eate nūs cœpisse tempore Enos inuocari nomē Domini, quatenus tunc cœperunt homines inuocare Messiam, nam vnum ex nominibus Messia, est Nomen Dñi, vt ibi, Ecce Nomē Dñi venit de longinquo, Isai. 3. Et. c. 62. Vtinam dirumperes cœlos, & descēderes, &c. manifestares nomē tuum. i. Messiam tuum. Et certe conditiones & proprietates nominis quadrant quàm optimè Christo. Hugo Card. ex Petro Comestore super Gene. cap. 4. dicit, ideò Enos cœpisse inuocare nomen Dñi, quia aut inuenit verba deprecatoria ad inuocandum Deum, aut quia ad exciandā Dei memoriā, effigiauit Dñm, vt modò fit in Ecclesia. Ex hoc proximè accedimus ad alterū sensum, nā quoniā iste Enos religionis & pietatis ergò, effigiare cœpit Deum, cœperunt homines effigiebus abuti, & eas colere, & sic idola conficere, & venerari. Et tunc optimè cœ hæret quòd alij considerauere, vt ille locus verti ex Hebræo sic possit: tunc profanatum est nomē Dñi, id est, tributū est nomen Dei idolis, quia tunc cœpit idolomania. Ita refert Lypom. in Catena Gen. 4. & Oleast. & Hōcala ibidē. Et congruit magnoperè hæc interpretatio, eò quòd à tēporibus huius Enos potius cœperunt homines Deū verū deserere. & offedere q̄ colere, quā ob causam sequutū statim est diluuiū. Hoc obseruabat Valentin. sup. Psal. 144. Nā præter domū, & familiā Noe nullus legitur vsq; ad tēpora Abrahami coluisse Deum, quāuis, vt deducit

Vnum ex nominibus Christi, est, Nomen Dñi. Isai. 3. Et. 62

Aug. lib. 16. de Ciuit. c. 12. toto mundi decursu fuere homi-  
 nes fideles & iusti, in quibus ciuitas Dei conseruaretur,  
 &c. Et quidem quod tetigit Genebrardus, lib. 1. Chrono.  
 circa annum mundi. 235. ambas tam ex diametro pugnan-  
 tes sententias, eatenus conciliari possumus, quatenus dica-  
 mus, hæc duo temporibus Enos simul coepisse, nempe  
 maiorem & augustiorem cultum Dei apud fideles, &  
 profaniorē idololatriam apud perfidos, & profligatos  
 homines. Aliter etiam conciliari hæc tam toto cœlo diuer-  
 se sententię possunt, cū D. Chryso. in quadam homi. super  
 Psal. 49. & Eusebio Emiseno, quem refert Lypom. in Ca-  
 tena, si legamus, vt legit Chryf. Hic coepit vocari nomine  
 Domini. Fuit nanque Enos iudex & princeps inter suos,  
 quam ob causam nomine diuino illū honorare constitue-  
 runt. Inde idololatria facilē habere potuit ortū. Nā nomē  
 Dei tetragrammaton Deo derogare, & creaturis arrogare  
 coeperunt homines. Nā & Iudic. c. 17. nomen ipsum Ieho-  
 ua idolis tribuitur. Imò & Ioui: nā Iouem & Iehouan idē  
 putabant, vt obseruant Aug. Eug. & Geneb. vt infra repe-  
 tendum mihi est. Igitur negari nulla ratione potest, quod  
 temporibus Abrahami iam olim cultus latrię deferri ido-  
 lis coeptum sit. Ac proinde ex hac parte nihil omnino  
 prohibet quin Abraham ea coluerit:

Tempore  
 Enos coepit  
 cultus Dei  
 & etiā idolo-  
 latriam.

Iud. 17.

III.  
 Explicatur  
 opposita  
 pars, quod  
 Abraham nō  
 fuerit idolo-  
 latra.  
 2. Esd. 9.  
 Iud. 5.

O ppositā nihilominus partē, ceu innitentē expressio  
 ribus scripturę testimonijs, ac certioribus cōiecturis,  
 sunt multi qui teneant, Abrahamū ab idololatrię crimi-  
 ne penitus vindicantes. Initio, locus. 2. Esd. c. 9. hoc innuit  
 nam sic habet: Tu Dñe Deus, qui elegisti Abraham & edu-  
 xisti eum de igne Chaldæorum, & inuenisti cor eius fide-  
 le coram te. Et Iud. 5. de Hebraico populo dicitur, Popu-  
 lus iste noluit sequi Deos patrum suorum, qui erāt in ter-  
 ra Chaldæorū: de ferentes itaq; caeremonias patrum suo-  
 rum,

A rum, vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis vt  
 exirent inde. Et demum multa sunt huius generis loca,  
 quæ ab idololatria indemnem seruant Abrahamum.

Sed præ alijs illustris est locus, qui habetur Genes. 11. *Genes. 11. lo-  
 cus celebris.*  
 vbi dicitur, Thare eduxisse Abrahamā & Loth de Vr Chal-  
 dæorū, in quo mortuus est Arā frater Abrahami. Hic lo-  
 cus ansam dedit multis cōtentionibus. D. Hiero. in quęst.  
 Hebraicis, & Glos. Ord. super Gene. 11. & omnes ferē præ-  
 allegati doctores referūt, nihil esse aliud eductū esse Abra-  
 hā de Vr Chaldæorū, nisi de igne Chaldæorum: nā vox,  
 Vr, non significat ibi locū aliquē, sed ignē. Tradunt autē

B Hebræi (verba sunt Hieronymi) Abrahamā in ignē missum  
 esse, quia ignē adorare noluerit, quē Chaldæi colunt, &  
 Dei auxilio liberatū de idololatrię igne profugisse. Rus-  
 sus vt Lyra. ibi Gene. 11. & Abul. q. 29. refert, Thare cū ef-  
 feret idololatra, accusauit Abrahamā filium suū, apud Nemrod,  
 eò quod nolebat ignē colere, sicut faciebant Chaldæi ex  
 præcepto Nemrod. Propter quod Abrahamā proiectus est  
 in ignē. Aram autē frater eius assisēs, dicebat in corde suo,  
 Si vicerit Abrahamā illeſus ab igne, sequar eius fidē: sin autē,  
 colā ignē sicut alij. Cū igitur Abrahamā virtute Dei seruare  
 tur ab igne, & quæreretur ab Aram de eius cultu, respon-

Traditio He-  
 bræorū quod  
 Abraham in  
 ignē proie-  
 ctus est. &c.

C dit, se velle sequi Abrahamā. Tunc proiectus est in ignē, &  
 ibi mortuus est, quoniam, non fuit tantę fidei sicut Abra-  
 ham. Hæc Lyra. Paulus Burgenſis in Additione prima  
 Genes. 11. hoc non solum refert, sed & probat, & ex Rab-  
 bi Moyſe refert, haberi in quodam libro vetustissimo,  
 quod quidam vir nomine Abraham disceptabat publi-  
 cē cum idolorum cultoribus, asserens, quod non erat  
 ignis colendus vt Deus: & quod Rex timens ne popu-  
 lum auerteret ab illa cultura, incarceratione eum. Fauet  
 ille locus. 2. Esdræ. 9. Tu Deus, qui eduxisti Abraham  
 de igne

de igne Chaldæorum, &c. Et ex loco illo Gene. 11. (ait Ca A  
iet. sup. Gene. c. 12.) hauriri potest coniectura q̄ Abrahā  
potius mouerit patrem suum Thare ad migrandum ex  
Chaldæa, quā Thare Abrahamum filium.

*Chaldæi ignem ut Deū colebant.*

Et quidem quod Chaldæi ignem adorarent, certissimū  
est: nam & ipsum veluti Deum colebant omnes ferè na-  
tiones. D. Aug. 8. de Ciui. c. 5. & Tul. 2. de Natura Deorū,  
etiam Stoicos, referunt, existimasse, ignem esse sapientem  
& viuentem, & mundi conditorem & Deum. Multa de  
his apud Cœliū Rhodig. lib. 8. le. t. Antiq. c. 36. vbi & ob-  
feruat solum esse hominē inter cætera animalia, qui igne  
vritur. Cætera nō vtuntur igne, sed terra, aere, aqua: cuius B

causam ibi tradit. Sed & Abul. sup. Gene. 11. q. 35. in fin. re-  
fert, Chaldæos nō solū ignē veneratos, sed & conatos in-  
ducere alias gentes ad eius cultū: & hac de causa igne suo  
alia idola cōburebant. Memorat, A Egyptios aquā solitos  
adorare, eō quod præ cæteris regionibus vberius irrigatur  
A Egyptus. Hi in capite magni idoli Beli vas fictile, loco  
coronæ posuerūt, & per occultos meatus aqua veniebat,  
inferioribus foraminibus cera obduratis. Venerūt Chal-  
dæi & apposuerunt ignē Deū suū, vt virtute sua Belū cō-  
bureret & in cineres redigeret. Sed calore ignis liquefacta

*Vt Chaldeo-  
rū an sit ignis,  
an certus Chaldee  
locus.*

cera, aqua defluxit, & ignem extinxit, & præualuerūt ido C  
la A Egypti. Et quidem quātumuis Abul. q. 20. super Ge-  
ne. 11. & Lyra, Lypomanus, & Honcala ibi, irrideant præ-  
dictas Hebræorum traditiones, dicentes, Vr Chaldæorū  
nullatenus esse ignem, sed locum quendam Chaldææ, vn-  
de extraxerit Deus Abrahamum, quod & dicit Ferus ibi  
dem & etiam Caiet. super. 2. Esdræ. c. 9. dicens, rem esse  
apocrypham quod Vr significet in illis locis ignem: ta-  
men his omnibus posthabitis, mihi verius apparet, q̄ Bur-  
gen. & Geneb. & permulti alij probāt, Abrahamū de igne

A ne quē illi colebant, non sine magno Dei miraculo, fuisse liberatum. Quinimō & D. Hiero. illam Hebræorum traditionem probat, dicens: Vera igitur est illa Hebræorū traditio, quod Abraham Babylonio vallatus incendio, quia illud adorare nolebat, Dei fit auxilio liberatus. Vnde miror præallegatos Modernos, quod ita ceu fabulosum figmentum hoc reijciant, cum Diuus Hieronymus hoc tam aperte probet. Et Aug. 16. de ciuit. c. 15. de igne etiam Chaldæorum dicit liberatum esse Abrahamum & idē tradit. q. 25. super Genes. tom. 4. Et sanè nisi hoc ita esset, non tam sæpe & veluti magnum beneficium in scriptura commendaretur, quod Deus eduxisset Abrahamum de Vr Chaldæorum. Ex hoc itaque loco luculenter apparet, Abrahamum auersatum fuisse idolorum cultum.

Præsto est & aliud argumētū, quia omninō ac firmiter cōstituendū est, ab initio mūdi ad finē verā Dei Ecclesiā nunquā interrūpendā aut vnquā fuisse interruptam: sed in vera fide ac religione perpetuō cōseruatā, & plantatio nē ciuitatis Dei nō defecisse. At si domum Thare ab idololatriæ crimine non liberemus, non ita facile reperire licet, in quibus seruata fuerit vera Dei Ecclesia. Nam quāuis, authore Gene. lic. 1. Chronographie, circa annū. 874.

*Quod ab initio mundi usque nunc, nunquam est interrupta series Ecclesie, & fidelium.*

C Noe vixit vsq; ad 58. ætatis Abrahā, quo tēpore iam fidelem constituunt Abrahamum, illi qui eum idolatram aliquando fuisse ponunt: nihilominus D. Aug. libr. 16. de Ciuit. c. 13. quanuis eum alij vt oppositæ sententiæ patrum allegent, nec immeritō: tamen satis innuit, domū Thare liberam fuisse à nefario idolorum cultu. Quod & Abulen. super Gene. 11. ex ipso Aug. & ex lib. Iudith. c. 5. tradit, cōtendens, nec Abrahamū, nec Thare vnquā idololatriis annumerandos esse. Et quod dicitur Iosue. 24. quod seruiert Dijs alienis, intelligi debet cū Geneb. quod cū

*Iosu. 24.*

eruti sunt de Vr Chaldaeorum, iam incipiebant idolomaniam complecti: ac proinde præuenti à Deo sunt, ne in eam ruerent. Exinde, auctore eodem Genebrar. coepit Abraham terram Chanaam, in quam migrauerat, replere facellis & altaribus. Aedificauit duo altaria, Gene. 12. & 13. vnum inter Hai & Bethel, alterum propè Sichem. Tertium, Gene. 15. prope Hebron. Quartum, Gene. 21. in Bersabee. Quintum, Gene. 12. in monte Moria. Sic quòcunq; transibat, omnia imbuebat religione. Hinc Mahometes tradidit, suæ Mechæ templum opus esse Abrahæ. Cõsecrauit cõmeterium, vxori, sibi, & posteritati propè Hebron, Genes. 23. Demum ab hac idolorum superstitione cultura immunem semper fuisse Abrahamum, tradunt Diony. Carth. ibi Iosue. 24. & Abul. ibidem. q. 6. & Caietan. ibidem. Quibus accedit quòd cum Abraham futurus esset omnium credentium pater, atque initium fidei nostræ, religionis felicissimus inceptor, non est simile veri, quòd immani ac nefando idololatriæ crimine vsquam detentus fuerit. Vt verò habeamus quid ad coniecturas illas initio traditas respondeamus, licet dicere cum Caiet. super Iosue. c. 24. suppositum illius verbi, Seruierunt, nullatenus esse Abraham, sed alios progenitores Hebræorum. Aut cum Genebr. quòd iam se idolis dedere parabant, nisi à Deo præuenti fuissent: nam hæreditariam suorum parentum idolomaniam suscepissent. Et hæc ob causam in magnis beneficijs poni potest, quòd eos Deus ab illo periculo infantes seruauerit: latrã ignis, quã vrgebat Nemrod, declinãtes. Quòd verò Thare fuerit fictor ac venditor idolorũ, neq; est authenticũ, neq; hoc quid quã præiudicat Abrahami pietati, & sanctitati. Ambas sententias postquam, vt ingenij & tẽporis angustia tulit, explicui, liberum lectoribus erit alterutram eligere.

QVAE-

Quòd Abraham totã terram Chanaã repleuit altaribus, & religione mra.

A Q V A E S T I O  
OCTAVA SCHOLASTICA.

An aliquid expendere, retinere, aut acquirere, religiosus sine licentia sui prelati valeat.



**G**rauari in Religionum castra execrandum proprietatis vitium sensim molitur. Quod ne efficiat, opus esse video vt omnes, veluti signo dato, in aciem prodeuntes, infesta vitij tela propulsemus, & sancte paupertatis vindices & assertores nos ipsos exhibentes, eam Conciliorũ sacrorũ & Canonũ vallis obmuniamus, & Doctorũ autoritate ceu quodam antemurali firmemus. Hoc ego vt faciãt doctos & graues viros, quibus otij copia, & vis ingenij, & autoritatis pondus obtigerit, vehementer obtestor: nam mihi horum omnium egeno, capita disputationis propositz detegere & perstringere solum licet.

**B**reuisimè tres sunt personarũ religiosarũ differentie in vnoquoq; regulariũ conuentu, quos in quæstione vocamus: Procuratores, Prælatos & promiscue cæteros. Et omnes equè teneri ad votum paupertatis asserere nõ cunctamur: quãdoquidẽ omnes equè sunt religiosi. Quod ipsi, præsertim Procuratores & cœconomi vix sibi persuadent, nã contrã ita pro libito in omnes vsus expendunt, vt rerum conuentus Dominos se esse existimare videantur.

Dein

I.  
Quadruplex distinctio notanda.

Deinde religiosorum bona, quo ad præfens attinet, in duplici sunt differentia, nam quædam sunt in usus totius cõmunitatis deputata: quædam applicata sunt singulis fratribus, ea ut habeant penes se, aut penes aliquem alium Fratrem, in proprios ac priuatos usus expendenda, de licentia prælati. Præterea, licentiam hanc bifariam contingit haberi, aut expressè, aut tacitè & interpretatiuè. Tandem triplex actionum genus destinatum in disputationem est à me: expendere, retinere, acquirere. De singulis iuxta inopiam temporis breuiter disseram.

## II.

*Procuratores conuentu sunt ex-  
tra itatū facti, nisi  
etc.*

**P**rima conclusio. Procuratores seu œconomi & quot quot alij bona conuentus administrant, si in alios usus quam à superioribus deputata sunt, ea expendant, peccant mortaliter, & sunt in statu condemnationis: ac proinde quando nō respiscunt, à confessarijs absolui nec debēt, nec possunt. Hæc conclusio in moralibus est euidens. Eā habet D. Tho. 2.2. q. 32. ar. 8. & Glossa in Clementina. 2. §. Sed & talis. de Vita & honestate clericorum, Dominus Franciscus Sarmiento in. 1. parte sui Defensorij, Monitorio. 11. Ioannes Gerson, Alphabeto. 34. Et patet, quia solū respectu eorum vsuum qui in bonum monasterij ordinantur, destinata à superioribus habent rerum administrationem, ergo in cæteros usus in quos facultas sibi concessa non est, non magis possunt expendere, quam possint cæteri religiosi: at cæteri si de bonis communitatis quidquam attrectēt ut expendant, peccant mortaliter, ut omnes fatentur: ergo & illi. Est enim sciendum, quod licet omnia bona monasterij sint omnibus cõmunia, nō tamē ita ut singuli sint Domini aliquotiarum partium: qualiter est fundus communis pluribus hæredibus æqualiter institutis, vel emptoribus æquale pretium conferentibus: sed sunt communia, ita ut singulis quod opus fuerit, applice-

*Quomodo  
bona mona-  
sterij sint mo-  
nasterij.*

**A**plicetur, ab eo qui habet authoritatem illa administrandi. Porro si hanc authoritatem penes œconomos residere quis dixerit, attendat verba sacri Concilij Tridentini, sessione. 25. c. 2. vbi præcipitur, ut administratio bonorum monasterij ad solos officiales eorundem ad nutum superiorum amouibiles, pertineat. Ex quibus aperte sequitur, quàm considerate ac diligenter intendere Procuratores debeant sui muneris executioni, & bonorum monasterij administrationi: nam quoties citra expressam Prælati licentiam, aut rationabiliter præsumptam, notabilem aliquem sumptum faciunt de bonis conuentus, peccant mortaliter, & quandiu ad meliorem mentem non redeūt, ut firmiter statuunt, secus acturos se deinceps, sunt in statu peccati mortalis, ac proinde absoluēdi à confessarijs minimè sunt. Ex quo rursus fit, non solū profanos vsus, sed & aliàs licitos, ut tunicam, chlamydem, calceos: aut quæuis alia vtenilia & supellectiles emere aut sibi aut alijs fratribus, sine licentia Prælati, esse sibi penitus illicitos, & malos mortaliter.

**S**ecunda conclusio. Licet Prælati sit apud quem præcipuè cura & administratio bonorum conuentus temporalium, non minùs quàm spiritualium residet: non tamen potest ad libitum ea in quosuis usus expendere. Patet. 1. pars. ex. c. nullam. 18. q. 2. & ex. c. edoceri. de Rescriptis. & ex Tridentino, sessione. 25. ca. 2. & ex Regula D. Aug. Probatum secunda pars, quia Prælati non est Dominus, sed administrator. & c. ex. c. Fratritatem. de Donationibus: ergo tenetur in eos tantum vsus ea distribuere, in quos destinata sunt. De quo Nauarr. super. c. Nullam. 18. q. 2. num. 6. Quod si in profanos vel inutiles usus dispenderit, non dubium quin peccet mortaliter. Per hoc tamen minimè tollitur, quin vbi consuetudo inoleuerit,

*Non potest  
procurator  
conuentus si  
bi, aut alteri  
religioso  
applicare tu-  
nicas, calceos  
etc. inconsulto  
præla-  
to.*

## III.

*Prælati non  
possunt in  
quosuis usus  
expendere  
etc.*

donare aliqua potest vt patet ex. c. cæterùm. de Donatio A  
nibus. Quinimò vbi consuetudo exoleuerit & defece-  
rit, donare etiam poterit rem modici valoris, vt habet Pa  
normitanus in eodem. c. cæterùm. num. 2. Certè tutor, li  
cèt non sit Dominus, quia tamen administrator est bo-  
norum pupilli, aliquid eorum donare potest, modo sit  
parui momenti, vt habetur in. l. cum plures. ff. de admi-  
nistracione tutorum. Sed quo ad Prælatos monasterij  
spectat, hoc limitat Panormi. num. 4. dicens, hoc licere  
Prælati dummodò sub sit causa rationabilis, vt si mona-  
sterium ab aliquo suscepit obsequium, quod irremune-  
ratum adhuc sit. &c. Quantum autem sit quod donare B  
potest, Cordub. dicet, quòd vsq; ad quantitatem. 10. au-  
reorum. Ita habet in tract. de casibus. q. 54. dub. vlti. Ve-  
rum tamen per consuetudinem, vel per peculiare statu-  
tum, iam hoc taxatum est in vnaquaque religione. Vi-  
de Syluest. verbo, Donatio.

III.  
Ceteri reli-  
giosi etiã de  
bonis sibi de  
putatis non  
possunt in  
priuatos  
vsus etc.

Tertia conclusio. Religiosus, etiam ex his quæ sibi de  
putata sunt ad proprios vsus, si sine licentia Prælati  
dispenset rem notabilis quantitatis, tam intrã quàm ex-  
trã monasterium, peccat mortaliter, & agit contra vo-  
tum paupertatis. Ita D. Antoninus. 3. p. titulo. 16. §. 11. co-  
lum. 1. & 2. Syluester, verbo. Religio. 6. q. 7. particula. 2. C  
Nauarr. super. c. Non dicatis. 12. q. 1. num. 44. & probatur,  
quia vsuarius nequit de rebus tantùm ad vsum pro-  
prium concessis, in alios vsus disponere, vt patet ex Insti-  
tut. de vsu & habitatione. sed sic est quòd religiosus so-  
lùm est vsuarius eorum bonorum, quæ sibi destinata  
sunt, ergo non potest in omnem vsum ea expendere. Re-  
cte Soto. 4. de Iustitia. q. 1. ar. 1. colum. 8. dicit, quòd sicut  
cum quis aliquos conuiuio excipit, non facit eos Domi-  
nos esculentorum & poculentorum, quibus mensa strui-  
tur,

A tur, quia nec illis facit copiam vt illa ad alios transmittar,  
aut in proprias domos asportent, sed vt sedentes vescan-  
tur illis, ita monasterium facultatem facit monachis edè  
di, vestiendi &c. non tamen ea bona in alios vsus ex-  
pendendi.

Verum est tamen quod præcedens cõclusio limitatur  
ab Hostiensi in summa, Titulo de Pœnitentijs & remissio-  
nibus, & à Glossa, de Vita & honestate clericorum Ver.  
Conuertendum, qui dicunt licitum esse religioso pere-  
grinanti vel existenti in studio extra claustra, facere elee-  
mosynam moderatam, ex his quæ sibi in propriam sustē  
B tationem sunt assignata: quod etiam tenet Syluester ver-  
bo eleemosyna. q. 5. Tabiena, num. 8. Nauarro in c. Non  
dicatis. num. 40. Glossa ibi versic. possidere. Alen. Alen.  
4. p. q. 33. memb. 4. ar. 2. Addit Turrecremata in eodem. c.  
Non dicatis num. 6. ex Hugone super regulam D. Aug.  
quod religiosus existens extra claustra potest emere, vè  
dere &c. non tamen si intra claustrum extiterit etiam si  
illud quod vult expendere, ipse sibi subtraxerit de his  
quæ poterat honestè consumere.

Religiosus  
qui sunt in  
studijs extra  
claustrum.  
etc.

Ex quo vnum infero, quòd magnopere considerandũ  
est, & præ oculis semper habendam, non posse religio-  
sum bona sibi à prælato deputata ad certos vsus, expen-  
dere in alios, in quos licentiam Prælati non habet. Vt si  
C in nostra religione habeat frater aliquis certas pecunias  
in deposito, & postulet licentiam à Prælato ad emendos  
libros Theologiæ, si loco horum emat libros profanos,  
vt Amadises, Orlandos, ad quos emendos verosimili-  
ter existimat facultatem sibi à Prælato non faciendam,  
peccat mortaliter, contra votum paupertatis.

Non potest  
religiosus  
qui licentiã  
petijt ad rē  
unam emen-  
dam emere  
alteram.

Quarta conclusio: Retinere aliquid notabile cum ani-  
mo illud occultandi Prælato, cuiuscunq; generis il-  
lud

V.  
Retinere  
aliquid sine

*licentia prælati est mortale.* lud sit, apertè est peccatum mortale. Hæc est communis sententia ex. c. cum ad monasterium. de Statu monachorum, & ex Concilio Triden. sessione. 25. c. citat. Panor. c. cum ad monasterium. num. 8. Joann. Andre. & Archidi. D. Anton. supra. §. 11. Syluest. Religio. 6. q. 7. Cor. dub. q. 54. Gerson. 1. p. Alphabeto. 23. litera. m. vbi explicans illud quod dicit Aug. in Regula, Siquis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur; addit: Parum dixit, furti, imo certè & sacrilegij. Est verum tamen considerandum, quod duplici ratione potest religiosus rem aliquã suo occultare Prælato, primò, ne illa spolietur: secundo, ne fortè reprehendatur quia sine eius consensu suscepit. Nunc dicimus, qui rem occultat Prælato, quia iure merito sibi eam auferendam à Prælato existimat, peccat contra votum, & est proprietarius, ac proinde peccat mortaliter. Ita Turrecremata super. c. Non dicatis. art. 5. & patet ex dicto. c. cum ad monasterium. & c. Monachi. de statu regularium, & c. quando. de Officio ordinarij. Si verò ea intentione occultet, quia existimat nõ quidem se re illa expoliandum, sed solum reprehendendum, quia inconsulto prælato eam possidet, tunc sub distinctione respondendum est, vt statim patebit. Hinc certam licet constituere regulam pro scrutinijs seu visitationibus cellarum: nam proculdubio si quando Prælati visitat cellam religiosi, nempe ad inquirendum & perscrutandum, quid in cellis singuli habeant: si aliquis fratrum occultet, verbi gratia, profanas aliquas vestes, picturas, imagines, gemmas, libros: quæ omnia, iuxta ipsius fratris conditionem & dignitatem, Prælati ægre & molestè laturus est vt habeat, & ea ab illo sublaturus creditur, minime dubium est quin talis occultans peccet mortaliter, nisi materia sit parua ac modica. De quo statim.

Quin-

- A** **Q**uinta conclusio: Recipere vel acquirere ab alijs aliquid notabile sine superioris licentia, peccatum mortale est religioso. Ita Nauarro in. c. Non dicatis. num. 16. & patet ex. c. Cum ad monasterium. vbi dicitur, si quid piam fuerit religioso specialiter destinatum, non præsumat illud accipere: sed Abbati, vel Priori assignetur, & c. & Concil. Trident. Ses. 25. c. 3. postquam decreuit, vt nulli regulari liceat aliquid vt proprium possidere, additur, Sed statim ea superiori tradantur, conuentuiq; incorporentur. Quod etiam statuitur in. l. 14. titulo. 7. partita. 1. Quod si quis arguat. Hæc bona suscepta à religioso sine licentia Prælati, potius esse reddenda ei qui illa tradiderat, quia cum ille religiosus non sit capax suscipiendi, non videtur ille alter à se dominium abdicasse. Respondetur, quòd si traditio seu donatio fuit absolute facta, tunc res donata tradenda & incorporanda est monasterio: quia omne quod acquirit regularis monasterio acquirit. 18. q. 1. c. vnic. & docet Panor. in. d. c. cum ad monasterium, num. 2. nam similiter quod seruus acquirit, Domino suo acquirit. l. placet. ff. de acquirenda hæreditate. Sed, vt habet Innocent. cap. olim. 2. de Priuilegijs, omnia iura loquentia de seruis quoad acquisitionem rei pecuniariæ, locum habent in religiosis: vt etiam tradit Nauarr. c. Non dicatis. num. 62. ex Innocent. Baldo, & alijs, ergo. Si tamen donatio non fuit facta absolute regulari, sed sub conditione vt ille possideat independenter à Prælato, non intendens aliter eam à se abdicare: tunc res donata ei qui donauit, restitui debet. Quod colligitur ex his quæ notat Panor. supra, & Sylu. Religio. 6. q. 7. particula. 2.
- S**ed qualis debeat esse facultas à Prælati facta, ad hoc vt religiosus retinere, aut expendere bona, quorum vsum habet, licitè possit, merito vertitur in dubium.

VI.

*Recipere ab alijs nõ potest religio-*  
sus, & c.

Dubium.

Solutio.

VII.

*Non potest prælatus dare licentiam*



*subdito ut expendat in quoscunque usus.*

Primum omnium hoc certum statuamus.

**A** Sexta conclusio: Non potest Prælati concedere licentiam subdito, ut in quocumque usus illa aut alia quæcunque bona possit expendere. Ita habet Nauarr. c. non dicatis. nu. 53. vbi & allegat Cardin. Alexand. dicentem, non solum peccare Prælatum, talem licentiam concedendo, sed & subditum ea utendo. Idem habet Syluester supra. §. 7. Et certè eadem ratione copiam subdito facere nequit, ut penes se retineat aut in cubili suo habeat plurima ac pretiosa bona, quæ neque necessaria sunt, neque statum religiosorum decentia. Quod oculatissimè dispicere Prælati debent, attentis circumstantiis personarum, consuetudinis, temporis & loci. Et addit Nauarro, nu. 55. Corollario. 12. etiam Prælatum & capitulum simul non posse facere religioso facultatem huiusmodi: ut, verbi gratia, expendat pecunias in ludos, luxus, & similia. Et quantumvis det, non ideo subditus excusatur à peccato mortali si in notabili quantitate utatur prædicta licentia. Est etiã summopere considerandum, dupliciter posse Prælatum hanc licentiã dare subdito, aut expressè, aut tacitè.

VIII.  
Duplex licentia, expressa vel tacita.

**Q**uo posito sit septima conclusio: Minimè dubiũ est quin alterutro modo concedat Prælati licentiam, aut expressè, aut tacitè, subditus potest ea bona expendere, retinere, acquirere, &c. Verũ distinctione hic opus est: nam tacita licentia seu taciturnitas Prælati, dupliciter contingere potest. 1. cum videns subditum retinere seu expendere aut recipere aliquid, non prohibet: quæ dici potest taciturnitas permissiua. Et tunc Turrec. in dict. cap. Non dicatis, artic. 8. & Alexand. negant, hanc tacitam licentiam sufficere. Altera est taciturnitas cum cõsensu approbatiuo, quæ non est pura permissio, sed permissio approbatoria, iuxta Glossam in c. Deniq; .4. d. & hanc Nauar. supra

c. 54.

**A** c. 54. dicit omnino sufficere, & ita prorsus dicendum est.

Præterea sciendum est, non esse regulam vnde quaque certam, quam tradit Gerson. 2. part. Alphabeto. 34. quòd tunc dicitur subditus facere aliquid sine licentia, quando probabiliter credit, quòd si Prælati sciret se hoc facere, ægrè ferret. Hæc, inquam, non semper est vera, potest enim contingere, ut displicentia illa Prælati non tam proueniat ex re accepta aut expensa vel retenta, quam ex modo clandestino tam reinendi, aut expendendi, &c. Præclare distinxit Caiet. in Summa, verbo, Furtum. dupliciter posse esse, inuitum Dñm alicuius rei à quo res furripitur, vel quantum ad ipsam rem quæ sibi accipitur, vel solum quantum ad modum, quia scilicet, sibi displicet quod taliter accipiat. Per quod, ait Caiet. multæ acceptiones domesticæ filiorum & monachorum possunt excusari à mortali, dum præ verecundia, aut alio respectu accipiunt rem aliquam, inconsultis maioribus & inuitis, non quo ad rem acceptam, sed quoad modum accipiendi. Quod doctè tractat Nauar. supra num. 52.

**O**ctava conclusio: Non videtur sufficere huiusmodi licentia ad hoc ut subditus excusetur omninò à peccato, sed necessum est ut probabiliter credat, quod superior non solum rem acceptam, sed etiam modum accipiendi habeat gratum. Nam si credat quod modus ille accipiendi sine licentia, displicebit Prælati, omnino peccatum est in subdito, illo modo rem accipere. Verum est tamen quòd hoc peccatum non erit furtum, nec iniustitia, nec inducet obligationem aliquam ad restituendum, cum non proueniat ex parte rei acceptæ, distractæ, aut retentæ, sed ex modo, ut dictum est. Ita Naua. in. d. c. Non dicatis. 12. q. 1. nu. 52. vbi sic loquitur: Per hæc respondi pridem cuidam monacho, non fuisse obligatam ad reddenda Abbati quædam munera à quo-

Prælati  
presumitur  
dare licentiã  
quantum ad rem  
non quantum  
ad modum.

IX.  
Quæ licentiã  
requiratur  
ad hoc ut non  
peccet subditus, &c.

à quodam viro accepta, quorum accipiendorum licentiam A  
iultè & libenter concessisset Abbatis, si eam petijset  
ab ea. Arg. l. Inter omnes. §. Rectè. ff. de furtis. quatenus  
habet, non committere furtum eum qui clam capit alie-  
num, quod scitum Domino placeret. Et quod, vt in Ma-  
nuali. c. 17. num. 29. dixi, accipiens alienum clam Domi-  
no, qui libenter daret illud à se petitum, non tenetur re-  
stituere illud. Imò quòd non peccauit, si probabiliter cre-  
debat, quòd non displicisset Abbatis. acceptio illa clan-  
destina: secus si credebat, quòd displicisset, quanuis licen-  
tiam peritam non denegasset. Arg. l. Qui vas. §. Verare. ff.  
eodem titulo, vt sentit Glossa in. d. §. Rectè. Peccat enim, B  
scilicet venialiter, qui clam contra voluntatem Domini  
accipit, eò quòd capit modo ingrato ei: sed non mortali-  
ter, eò quòd placeat ei vt eam habeat, licèt modus haben-  
di displiceat. Ita habet Nauarr. nume. 52. ex Caiet. verbo,  
Furtum, & in. 22. q. 66. art. 5. Quòd communiter Doctores  
approbant. Quæ si vera sunt, peruia & aperta multa  
iam erunt, in quibus multos passim videas cespitare.

X.  
Non peccat  
mortaliter  
subditus. li-  
cet sine licen-  
tia retineat,  
expandat,  
etc. dummo-  
do. etc.

Vnde sit nona concl. Non peccat mortaliter monachus, qui rem etiam mediocri valoris suscipit ab extraneis, aut tradit alteri fratri, aut commutat cum alio, siue domestico, siue extraneo: cum per actiones huiusmodi non præiudicetur in aliquo monasterium. & comper- C  
tum habeat, si à Prælato facultatem postulasset ad eas  
actiones, sibi minimè denegandam. Quòd totum si ve-  
rum esse debet, omnino intelligendum est cum triplici li-  
mitatione. Prima est, quòd subditus promptum & expo-  
situm habeat animum non occultandi, sed potius resignandi in manus Prælati talia bona accepta, retenta, permutata, &c. quoties Prælati exegerit, aut quoties fecerit cellarum ac cubiculorum scrutinium. Secunda, quòd per Præ-

A Prælatum, aut per constitutiones talis religionis non sit in virtute obedientiæ, aut cum simili rigore interdicta talis acceptio, retentio, aut permutatio, &c. Tertia, quòd exploratum & comperit habeat subditus, consentire saltem interpretatiuè Prælatum in eas res: ita vt si ab ipso peteretur licentia, eam expressè daret, quanuis, vt diximus, modus clandestinè faciendi sibi displiceat.

Postremò, quæ dicatur notabilis quantitas ad hoc vt peccet mortaliter subditus retinèdo aut expèdèdo sine licentia Prælati, explicadū mihi restat. D. Ant. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 11. dicit, quòd etiam paruam quantitatem, quæ non est pa-

B ratur subditus in manibus Prælati resignare, ad requisitum nem ipsius Prælati, est mortale peccatum recipere, vel retinere, &c. Gerson supra, Alphabeto. 34. litera. S. dub. 3. dicit, quòd etiam cultellum aut filum, aut acum, sine licentia generali, vel speciali dans, vel accipiens peccat mortaliter. Hoc tamen rigidum est, & planè falsum: nam materiam paruitas in quocunq; genere excusat à mortali. Corduba in Tractatu de Casibus. q. 109. puncto. 2. ex Nauar. in Commè. de Furto, in Repeti. c. fin. 14. q. 6. nu. 11. & 12. quantitatem vnus argentei dicit esse notabilem, ad hoc vt qui illam furatur peccet mortaliter. Couar. lib. 1. Vari. Resol. c. 3. nu. 12. dicit, surreptionem vnus gallinæ esse furtum mortale: quæ ratione Iustinianus In tit. de Rerum diuisione. §. Gallinarum. dat actionem furti contra furem gallinam surripientem. Et sic apparet quòd hæc sit notabilis quantitas, in nostro proposito.

C Nilominus, saluo meliori iudicio, sit vltima conclusio. Non videtur mihi peccare mortaliter qui quantitatem duorum argenteorum recipit, aut expendit, consumit, &c. inconsulto Prælato: imò etiam palam dicente Prælato, ne eos expendat. Ratio est, quia quantumuis neget licentiam,

XI.  
Quædicatur  
notabilis quæ-  
titas in no-  
stro proposi-  
to.

XII.  
Duos argen-  
teos potest  
expendere  
monachus  
etiã renuen-  
te prælato,  
etc.

tiam, & palam dicat, ne id fiat, adhuc subditus in re tam  
parute quantitatis censetur operari cum licentia rationabi  
liter præsumpta. Nam licet Prælati eam neget, non ta-  
men rationabiliter, sed prorsus irrationabiliter negat. Lõ-  
gè enim irrationabile ac durum videtur, quòd Prælati  
habere velit religiosum tanquam seruum & vile manci-  
pium, cum aliter omnino se res habeat. Certè si maritus  
nullo modo permetteret, imò omnino prohiberet vxori,  
facere eleemosynas, etiam paruas, non peccaret illa con-  
trà faciendi in parua quantitate. Quia cum maritus ratio-  
nabiliter debeat talem licentiam vxori concedere, si eam  
negat, irrationabiliter negat: ac proinde nihil curandum  
est de eius negatione & nolitione, quæ est communis  
Theologorum sententia, cum de eleemosyna disputant.  
Ita in proposito. Quod tamen cum hoc grano salis con-  
diendum est, quòd, scilicet, Prælati oppositum non stri-  
ctè & expressè præcipiat. Nam si, verbi gratia, in virtute  
obedienciæ præciperet subdito, ne talè duorũ argenteorũ  
sumptũ faceret, mortaliter peccaret subditus nõ parèdo.  
Et quidè cū multa alia de hac vtilissimâ materia dici pos-  
sent, ego ea tantùm, quæ pro quotidianis religiosorũ scru-  
pulis necessaria esse videbantur, enucleanda delegi: hoc,  
vt arbitror, feci: facturus adhuc magis enucleatè ac sigilla  
tim, si inimica nox non tantoperè nos premeret. Proinde  
antequam diem clauso componat vesper olympo, prope-  
rare me, ne dicam volare, seu præteruolare eas, quæ  
residuz sunt, quæstiones, plurimùm  
expedit.

QV AE

A Q V A E S T I O  
O C T A V A P O S I T I V A.

Qualis fuerit ludus ille, seu persecutio Ismaelis erga  
puerum Isaacum, Genes. 21. & ad  
Galat. cap. 4.



**D**E ludo illo Ismaelis erga pue-  
rum Isaacum non vno, sed  
multiplici modo Doctores lo-  
quantur. Communior inter-  
pretatio ea est, vt per ludum  
intelligamus idololatriam: ac  
proinde eatenus dicatur Is-  
mael cum puero Isaaco lude-  
re, quatenus eum in idolorum  
cultum perducere conabatur. Produ-  
cunt statim locum  
illum Exodi: Sedit populus manducare & bibere, & sur-  
rexerunt ludere. Cum tamen ad nihil aliud, quàm ad co-  
lendum idolum surrexerint. Cum autem Paulus ad Ga-  
lat. 4. dicit, Ismael persecutum fuisse Isaac, hoc ipsum in-  
telligi: nam nulla dirior ac atrocior persecutio excogita-  
ri potest, quàm si eum pertraheret in idololatriam. Alij  
alia procedunt via.

Verùm, vt vel vnâ aut alterâ ego quæstionem  
paucis absoluam, breuissimè dico, recurrentum nobis  
esse ad Hebraicos fontes, & inde hauriendam perfectam  
significationem vocis Hebraicæ, quæ per verbum lu-  
dendi traducta est à vulgato interprete. Olear in Gen.  
cap. 21. dicit vocem, quæ ibi habetur, significare propriè  
ludere.

I.  
1. Expositio,  
quod ludere  
significet ido-  
latrare.

Exod. 32.  
Gal. 4.

Ludere, in  
scriptura  
multa signifi-  
cat.

1. Illudere.

ludere, illudere, irridere, &c. Idem habent Burg. Eugub. A  
Oleaster, de quo multa statim. Interim Nicolaus Lyrano  
ibi dicit, vocem Hebraeam, Mezahec à radice Zahac, quæ  
ibi habetur, ad quatuor æquiuocam esse, scilicet, ad idola-

2. *Idolatrare*  
Exod. 32.

3. *Coire.*  
Gene. 26.

trare, coire, occidere iocari. De primo liquet ex illo loco  
Exod. 32. surrexerunt ludere, id est, idolū colere. De secun-  
do, quòd, scilicet, illud verbum significet coire, patet ex  
Gene. c. 26. vbi vidit Amalech per fenestram Isaacum lu-  
dentē seu iocantem cū Rebecca vxore sua, id est, coeun-  
tem, vt etiam obseruauit Caie. ibi super Gen. 26. & liquet  
ex eo quòd Amalech eo viso, accersito Isaac, dixit ad eū,  
Perspicuū est, quòd vxor tua sit: nimirum quia cum illa  
coieris. Quod & ita intellexit Honcala. Quauis hūc fen-  
sum, vt ex Rabbinorum penu depromptum, reijciat Ly-  
pomanus in Catena ibi Gene. 26. Tertiò illa eadem vox

4. *Occidere.*  
2. Reg. 2.

5. *Iocari.*

Hebraica significat occidere, vt. 2. Reg. 2. Surgant pueri,  
& ludant, id est, interficiant se coram nobis. Quod & re ip-  
sa statim effecerunt, vt ibi patet. Quartò significat iocari,  
ludere, vt vulgò in scriptura.

II.  
*Ismael & Isaac  
ac quot erāt  
annorum cū  
lulebant.*

Nunc supponēdū est Ismaelē, vt Caie. ibi Gen. 21. sup-  
putat, tēpore ludi huius. 18. annor. ætatē habuisse seu  
20. vt vult Abul. Puer aut Isaacus vix ad 6. annor. ætatem  
peruenerat: nā quando Isaacus natus est iam Ismael. 14.  
erat annorū, & transierat trienniū lactationis Isaac, vt Ca-  
iet. dicit. Quibus addit Abul. non esse verosimile, quòd Is-  
mael iam adultus cū paruulo. 3. annor. luderet. Effet ergo  
Isaac quasi. 6. aut. 7. annor. & Ismael quasi. 20. Rursus sciē-  
dū est, ante natiuitatē Isaac, Ismaelē, qui vnigenitus erat  
Abrahæ, multa indulgentia & charitate ab illo curari, &  
magno in pretio & æstimatione haberi: At nato Isaac coe-  
pit Ismael ab ipso haberi contēptui, & nō solito gaudere  
fauore: Et indies amplius cura paterna ac dilectione crescē-

te er-

A te erga Isaacū, decreſcebat sollicitudo & amor Abrahami  
erga Ismaelē. Hinc Ismael certior fieri cœpit, se ad pater-  
næ hereditatis primogeniturā minimè vocandū esse, sed  
Isaacum potius sibi præferendum. Accedebant probra,  
quibus Sarrha passim in Ismaelem inuehebatur, quòd ve-  
luti nothus esset, & ancillæ filius, non proprius. Quod  
grauissimè ac molestissimè ferre Ismaelem necellum  
erat. His ergo de causis in mentem illi sæpenumerò hæc  
subibat cogitatio, rem opportunam, & sibi vtilissimam  
facturum, si Isaacum occideret: vt eo occiso, & sic de  
medio sublato, solitis ipse fauoribus paternis potiretur.  
B Accedebat in super multa commoditas, & opportunitas  
ipsum vt occideret, & sic voti euaderet compos: nam  
vt habet scriptura, Ismael cū adoleſceret, factus est iuue-  
nis sagittarius. Sagitta autem eum transfigere & occide-  
re per facile sibi erat.

Ergo vt concludam, quauis mihi maximoperè pro-  
betur, quod Ismael ludebat cum Isaac, id est, ei illudebat,  
& similiter eum ad idolomaniam inclinare satagebat: &  
forſan etiam ipsius paruuli infantia & innocentia abuti  
volebat, nefarium Sodomorum scelus cum ipso con-  
tendens perficere: nam totum hoc significat vox He-  
braea, ludere: tamen ob prædictas coniecturas quæ non  
sunt, vt arbitror, fallaces, & inanes, existimo potius eum  
occidere voluisse. Et tunc quadrantiore esse videtur inter-  
pretatio Pauli Galat. 4. quòd Ismael perſequebatur Isaac-  
cum, id est, necem ei ac interitum afferre parabat. Scio  
Abul. loco citato, has illius Hebraici verbi multiplices  
expositiones quas ex Lyrano retulerat, reprehendere, &  
confutare. Sed eius rationes statim expendemus. Interim  
inceptum persequamur.

Perſuaderi ergo amplius poteſt, quòd Ismael potius  
Ismael occi-

bb 3 occi

Vnde motus  
ſit Ismael ad  
occidendum  
Isaac.

Quòd Is-  
mael uole-  
bat coire cū  
Isaac.

*dere parabat Isaacum.* occidere parabat Isaacū, quā cum illo coire, aut eum ad idolorum cultū ciere, eò quòd vt adnotauit ibi Caiet. nō dicitur in illo loco, quòd Ismael ludebat cū Isaac, sed quòd faciebat ludere cum illo. Est namque illud verbū Hebraicè tertiæ coniugationis, quod significat facere vt alij faciant. Ergo Ismael faciebat alios pueros simul ludere cum Isaac, vt tumultus ludi, & multorum ludentium strepitus occultaret machinationem Ismaelis. Multis enim colludentibus cum gladijs & sagittis, facilius posset ipse puerum adoriri & interficere. Adhiberi potest & alia ratio odij vehementissimi, quo Ismael prosequetur Isaacum, & eum vellet occidere: quia paulò ante viderat in die ablactationis Isaac, fecisse Abrahamum grande conuiuium, ac festum solenne. Et hæc causa ferè redditur in textu, ob quam Ismael ludebat cum Isaac: idest, eum parabat occidere. Nam dicitur: Fecit Abraham grā de conuiuium in die ablactationis Isaac, cumque vidisset Sarra Ismaelem ludentem cum illo, idest, insidiantem & interitum machinātem &c. Seu (vt habet Aca- cius, quem Lypom. refert, in Catena) pugnantem & persequentem, vt ibi, surgant pueri, & ludant. Et dicit Hist. schol. c. 56. quod dum simul luderent, Ismael lædebat Isaacum. Quòd fauere videtur huic interpretationi.

III. **V**eruntamen totū hoc irridetur à Doctoribus, nempe à Paulo Burg. à Lypom. à Caiet. ab Eugub. ab Oleastro, à Vatablo, ab Abulen. diligentissimis scriptoribus. Qui omnes vnà inuehantur in Lyranum, quòd tot assig- net significationes illi verbo quod ibi ponitur, Mezahec pro ludentem. Nam verbum Zahac, vnde deducitur Mezahec, propriè ac verè solum significat ludere, vt Abulensis ac Burgensis diligenter obseruant: vnde nunquam ponitur in scriptura pro coire, occidere, idolatrare,

sed

**A** sed solū pro ludere. Et quanuis per metaphorā aliquando extendatur illa vox, Mezahec, apud Hebræos, ad significanda quædam alia, quæ cum ludo habent propinquitatem, non ideò fit quòd sit æquiuoca & quod propriè significat aliud quam ludere. Vnde in illo loco Genes. 26. cum Amalech vidit per fenestram Isaac, ludentem seu iocantem cum Rebecca, non intelligitur de ludo coitus, sed de quibusdam præludijs quæ inter coniuges præcedere solent coitum. Rursus licet. 2. Reg. 2. dicatur, Surgant pueri, & ludant: & statim surrexerint vt se ipsos interficerēt: non ideò fit quòd ludere significet occidere, sed significat ludos plerosque, vt gladiatorios, & torneamenta &c. quibus interdum adiungi solet mors: sicut tunc adiuncta est ludo illi. Rursus Exo. 32. surrexerunt ludere, ibi, ludere, non aliud significat propriè, nisi ludum illū, quo canebāt, & vociferabantur in reuerentiā idoli &c. Et ita, ait Abul. tollitur æquiuocatio vocabuli Hebraici Zahac, & Mezahec, nam solum significat, ludere: ac proinde illa vox Hebraica semper quā optimè per Latinum, ludere, versa est à vulgato. Ita etiam Burg. Oleast. & etiam Eugub. qui cōtumeliose hac in parte loquitur contra Lyranum.

**C** Sed quidquid sit de vocabuli Hebraici æquiuocatione, at videor mihi videre, has calumnias aduersus Lyranum, præfatis interpretationibus non officere. Nam admittere possumus, vocem illā semper optimè verti per ludere. Nihilominus iuxta antecedentia & consequentia eiusmodi ludum aliquando ordinari ad Venerem, & ita significare rem Veneream, vt infr à Genes. 26. & forte etiam in hoc loco. Nam Glos. Interlin. dicit, quòd ludere Ismaelē cum Isaac, nihil erat aliud quam docere illum esse lasciuum & lubricum sicut ipse erat. vnde Va-

tab.

Contra Lyr. quòd vox ludere nunquā ponitur nisi pro ludere. Gene. 26.

2. Reg. 2.

Exod. 32.

III. Defenditur Lyranus ab aduersarijs.

tab. pro. ludentem, vertit, lasciuientem. Rursus aliquando ludus ordinatur ad necem vt cum gladiatores colludentes, & agitantés tauros, & exercentes equos, & torneamenti ludentes exponunt se mortis periculo, vt. 2. Reg. 2. Et sic hoc loco talis generis ludū poterat Ismael exercere cum puero, vt illo niteretur eum necare. Deinde ludus ad idolorum cultum ordinari potest, nam in honorem Deorum gentilium innumera ludorum genera instituta erant, vt. q. seq. tractabimus. Et sic verum haberi potest quod alij communiter cum Hist. schol. super Genes. c. 56. tradunt, Ismaelem ludentem cum Isaac, fecisse ei imagines quasdam idolorum luteas vt eas adoraret. Tandem ludere interdum ad illudendum & deridendum aliquē ordinatur. Et in hunc modum verē potuit Burg. & Vatab. in scholio huius loci dicere ludum hunc Ismaelis esse irrisionem quandam qua deridebat Isaacum, vt ibi videre licet. Cum ergo vocabulum Latinū, Ludere, & Hebraicum Zahac, vel, Mezahec, expositum sit ad omnia hæc ludorum genera, licitum nobis esse debet eligere quæ textui quadrantior videtur. Quā ego probabiliter existimo esse eam quam adduximus, quod scilicet, vellet eum occidere. Quauis quod vellet cum eo coire, seu potius quod eum in Venerem pertrahere vellet aut in idololatriam, nō careat multa probabilitate. Et adhuc probabilius sit quod illudebat ei & irridebat, vt quam optimē tractatum videre licet in ipso Burg. & etiā in Diony. Carth. ibid. Gene. 21. Quod verō in textu Hebraico ibi, non sit vox Isaac, sed aliæ pro alijs positæ sint, nihil officit veritati translationis, id est, eius integritati, sententiæ, & intelligentiæ, vt notant Lypom. & Eugubinus, & Oleast.

QV AE-

A Q V AE S T I O  
NONA SCHOLASTICA.

*Utrum comœdiæ, ceterique ludi scenici licite fœminarum ministerio apud Christianos gerantur.*



D de me vellē verē dici posset, quod Lactantius de D. Cypriano verissimē dixit, Discerni faciliē non posse, vtrum ne Cyprianus ornator in eloquēdo, an potentior in persuadendo, an facilior in explicando fuisset. Ego nanq; , qui nec dictionis eloquentiam, nec argumentandi subtilitatem, nec

Lib. 5. c. 1.  
diui. inst.

acerbitatem ad reuincendum, nec vllum authoritatis pōdus ad suadendum habeo, quo pacto argumentum hoc de comœdijs, quod illas omnes condiciones in dicente requirit, tractare debeam, prorsus ignoro. Quia tamen p̄sum ego meum ac munus absoluere hodie debeo, & à Doctissimo proponente in hanc disputationem vocor, quandiu alter præsto non est, qui me dicendi onere, & vos molestia audiendi mei, sua in dicēdo suauitate leuet, ego dicam, vos, precor, auscultetis.

Q Vid scena, quid comœdia, quid tragœdia &c. sint, initio dicamus. Scenæ primū erant tabernacula ex frondibus inumbrationis causa composita. Fuere primū in Syluis & montibus. Virgil. 1. Aeneid.

I.  
Scenæ quid sint.

*Tum syluis scena coruscis, A*

*Desuper horrentique atrū nemus imminet vmbra.*

*scenophe-* Hinc scenophegia, apud Hebræos, dicebantur festa illa, quibus Hebræi ruri conueniētes, in vmbrosis tabernaculis memoriam renouabant eius temporis, quod ruri in tabernaculis transegerant. In his scenis olim iuuenes Athenienses, cum adhuc ruri in pagis & vicis agerent, recreandi animi causa, nonnunquam conueniebant, vbi incondita quædam carmina & fabulas, & ludos alios, à scena scenicos appellatos agitabant, donec deinde in urbem & oppida redacti homines, artificiosas fabulas & ludos adinuerunt, & loco illi in quo hæc gerebantur, antiquū scenæ nomen relictum est, & ludis ipsis nomen à scena deriuatum. Ita habet Arist. latissimè in Poetica, paulò post initium; & inde id desumpserunt Donatus in commentarijs Terentij, Ludouicus Viues super lib. 2. de ciuit. Dei. c. 8. Iulius Cæsar Scaliger, lib. 1. Poetices, Ioannes Rosinus lib. 5. Antiqui. Roman. Lilius Gyraldus, Onufrius Panvinus, & pleriq; alij.

II.  
Vnde dicta  
sit Comœdia,  
Tragœdia,  
Satyra Mi-  
mus.

**C**omœdia, Tragœdia, Satyra, & Mimus species quæ dâ sunt ludorū scenicorum. Comœdia à vocabulo Græco, Comō, quod significat vicos: seu à Como, lasciuie & comestationis Deo, seu ab vtroq; eò quòd in vicis & pagis lasciuirent & comestarentur ludentes, dicta est. Ita Arist. in Poet. Tragœdia licet multiplex habeat etymō, vt in Lilio Greg. Gyraldo, Dialogo. 6. Historiæ Poetarum, paulò post initium, tamen communior sententia est quòd ab hirco, qui Græcè dicitur, tragos, dicta sit: nã veteres in Græcia agricolæ cum pro anni prouentu festa Libero facerent, cœpit in præmium ludorum proponi caper, vel capri sacrificati corium plenum vino, inde

An Comœdię licitè gerantur per fœmi. 181

**A** inde nomen tragœdiæ deductum. Allusit Horatius:  
*Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.*

Et Virg. ab illo:

*Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris  
Cæditur, & veteres ineunt profœnia ludi.*

Ex inde ludis huius generis in artem iam reductis nomen Comœdię & Tragœdiæ datum est. Satyra vnde dicta variè traditur: non multum retulerit id exquirere. Mimus est sermonis cuiuslibet aut facti aut motus cum lasciuia imitatio. Inde Mimi imitatores: Pantomimi, omnium rerum ac personarum imitatores: Archimimi, princeps inter Mimos. Lege Diomedem Grâmaticum, & Budæum doctissimum, in Proœmio Annotationum in Pandectas, Rosinum. lib. 5. c. 6. Antiq. Rom.

**B** Tragœdię & Comœdię nomē apud nos viget. Proinde quid inter eas distet paucis accipe, ex Arist. in Poetic. Comœdia, amores, sales, priuatos homines, mitiores affectus, verba demissa, exitus iocundos habet. Contrà verò Tragœdia, luctus, cædes, perturbationes, Heroes, Reges, verba atrociora, res grandes, exitus funestos continet: & vt dixit Horati. de arte poeti. ampullas & fœsquipedalia verba. Euripides Poeta, petente Archelao Rege, vt de se Tragœdian scriberet, abnuuit, Deosq; precatus est, ne Archelao ipsi aliquid accideret, quod esset tragœdiæ proprium, id est, triste & infaustum. Narrat ita Lil. Greg. Gyraldus, Dial. 6. paulò post initium. Omnis comœdia de fictis est argumentis, Tragœdia sæpè ab historica fide petitur. Tragœdiæ, Thespis fuit primus inuētor: Comœdiæ verò, Eupolis. Quauis Homerus iam olim nonnullum huius exemplum præbuerit: nam Iliadem instar Tragœdiæ, Odyssæam verò ad imaginem comœdię fecit. In co

mœdijs vtebantur Socco, hoc est, calceamēto humili: in A  
Tragœdijs cothurno, quod erat calceamenti genus gran  
de, proceris ac superbis hominibus aptum, quales erant  
Tragœdi. Lege Iulium Cæs. Scal. lib. 1. c. 13. 14. & 15. Giral  
dum, Dialogo. 6.

III.  
Loca spectacu-  
lorū quæ.

Theatrum.  
Amphitheatrum.

Circus.

Circus Ma-  
ximus capie-  
bat. 260000  
homines se-  
dentes.

L Oca, in quibus isti & alij ludi gerebantur, erant infig-  
nia, Theatrum, Amphitheatrum, Circus. De his multa  
Tertullianus in Libello quē edidit de Spectaculis. Thea-  
trum erat in modum hemicycli, cuius in vtroque cornu  
scenæ erant ad videnda spectacula fabricatæ. Celebratur  
M. Sauri Theatrum, opus maximum omnium, quæ nū-  
quam fuere humana manu facta. Capiebat. lxxx. millia B  
hominum. Ita habet Plinius lib. 36. c. 15. Amphitheatrum  
ædificium erat rotundum, quasi ex duobus theatris, quæ  
semicirculi figura constabant; circumquaque spectandi  
vsum præbens. Celebratur amphitheatrum Pompeij à  
Plinio lib. 36. c. 15. quod capiebat. xl. millia hominum. Cir-  
cus erat locus muris septus, planus & rotundus. Celebra-  
tur Circus Maximus inter Palatium & Auentinum, qui,  
authore Plinio, ducenta & sexaginta hominū millia sedē  
tū capiebat. Lege Ioannē Britannicū in Iuuenal. Satyr.  
3. Porro vt in Circo omnes sederent molliter, erat Magi-  
stratibus tomentum, hoc est, ex lana vel pluma confectæ C  
quasi culcitæ, super quibus sederent. Vnde dixit Martia-  
lis. lib. 14. tomentum Circense, quia in Circo erat. Multi-  
tudini autem aliud tomentum substernebatur è concisis  
arundinibus, cuius meminit Seneca lib. de Beata vita. Ne  
verò quis importunè sedendo alteri molestus foret, fedi-  
lia cancellis erant separata. Per Circum nuces & cicer &  
aquam circumferebant serui clamando, vt sitienti & esu-  
rienti plebi præberent, vt ex Ouidio, Plauto, Horatio  
colligitur. Sub Circo in cellulis antrifve subterraneis, mu-  
lie-

A lieres habitabant, quæ corporum copiam & quæstum vo-  
lentibus facerent. Latè in Ioannē Rosino, libr. 5. Antiq.  
Rom. c. 4. Scaligero, Onufrio diligentissimo nostri or-  
dinis scriptore, & alijs, qui de Romanis Antiquit. scrip-  
ferunt.

T Ertio loco, in quos vsus ludi scenici instituti, sint, vi-  
deamus. Refert Ludouicus Cœlius lib. 5. Lectionum  
Antiquarum. c. 7. ex Polybio, & alijs, eatenus ad inuentos  
hos à Gentilibus, quatenus in feritatem & austeritatem  
homines ne abirent, sed mansuetiores voluptate redderē-  
tur. Vnde ingrauescente aliquando peste, apud Roma-  
nos, hi ludi inuenti sunt, authore August. lib. 1. de Ciuit.  
c. 32. & lib. 2. c. 8. & Valerio. lib. 12. c. 1. Quinimò, vt ibi tra-  
ctat August. & Valerius, etiam religionis causa instituti  
sunt. Nam Dij se his ludis coli & venerari ac placari insti-  
tuerunt, præsertim Liber Pater hoc est, Dionysius, autho-  
re Giraldo. Erant ferè cuiq; Deo sui ludi, & sua sacra, &  
inde tracta nomina, Bacchanalia, Floralia, Apollinaria,  
Cerealia, Vertumnalia. Latissimè in Alex. ab Alex. lib. 6.  
Dierum genialium. c. 8.

Hinc in bonam partem, inq; bonum vsus ludi scenici  
vsurpati interdum sunt apud antiquos. Comœdiam nan-  
que ex Cicerone definit Donatus, est imitatio vitæ, spe-  
culum consuetudinis, imago veritatis. Nam sicut intenti  
speculo vera lineamenta facilè per imagines colligimus,  
ita in Comœdia imitationem vitæ & consuetudinis ani-  
maduertimus. Est Tragœdia (ait Arist. in Poet.) imitatio  
studiosæ & perfectæ actionis. In ea vitæ documēta sunt  
(ait Giral. ex Timocle.) Nam si pauper es, inopiam ferre  
disces à Telepho: si cæcus à Phineo, &c. Documenta Tra-  
gœdiæ disces ex Athenæo, lib. 7. Dipnosoph. Quia enim  
multum comœdijs & Tragœdijs ac Mimis commoue-

IIII.  
In bonos  
usus institu-  
ti sunt ludæ  
scenici.

Ludi scenici  
in honorem  
Deorum.

Comœdiæ  
utilitas, &  
fructus.



mur, vt ait Arist. 8. Politicorum. c. 5. non dubium, quin si A  
res honeste & pie à Comicis, Tragicis, Mimicisq; geran  
tur, magno erunt emolumento populo. Hinc saltationes,  
quæ motibus, & gestibus corporis, artificio quodam,  
numero & ratione geruntur, adhiberi etiam cœperunt  
ludis scenicis. Nam nec hæc in malos vsus, sed in honestos  
& bonos institutæ sunt. Filij certè nobilium vtputà Sena  
torum (verba sunt Macrobij, lib. 3. Saturnal. c. 14.) in lu  
dum saltatorium commeabant. Et matronæ etiam salta  
tionem non inhonestam putabant, & inter probas earum  
erat saltandi cura: dummodò non curiosa vsque ad artis  
perfectionem. Quid enim, ait Sallustius, psallere saltare B  
elegantiùs quàm necesse est probæ? Adeò & ipse Sem  
proniam reprehendit, non quòd saltare, sed quòd optimè  
saltare scierit. Hæc Macrobius. Cæterùm abusi sunt ho  
mines his artibus, eas in prauos fines ordinantes. Hinc no  
mina hæc Saltatores, Mimi, Scenici, Comædi, Circus,  
Theatrum, Spectacula, male audiunt apud antiquos, &  
apud nostri etiam temporis viros graues, vt ex Tullio,  
Suetonio, Plutarcho, August. Tertulliano, Basilio, Chry  
sostomo, viris ingenio & autoritate præstantibus, pate  
bit inferiùs.

D. Augu. in  
tragœdijs  
quo magis  
dolebat cò  
magis gaude  
bat.

D. August. lib. 3. Confessionum. cap. 2. & 3. qui in vi  
libus etiam & demissis rebus magnificum & elegans C  
semper ostentauit ingenium, fatetur se dum esset iue  
nis, plurimum capi studio spectaculorum. Sed attende  
quod esset eius votum, quis affectus & finis. Rapiebant  
(inquit) me spectacula Theatrica, plena imaginibus mi  
feriarum mearum, & fomitibus ignis mei. Quid est  
quòd homo ibi vult dolere, cum spectat luctuosa &  
tragica, quæ tamen pati ipse nolet? Et tamen pati vult ex  
eis dolorem spectator, & dolor ipse est voluptas eius.

Et,

A Et, si imagines illæ sic agantur, vt qui spectat non doleat,  
abscedit inde fastidians & reprehendens. Si autem do  
leat, manet intentus, & gaudens lacrymatur. Ergo aman  
tur & dolores? Et mox. Ea mihi magis placebat actio hi  
strionis, meque alliciebat vehementiùs, qua mihi lacry  
mæ excutiebantur. Hæc August. Quò spectat Tertulli.  
lib. de spectaculis, sic aiens: Nemo ad voluptatem ve  
nit sine adfectu, nemo adfectum sine casibus suis pati  
tur. Si cessat adfectus nulla est voluptas, & est reus iam  
ille vanitatis eò conueniens, vbi nihil consequitur. Ita  
Tertul. Vana appellat spectacula vbi affectus non còmo  
B uètur, & vbi dolor non sentitur: quæ verba sunt plurimū  
expendenda: nã vim explicant quæ inest repræsentationi  
bus: ad còmouendos, & in vtranuis partem ilectendos ani  
mos. Verū per nostrū scelus, & corruptionem corrupta  
hæc sunt iam exercitia, & spectacula, vt liquebit inferiùs.

Cœperunt fœminæ vocari & admitti in ludos sceni  
cos, vt certas etiam personas agerent. Cùm verò in lasci  
uiam & turpitudinem iam abiissent ludi isti, non pote  
rant mulieres inde libidinem pellere, imò auerent, opus  
erat. Ex Giraldo liquet, Phrynium (cuius meminit  
Plut. lib. 1. Symposiaco) fuisse qui primùm mulieres in  
C scenas introduxit. Erant sacra, seu ludi Deæ Floræ,  
scorti olim excellentis, (qualis Dea!) In his ludis fœmi  
næ denudari, & pudendis obscœnisque inuelatis per lu  
xum & lasciuam impudicos iocos agere solebant. Ver  
ba sunt Alexand. ab Alexan. lib. 6. Dierum genial. cap.  
8. Horum meminit Lactant. libr. 1. Augustin. libr. 1. & 2.  
de Ciuitat. Valer. libro. 2. capit. 5. Refert etiam Ma  
crobius, lib. 3. c. 14. mulieres olim cum cynædulis & psal  
terio & sambuca ire in ludum histrionum, &c. vsque ad  
illud, Ductus sum in ludum saltatorium, plus mediis fi  
dius

Fœmine cœ  
perunt intro  
duci in scenis  
& comœdijs.

dius in eo ludo vidi pueris virginibusq; sexcentis. Rece- A  
ptissimum iam & sollemnissimum id apud nationes ferè  
omnes scimus, vt ministerio foeminarum peragantur hi  
ludi.

V. **A**D optatum ergo, ac propositum locum, non per in-  
hospita tesqua, sed per amoena, vt arbitror, tēpe pau-  
latim deducti: videamus iam quæ damna mulieres suis  
cantibus, saltibus, motibus inferant, inde vt eliciamus, ip-  
sæ an peccent, an spectatores, an magistratus. Isti permit-  
tendo, illi spectando, illæ tandem faciendo. Nec verò ani-  
mus fert laxare, sed premere manum, nec immorari in  
hoc immenso campo, sed solum quod ad repræsentatione B  
nes & saltationes foeminarum attinet, breuiter enuncia-  
re. Proferam autem mixtim sacra & profana, sed vtraque  
ex purissimis grauisimorum scriptorum fontibus hau-  
sta.

**D.** Chrysof. in quadam homilia, cuius titulus est, Pe-  
riculosum esse adire spectacula, de Dauid & Saul, to. 1.  
conijciens oculos in ea nocumenta quæ imminent iue-  
nibus, si mulieres in spectaculis agentes, videant & au-  
diant, sic loquitur: **Qui** viderit mulierem ad concupiscē-  
dum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quòd si  
mulier spontè ac fortè in foro obuia & neglectius culta, C  
sæpenuerò curiosius intuētē cœpit ipso vultus aspe-  
ctur: isti qui non simpliciter, neq; fortuito, sed studio, &  
tanto studio vt Ecclesiam quoq; contemnant, & hac gra-  
tia pergunt illac, ac totum ibi desidentes diem in facies  
foeminarum defixos habent oculos, qua fronte poterunt  
dicere, quòd eas non viderint ad concupiscendum? Vbi  
verba quoq; accedunt fracta, lasciuiaq; vbi cantiones me-  
rettricæ, vbi voces vehementer ad voluptatem incitan-  
tes, vbi stibio picti oculi, vbi coloribus tinctæ genæ, vbi  
rotius

Chryf. diui-  
ne ad propo-  
situm.  
Matt. 5.

**A** totius corporis habitus fucorum impostura plenus est,  
aliaq; insuper multa lenocinia ad fallendos inescandof-  
que intuentes instructa. Accedunt huc irritamenta per fi-  
stulas ac tibias, aliaq; huius generis modulatio in fraudē  
illiciens mentisq; robur emolliens. Etenim si hic in Ec-  
clesia, vbi Psalmi, vbi diuinorum verborum enarratio,  
vbi Dei metus multaq; reuerentia, frequenter ceu latro  
quispiam versutus clam obrepit concupiscentia, quomo-  
do qui desident in theatro, qui nihil sani neque audiunt  
neque vident, qui vndique obsidionem patiuntur per au-  
res per oculos possunt illam superare concupiscentiam?  
**B** Et statim: Non metuis, non ex pauescis dum oculis, qui-  
bus illic lectum, qui est in orchestra spectas, vbi detestan-  
dæ adulterij fabulæ peraguntur, iisdem hanc sacram mē-  
sam intueris, vbi tremenda peraguntur mysteria? Dum  
iisdem auribus audis & scortū obscœnè loquens, & pro-  
phetam, Apostolumque ad arcana scripturæ introducē-  
tem? dum eodem corde & lethalia sumis venena, & hanc  
hostiam sanctam & tremendam? &c. Lege vsque ibi:  
Dumque sonitum vocis geris in auribus tinnientem: cū-  
que his, vultus, motus: breuiter, omnia illa meretriciæ li-  
bidinis simulacra, nihil eorū quæ domi sunt, cū volupta-  
te intueris. Ipsam etiam Ecclesiam postea minis liben-  
ter visurus es, cum tadio audies sermonem de pudicitia  
& de modestia. Hæc Chrysof. **Qui** super Matthæum,  
homil. 48. dum inuehitur in saltatricem illam incestam  
& effrontem, diuinè loquitur. Vbi, inquit, saltus lasciuus,  
ibi Diabolus certè adest. **Quod** si corpus deformis sit  
impudenter saltando, quantò magis animam sedari cre-  
dendum est? His tripudijs Diabolus saltat, his à Deo mi-  
nistris homines decipiuntur. &c. Et super: Epist.  
ad Colos. homil. 12. sic loquitur: Vos nec ad nuptias nec  
d d fal-

Si in Eccle-  
sia subintrat  
libido. ex in  
Psalmodia,  
quid erit in  
scena & co-  
mœdia.

Rursus  
Chrysof.

saltationes nec choreas accedatis Sathanicas. Vide quid in A uenerit Diabolus. Quoniam ipsa scenæ, & eorum, quæ il licin honestè geruntur, natura mulieres abegit, in ipsum mulierum conclauē & contubernium Theatri turpitudinem abduxit, molles dico & scorta &c.

Diuus Basilus Chrysofostomo, sanctitate, ingenio, & eloquentia suppar, in sermone de ebrietate & luxu, idem quod Chrysofostomus facit argumentum à minori ad maius, Qui mulierem (inquit) ad concupiscendum uide rit, iam mœchatus est in corde suo. Si fortuiti occursum his qui obiter mulierculam inspexerunt, tantum pariunt periculi, quantò maius fuerit, cum de industria congre diuntur, cum dedita opera mulieres in ebrietate & conui uio, omni lasciuo gestu, saltatione, cantu impudico ad li bidinem effrænes iuuenes inuitantes spectantur? Quid dicūt, aut quid causantur ex his spectaculis, ubi tot mala congregantur? Et paulò superius ad idem multa con gerit.

Demum in eandem sententiam amicè omnes patres conspirauerunt, D. Aug. 1. de ciuit. c. 32. Iudi scenici, in quit, spectacula turpitudinum, licentia vanitatum, nō ho minum vitijs, sed Deorum uestrorum iussis Romanis in stituta sunt. Et lib. 2. c. 8. 11. 13. & 14. post Tertullianum in C Apologetico. c. 15. plurimum inuehitur in Deos Roma norum, quòd ludis scenicis colisse uellent. Et Tertullia nus. c. 38. Nihil est, inquit, nobis visu, auditu, dictu cum infania Circi, cum impudicitia Theatri, cum atrocitate arenæ, cum Xysti uanitate. Refert Aug. supra, Histriones, qui ludos scenicos exhibebant in ciuitate Romana pro ciuibus non haberi, cum tamen in vrbe illa alia mul ta millia hominum flagitiosissimorum locum habe rent.

Histriones  
Romæ non  
habebantur  
prociuibus.

Verum

A V Erum magnifica & elegans exaggeratio est, quam Tertullianus in lib. de Virginibus uelendis, attulit, ubi primum ponderat damna quæ uiris imminēt si mu lieres uideant, & quæ mulieribus si uideri cupiant. Eius dem, inquit, libidinis est uidere & uideri: tam sancti uiri est suffundi si uirginem uiderit, quàm sanctæ uirginis si à uiro uisa est. Deinde contendit etiam Angelis occa sionem ruinæ fuisse conspectas ab ipsis sceminas. Pro bat ex illo Gene. 6. Conspicati filij Dei filias homi num, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi uxores. &c. Per filios Dei, Angelos intelligit, qui uisis mulieribus in B earum libidinem accensi sunt. Debet ergo (inquit) ad umbrari facies tam periculosa, quæ usque ad cœlum scandala iaculata est: nam facta est rea Angelorum ex terminatorum. Malam aliquando illam libertatem capi tis sui comprimant, iam nec hominum oculis offeren dam. Et mox, ideò existimat è Paulo præcipi, ut uelentur capita mulierum propter Angelos, quibus ali quando occasionem cadendi dedere. Nam quòd iste sit sensus illorum uerborum, Videntes filij Dei filias ho minum. & quòd Gigantes illi, quos ibi memorat Moy ses, ex Angelis & sceminis geniti sint, non solum Tertul lianus, sed & innumeri alij tenuere. Quodq; è Angeli C de cœlo ruerint, quòd cum sceminis coierint, habet Am brosius lib. 1. de Noe, & arca. c. 4. & lib. 1. de Virginibus, non longè à fine, dicit, castitas Angelos fecit. Qui eam seruauit, Angelus est, qui eam perdidit, Diabolus est. Quàm præclarum est, Angelos propter intèperantiã suam in scœculum cecidisse de cœlo, uirgines propter castimoniã in cœlum trãssisse de scœculo. Chrysofostomus, homil. in Fes to decollationis Ioann. Baptistæ, Mulier, inquit, nō solū homines, sed etiã Angelos de cœlo prostrauit. Apertius

VI.

Quòd mulie res uise ab Angelis, eis ruina causa fuerunt.

Gene. 6.

1. Cor. 7.

Quòd pluri mi Patres te nent amore mulierū ar sisse Angelos

dd 2

Lactan

Lactantius libro. 2. c. 15. Angeli, inquit, quos Deus in mū A dum ad tutelam hominum miserat, mulierum cōgref- sibus inquinati sunt. Tum in cælum ob peccata, quibus se immerferant, non recepti ceciderunt in terram. Sed opus minimè est ego vt Patrum dicta transcribam, cita- bo loca, inde si velit, lector excribat. Iustinus Martyr, in Apologia ad Senatum Romanum, & in Apologia ad An toninum Pium, Clemens Alex. lib. 3. & 5. Stromatum, Eusebius, lib. 5. de Præparatione, Basilius, lib. de vera vir ginitate, longè post medium, Methodius Olympi Epif- copus, Cyprianus, Seuerus Sulpicius, Iosephus, Suydas, vt in Genebrardo lib. 1. Chronicæ, circa annum mundi. B 1056. & Syxto lib. 5. Bibliothecæ Annot. 72. & 77.

*Prædicta Pa-  
trum senten-  
tia consuta-  
tur.*

Cæterum quàm libet multi hoc teneant, non debent virum doctum in eam sententiam trahere, nam falsissi- ma est: & eius falsitas (vt ego aliò me conferam) osten- ditur ab eodem Chrysofomo, homil. 22. in Genesin, Casiano Chrysofomi discipulo, lib. 12. Collationum. c. 8. Philastrio in Catalogo hæreseon. c. 108. Hieronymo in Quæstionibus in Genesin, Augustino, in eisdem. & lib. 15. de Ciuit. ca. 23. Cyrillo Alexan. lib. 2. Allegoriarum in Pentateuerum, sermone. 2. & c. Hæc itaque à me dicta sunt, vt ostenderem quantum damni conspectus fœmi- C narum inducat, vt etiam Angelis fuisse occasionem rui- næ, existiment Patres. Quantò ergo maiora ac certiora damna dicerent sancti imminere miseris hominibus, præ fertim iuuenibus, qui Angeli non sunt, nec fœminarum facies solùm videre, sed earum pedes, suras, gestus, mo- tus, saltus, cantus, comœdiasque, & repræsentationes vide re percipiunt.

## VII.

*Prosequen-  
tia dictorum*

A Drem itaq; reuertamur, Socrates in lib. 4. hist. Ec- clesiast. c. 23. ex Euagrio historix etiam Ecclesiasti- cæ

A cæ scriptore, de Sancto Pambone verba sunt ista: Hic Pã Patrum ad- bo, adhortante Athanasio Episcopo, Alexandriam ex ere uersus mulie- res scenicas. res scenicas. Cum autem ibi mulierem theatricam vidif- fet, illacrymabatur. Rogantibus qui aderat, quamobrem lacrymatus esset: Duo me, inquit, mouerunt, vnum mu- lieris huius perditio: alterum, quòd tantum ego diligen- tiæ non impendo vt Deo placeam, quantum illa vt ho- minibus obscenè placeat. Hæc Socrates. Demùm, quia Doctorum abundè adglomeravi, vnus Tertulliani gra- uissima verba producam, qui lib. de Spectaculis, ad finem postquam multa contra ludos hosce theatricos & gla- diatorios, dixerat, confert eos cum sacratissimis Christi- norum spectaculis dicens: Si scenicæ doctrinæ delectant, Quòd ueri Christiani ha- bent scenas alias diuinas et sancta spe- ctacula. fatis nobis literarum est, fatis versuum, fatis sententiarũ, fatis etiam canonicorum, fatis vocum: nec fabulæ, sed veri- tates: nec strophe, sed simplicitates. Vis & pugillatus & luctatus? Præsto sunt. Aspice impudicitiam deiectam à castitate, perfidiam cæsam à fide, seuitiam à misericordia contusam, petulantiam à modestia adumbratam: & tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. Vis au- tem & sanguinis aliquid? habes Christi. At supersunt alia spectacula. Ille vltimus & perpetuus iudicij dies, ille na- tionibus insperatus. Quæ illa exultatio Angelorum? Quæ gloria resurgentium sanctorum? quale regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Hierusalem? Quæ tunc spe- ctaculi latitudo? quid admirer? quid rideam? vbi gau- deam? &c. Tunc magis tragœdi audiendi ad inopinati Christi tribunal palpitanter: tunc histriones cognoscendi solutiores multò per ignem: tunc spectandus auriga, in flammæ rota totus rubens: tunc xistici contemplandi non in gymnasijs, sed in igne iaculati, &c. Hæc Tertul- lianus. Lactantij porrò, & Cypriani, & aliorum sen- dd 3 ten-

tentia, ac dicta his sunt similia.

VIII.  
Ex profanis  
te similia  
alucisus mi  
lieres sceni-  
cas.

**D**inde quantum Gentilium Respublicae probè insti-  
tuta hanc foeminarum theatricarum licentiam execra-  
tae fiat (ut Ethnici una cum sacris fortius & ineluctabilius  
conficiant argumentum ad eliminandum e Christianorum fi-  
nibus usum, scilicet, ut verius dicam, ab usum hunc foeminarum)  
liquet ex eo quodd. Quae mpronius Sophus, ut scribit Val.  
Max. lib. 6. c. 3. coniuge in repudiauit, eò quod se ignoran-  
te, ludos spectare ausa est. Quid faceret, si ipsam ludorum  
efficitricem sciret, postquam uam spectatricem tanto affecit  
probros? Quinimò Salpitius Gallus, eodem Valerio refe-  
rente, ibidem, uxorem dimisit, quod discooperto capite  
incessit publice. Quid si pedes, surasque saltans detegeret?  
Alciatus lib. 1. Emblema. 100. Venerem à Phydia, refert,  
depictam infidentem testudini. Testudo porro animal  
est quod nec vocem unquam edit, nec uno usquam loco  
mouetur. Hinc Venus ibi sic loquitur.

*Quodq; in tere domi, & tacitas decet esse puellas,  
Suppositis pedibus talia signa meis.*

Scilicet ita faciunt foeminae istae Comicae, Mimicae, Salta-  
trices. Domi in mentemque vocem edunt. Nihil minus.  
Nam nunquam tacent, semper vagantur. Mulier garrula  
& vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere,  
ornatu meretricio praeparata ad decipiendum, &c. Sic  
enim eam depingit Salomon, Prouer. 7. Garrula, inquit,  
& vaga. Dico vitia, quae taxat in foeminis versus ille, ut  
diuina prophetae ad foeminas,

*Quodq; in tere domi, & tacitas decet esse puellas.*  
Porro garrulitas & vagatio, ut elegant er ibi tradit Salo-  
mon, in eam demum animum destinantur, quod eam aus-  
cultantes & sequentes adolecentes, quasi agnoscuntien-  
tes,

Mulieres ta-  
citas & quie-  
tas.

Prou. 7.

**A**tes, & ignorantes quod ad vincula stulti trahantur, velut  
si quis festinet ad laqueum, & nescit, fortissimi quique inter-  
fecti sunt ab ea. Hæc Salomon: Experto autem nolle cre-  
dere, perditorum est. Hinc Ecclesiasticus. c. 9. multa trans-  
cripsit. Sed inter reliqua illud nos propius spectat: Cum  
saltatrice ne assiduus sis (vel cum psaltrice ut legunt  
alii) ne forte pereas in efficacia illius. Rectè Horatius lib.  
3. Carm. Od. 6.

Eccles. 9.  
Contra salta-  
trices foemi-  
narum. Qui  
rotam.

*Hoc fonte deriuata clades  
In patriam, populumque fluxit.  
Morus doceri gaudet Ionicos  
Matura virgo, & fingitur artibus  
Iam nunc & incestos amores,  
De tenero meditatur ungui.*

**B** Refert Sueton. in Domitiano. c. 8. hunc Imperatorem, li-  
centiam theatralem promiscuè in equite spectandi inhi-  
buisse. Quæstorium virum quod gesticulandi, saltandi-  
studio teneretur, mouit senatu. Cicero, pro Muræna, sic  
ait: Saltatorem appellat Murænam, Cato: maledictum  
est, si verè obijcitur, vehementis accusatoris: sin falso, ma-  
ledici conuictoris. Quid autè de foeminis, quas natu-  
ra verecundiae vallo, & teneritudinis (ut ita dicam) an-  
temurali detinuit & coercuit, ne eos ludos exercerent,  
dicerent? Præsertim cum tot emergant mala ex earum  
motibus, saltibus, &c.

Quis porro vir grauis & honestus, etiam mediocriter  
grauis & honestus, non fugeret, quod hæc turpissima mu-  
lierum spectacula non videret? Sanè, authore Val. Max.  
lib. 2. cap. 5. coram M. Porcio Catone, in ludis Floralibus

Viros gra-  
ues delectet  
istis ludis as-  
sistere.

non

nō est ausus populus postulare vt Mimæ nudarentur, id est, vt mulieres mimicæ in scenam egrederentur, vt solebant: donec Theatro Cato discessit, quem discedentem, ingenti plausu populus profecutus est, & mimas in ludū vocarunt. Graues proinde viros plurimū hęc dedecēt.

Ex decretis  
Conciliorū,  
& Pontificū  
ad idem.

Nec defunt ad hoc propositum sacratissimorum Decretorum textus. Ecce Canonem 62. sextæ Synodi generalis. Omnino tolli volumus publicas mulierum saltationes, multam noxam exitiumq; afferentes &c. Et mox. Statuimus, vt nullus vir deinceps, muliebri veste induatur, nec mulier veste viro conuenienti. Sed & in septima deinde Synodo generali cano. 22. idem ferè habetur. Et prius in Concilio Leodiciensi c. 53. præsertim vero c. 54. ministri altaris ab his spectaculis arcentur. Et expressius c. Presbyteri. 34. d. Presbyteri his cœtibus non misceantur, vbi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus efferuntur, ne auditus & obtritus sacris mysterijs deputati, turpium spectaculorum ac verborum contagione polluantur. Et sunt verba Concilij Agathen. c. 39. & vide. c. Non oportet. de consecratione. d. 5. Porro quanto odio hos histriones ac perforatos homines D. August. prosequatur patet ex lib. 1. de Consensu. Euang. c. 33. & super Psal. 102. & Tract. 100. in Ioan. Vide. c. donare. 86. d. & seq.

IX.  
An peccent  
mortaliter  
ipsi Repræ-  
sentantes;  
seu scenici.  
&c.

Presius tamen expendendum mihi est, an delinquant mortaliter huiusmodi ludos exercentes, & similiter eos spectantes, & permittentes. Primum omnium ex doctrina Caietani secunda secundæ. q. 169. artic. 1. ad. 4. & q. 10. ar. 4. & ex Abulen. super Matth. c. 6. q. 51. contra Ioanem de Medina, Codice, de Restit. q. 30. & contra Nauarrum, in Manuali. c. 23. num. 91. & Gabrielem in. 4. d. 15. q. 13. Anton. 2. p. tit. 1. c. 23. §. 13. & alios, sciendum est, non esse illi-

illicitam eam omnem artem, qua fiunt & aguntur res quędam, quibus alij vtuntur ad peccatū mortale. Non enim mortaliter peccant, qui aleas & chartas pictas & similiter fucos, quibus viri ac fœminæ abutentes, peccant mortaliter, habent, conficiunt & vendunt. Vnde Thomas Illyricus, quem refert & laudat Nauarrus, in. c. Negotium de Pœnit. d. 5. nu. 19. zelo non secundum scientiam permotus videtur, dum publicè apud Tholosates prædicans, ceu mortalis criminis reos damnabat artifices chartarū, & alearum, &c. Certè arsilla ad malum per se non est ordinata, & idcirco in se ipsa mala non est. c. de occidendis.

Qui aleas,  
chartas, ue-  
nena confi-  
ciunt, uen-  
dunt, nō pec-  
cant.

23. q. 5. licet interdum ex accidenti ab hominibus in malū vsurpetur. Alioqui nec ferramenta domestica habenda essent, ne quis illis se vel alterum interimat: nec arbores plantadæ, ne quis ex illis se suspendat. Facit. I. quod sepè. §. Veneni. ff. de contrahenda emptione. quæ habet, veneni negotiationem licitam esse, quando illud tale est, quod alijs admistū vsui hominum vtile possit esse. Nec redditur illicita talis ars per hoc quod venenis, vt plurimū, in perniciosos vsus vtuntur homines. Eadē ratione in. c. Iudæi. &c. Consultuit. de Iudæis, nō damnantur lignarij & cœmentarij, qui synagogas Iudæorum reparant, quantumuis perfidi Iudæi his synagogis abuti debeant. Similiter, qui lupanaria, in quibus meretrices prostent, construunt, nusquam damnantur, vt satis patet, neq; qui eis domos, in quibus habitent, condunt. Dummodò tam synagogas quam domos non vt eis abutantur, sed eas colant & habitent, præsentent. Eadem ratione Tabernarij, qui diebus ieiunij indiscriminatim hospitibus aduenientibus ministrant fercula & cœnas, minimè peccāt, secundum Caiet. (licet hospites ipsi è peccato non excusentur cœnantes) dummodò plana intentione eos cibos administrent.

Qui reparāt  
synagogas Iu-  
dæorum, non  
peccant.

ee Demum



Demum, vt vno concludam verbo, occasionem genē  
 ralem peccandi mortaliter, quæ est quam prebet ars aut  
 officium aut exercitium, cuius potest esse licitus vsus,  
 nullus tenetur præscindere, quod tractat Nauarr. in. d. c.  
 Negotium. num. 8. alioqui enim Deus creaturas omnes  
 auferre de medio deberet, eò quòd, vt habetur Sapientie.  
 14. in odium factæ sunt, & in tentationem animabus ho-  
 minum, & in muscipulam pedibus insipientium. Profe-  
 ctò ars militaris multis peccatis exposita est, & tamen Ba-  
 ptiſta cum ab eo quæreretur, Luc. 3. Quid factò opus ef-  
 set militibus, vt salui fierent? Neutiquam militiam ipsis  
 interdixit, sed nec Ecclesia præcipit, vt militiam & nego-  
 tiationem homines deferant, & si vix sine peccato exer-  
 ceantur. c. Consideret. de poenit. d. 7. & c. Noli. & c. Militare.  
 23. q. 1. & c. Quoniam. 88. d. & D. Tho. 2. 2. q. 40. art. 1.  
 Hanc ob causam idem Caiet. & Abul. sup. Matt. c. 11. q. 24.  
 & 25. minimè dānāt mulieres pulchras, quòd foris exeāt,  
 & palām incedant, quanuis à perditis hominibus vulgò  
 lasciuē appetendas se certò sciant. Qua etiam de causa ab  
 ornatu & cultu muliebri abstinere minimè tenentur. De  
 quo Caiet. in summa, verbo, Periculum. & in. 22. q. 169. ar.  
 2. circa finem, ad. 4. & Syluest. verbo, Ornatus. q. 4. & Na-  
 uar. in Additio. c. 28. in. c. 14. num. 30. Corollario. 7. & Abu-  
 len. q. 25. super Matt. c. 11. latissimè. Ratio itaq; horū est,  
 quia omnia prædicta per se & suapte natura nō ordinātur  
 in malū. Ex quo sequitur, quòd quicunq; exercet artē ea-  
 rū rerū, quæ suapte natura in malū ordinantur, nec potest  
 per se loquendo earū vsus esse bonus, peccat mortaliter.  
 Ideò qui idola fabricat, quorū, scilicet, vsus bonus esse nō  
 potest, per se loquēdo, & qui arma vēdit infidelibus, quæ  
 per se & intrinsecè in bellum destinata sunt, quòd semper  
 est iniustum ex parte infidelium, peccat mortaliter: etiā  
 si in

Occasiones  
 peccandi quæ  
 do sunt am-  
 putandæ.

Sap. 14.

Luc. 3.

Mulieri cole  
 re se, & exi-  
 re domo! li-  
 cet, et si sciat  
 appetendam  
 se esse.

Vendere ar-  
 ma & idola  
 infidelibus.

A si in. c. vltimo de Sagittarijs, non esset sententia excōmu-  
 nicationis lata contra eos, qui arma vendunt infidelibus.

V T itaq; ad nostrum propositū hæc omnia accōmode-  
 mus, sequi ex dictis videtur, prædictos ludos theatri-  
 cos exercere, vt nunc in Hispania exercētur, per se loquē-  
 do nequaquā esse peccatū mortale, etiā si fœminarū mi-  
 nisterio gerantur. Quod colligitur ex his quæ latè tractat  
 Sylue. verb. Ludus. q. 8. & Nauar. in Addit. supra, Coroll.  
 21. eò quòd huiusmodi ludi non sunt de earum rerū gene-  
 re, quæ intrinsecum habent ordinē ad peccatū: sed potius  
 de genere earū quarum bonus & malus esse vsus potest.

B Certè omnis ludus qui de se ordinari potest ad virtutem  
 corporis, seu ad exercitationē ingenij, quales prædicti esse  
 videntur, licitus est: siue intentio instituentis sit voluptas  
 & delectatio populi, siue honorificentia principis. l. athle-  
 tas. vbi Doctores. ff. de his qui notantur infamia. & in. l. so-  
 lent. ff. de Aleatorib. & in. l. quas actiones. ff. ad legem  
 Aquil. & ex Arist. in Politic. & ex S. Tho. in. 2. 2. satis pa-  
 tet, in. q. 198. Dixi, per se loquendo & suapte natura, nam  
 ex accidenti, & ex parte ipsorū Scenicorū & Mimorū, &  
 mulierum inibi agentium, potest esse peccatū mortale eos  
 ludos agere, ex S. Tho. 2. 2. q. 198. ar. 1. vt si representent res

C admodū turpes, aut si res alioqui nō turpes ipsi prauo ani-  
 mo in prauos & malos fines destinent. Quā ob causam,  
 cum cantilenas turpes prurimum libidinis, quantum est  
 ex se, excitantes occinunt, aut verba eius generis profe-  
 runt, aut gestus saltus ve similem obscœnitatem præsefe-  
 rentes exercent, omninò peccant mortaliter, vt expressè  
 habet Sylueſt. verbo, Ludus. 9. 3. & Nauarrus, in Additio-  
 nibus ad. c. 14. num. 30. Corollar. 5. Peccant, inquam, quan-  
 tunis sana intentione eos actus exercent, si tamen sa-  
 nè exerceri tam in sani motus possunt: quia per se loquē-

X.  
 Comœdiæ, ut  
 geruntur in  
 Hispania,  
 utrius, licitæ  
 sunt.

Comœdiæ in  
 quibus can-  
 tus, aut ge-  
 stus, aut mos-  
 tus turpes  
 fiunt, sunt il-  
 licitæ.

Non peccat  
fœmina viri  
li veste utēs.  
nisi, &c.

Deut. 22.

XI.  
Qui assistūt  
his comœdijs  
an peccent.

do huiusmodi motus Venerem concitant in spectanti-  
bus, & scandalum pusillis parant. At vbi horum motuū  
turpitudinis & intenuōnis corruptio cessat, non est morta-  
le viris, aut fœminis eos ludos exercere. Hinc Sylu. ver-  
bo, Fœmina. §. 2. dicit, nō peccare fœminam, saltem mor-  
taliter, vtendo habitu virili: nec virum, habitu fœmineo:  
modò id solùm fiat ex quadam animi leuitate, sine inten-  
tione corrupta, vel scandalo graui. Nec contra hoc est. c.  
Si qua mulier. 30. d. vbi indicitur anathema fœminis vt en-  
tibus veste virili: nam ibi solùm est sermo de fœminis,  
quæ id malo proposito, id est, intentione facilius meretri-  
candi, faciunt, vt patet ex Glossa, & Archid. ibi. Nec rur-  
sus obstat Deut. 22. vbi dicitur, Non vtetur mulier veste  
virili, nam id propter idololatriæ superstitionem vitan-  
dam, quæ ratio nunc temporis cessat, præceptum fuit, vt  
ibi Syluest. de quo alias.

**D**E inspectoribus horum ludorum & spectaculorum  
partim videtur esse par ratio, partim dispar. Sanè non  
immeritò videtur obseruasse Syluest. verb. Ludus. §. 8. &  
verbo, Curiositas. §. 4. etiam si huiusmodi ludos exercen-  
tes peccarent mortaliter, non ideò eidem peccato obno-  
xios esse spectatores. Duellum etenim peccatum morta-  
le est, at ipsum qui intuentur nō peccant mortaliter: dum  
modò ex huiusmodi intuitu ipsi qui ludunt non mouean-  
tur ad continuandum ludū: vel ipsi qui spectant nō indu-  
cantur ex tali spectaculo ad cōplacendū de eo peccato,  
quod geritur: aut exponant se periculo consentiendi. Hæc  
enim ob causam qui gestiūt videre vel audire aliquas tur-  
pitudines, vt mulieres in prostibulo, &c. omnino peccāt  
mortaliter, propter manifestum periculum, cui se expo-  
nunt consentiendi, & complacendi in noxam morta-  
lem, iuxta illud, Qui amat periculum, peribit in illo.

Eccl. 3.

Quod

**A** Quod tractat doctissimè Caiet. in summa, verbo, Pericu-  
lum. Ad rem omnis qui conscius suæ fragilitatis credit  
probabiliter casurum se si eat ad locum, vbi est cadendi  
periculum, peccat mortaliter, si eò se conferat, vt recte  
Caiet. ibi. Sanè cum ex certa vini quantitate, experientia  
iam ter aut quater desumpta est, quod quis inebriatur,  
proculdubiò mortaliter peccat, qui eam vini metretam  
epotandam illi porrigit, & ipsemet eam hauriens. Quo  
circa cum generalis regula in huiusmodi spectatoribus  
assignari nequeat, vnusquisq; sibi consulere debet, & dili-  
genter prospicere, & semel & iterum expendere circun-  
stantias propriæ conditionis, temporis, & loci &c. & ex-  
perientiam quam iam aliàs de se ipso fecit, vt sic licitè in-  
teresse huiusmodi spectaculis valeat. Postremò de huius-  
modi scandalis & occasionibus peccandi datis & accep-  
tis, de quæ periculis quibus se exponunt peccandi homi-  
nes, & quid in eis casibus facere teneantur, lege Adrianū,  
inolt Quodlib. 1. art. 2. Cordub. Tract. de Catib. q. 4. & 5.  
Nauar. in add. ad. c. 3. & 14. Caiet. supra.

Omnis ille  
qui in his  
spectaculis  
exponit se  
periculo pec-  
candi, pec-  
cat &c.

**S**ed in sua adhuc difficultate peritant plurima Conci-  
liorum, Decretorum, Patrum, & Gentilium testimo-  
nia, quæ omninò damnant prædictos ludos Scenicos &  
Hiltronicos. Explicandum ergo restat, qua ratione quos  
ludos tam acerbè taxant scriptores communiter, nos ex-  
cusare nixi simus. Secundò militat contra nos, quòd præ-  
dicti scenici & histriones, secundū vtrumq; ius, Canoni-  
cum, scilicèt, & Ciuile sunt infames. Paret in. l. 1. ff. de his  
qui notantur infamia, & Glossa. l. 2. ff. eodem. & c. defini-  
mus. 4. q. 1. & Glossa in. c. Donare. 86. d. Quam ob cau-  
sam non possunt esse testes, nec admittuntur ad accusan-  
dum. l. Casius. ff. de Senatoribus: & Doctores in. l. 2. C. de  
Infamibus. Ob quam etiam causam priuantur commu-

XII.  
Argumenta  
aduersus  
prædictos lu-  
dos scenicos

Scenici sunt  
infames iux-  
ta Canonico  
& Ciuili.



nione sacra. c. Maritum. 33. d. & c. Pro dilectione. de Con A  
 feccatione. d. 2. Et addit Glossa, super hoc cap. esse iustam  
 causam exheredandi filium, si praeter voluntatem patris  
 huic Scenicorum officio se tradat. Quod etiam habet  
 Glossa in Authe. Vt cu de appellat. cognoscitur. §. causas.  
 Collatione. 8. Vnde Magistri in his artibus, potius dicun-  
 tur perdere, quam erudire pueros, vt in. d. c. pro dilectio-  
 ne. Certè nisi huiusmodi exercitium aperte esset pec-  
 catum mortale, non tam acriter in scenicos animaduerte-  
 rent leges Canonicae ac Ciuiles. Quod inde similis veri  
 redditur, quòd iuris infamia non incurritur nisi propter  
 apertissima peccata mortalia: nempe propter improbum B  
 focnus & vsuras. 3. q. 7. §. Porro. & propter adulterium. l.  
 Palam. §. Qui in adulterio. ff. de Ritu nuptiarum, & prop-  
 ter matrimonium simul contractum cu duabus. l. quid  
 igitur. ff. de his qui not. infra. & propter mendacium quod  
 testis in iudicio dixit, de quo conuictus est. c. cum dile-  
 ctus, de Ordin. & similiter alibi. Cum itaq; infamia iuris  
 laborent praedicti homines, apparet eorum statum & of-  
 ficiu culpae mortali obnoxium esse. Tertio in scriptura  
 etiã loca suppetunt aduersus eos qui hos ludos exercent,  
 non fedi in conspectu ludentium. Et Thobiae. 3. Nun-  
 quam ludetibus me admiscui, nec cum his & c. & Exod. C  
 32. sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt  
 ludere.

## XIII.

Resolutio  
 quaestio-  
 nis,  
 quomodo li-  
 cite sint co-  
 mœdiae.

Nihilominus in proposita nos sententia persistentes,  
 dicimus, praedictum histrionum & scenicorum of-  
 ficiu etiam mulierum ministerio celebratum, non es-  
 se perse illicitum, nisi celebrentur verbis, cantibus, gesti-  
 bus inhonestis, lasciuis, vt dictum est. Quare vt nunc in  
 Hispania celebrantur vt plurimum liciti sunt. Proinde  
 non immeritò consuetudo inoleuit vt yri nobiles, etiam  
 cle-

A clerici, & religiosi interdum ijs assistant, cum scanda-  
 lum cessat, & nihil turpe & inhonestum in eis geritur.  
 Nam si aliquando geritur, omni proculdubio peccato  
 mortali subiacent, tam qui permittunt, quam qui exer-  
 cent & spectant. Vt enim ait Paul. non solum qui fa-  
 ciunt, sed qui consentiunt, digni sunt morte. Profecto  
 Parasiti nomen, quod nunc infame est, olim in pre-  
 tio & honore habitum est, vt habet expresse Athenæus  
 author Græcus, lib. 6. Dypnosophistarum. c. 5. & c. Et rur-  
 sus, authore August. lib. de Ciuit. 1. Scenici & Tragici  
 apud Græcos non erant infames. Inter quos Theodorus,  
 & Roscius maximi gesticulatores habiti sunt in honore.  
 Adde his quod olim apud Romanos Mayumæ fuerunt  
 prohibita, quas nunc appellamus, ( *El juego de las Mayas,* )  
 quia iuuenes ardore iuuenili, lasciuo, amatorio petulan-  
 ter incensi, plurima obscœna & turpia cum virginibus  
 eos ludos agentibus committebant. Post tamen vbi hæc  
 scandala & incommoda quicuisse & cessasse visa sunt,  
 Iustinianus Imp. eos ludos & choros Mayumarum per-  
 misit, dummodò honestè eos peragerent. Ita habetur in.  
 l. vnic. C. de Mayumis. lib. 11. Idem ergo omnino mihi vi-  
 detur esse dicendum, & ad hanc regulam, ceu ad lapidè  
 C Lydium depurandi, & expendendi sunt isti ludi. Nam  
 cum geruntur obscœnè eliminãdi omninò sunt, tanquã  
 perniciosi. Et alioqui mortaliter qui eos exercent, peccat:  
 & similiter qui eos permittunt, si ex officio prohibere eos  
 possunt. Et demum similinoxa tenentur omnes specta-  
 tores qui eos intuentur, si tali intuitu eis fauent, cooperã-  
 tur, complacent, aut fauendi, cooperandi, vel complacen-  
 di in ijs ludis (qui mortales sunt) probabili periculo se ex-  
 ponunt. Quò pertinent quæ tractant D. Ant. 2. p. tit. 6. c.  
 5. & 6. Caiet. Quodlib. de Audiente confessiones cum pe-  
 ricu-

Roma. 1.

Histriones  
 & parasiti  
 non erant in-  
 fames, apud  
 Græcos.

Mayumæ,  
 seu las Ma-  
 yas.

riculo pollutionis. Adrian. in Quodlibetis, Soto lib. 5. de Iust. & Iur. q. 1. ar. 6. Cordub. Tract. de casib. q. 4. At ubi honestè geruntur, ut ferè nunc temporis in Hispania, nõ peccant, saltem mortaliter, qui eos ludos exercent, permittunt, spectant. Quibus positis ad propositorum argumentorum elucidationem pergamus.

## XIII.

In quo sensu  
Concilia &  
patres dam-  
nant sceni-  
cos:

**A**d primum dicimus, Concilia, Patresque & omnes graves scriptores eatenus tam ægrè & molestè ferre ludos hos, & tam rigidè eos notare & condemnare, quatenus multum lasciuæ & obscenitatis admistum habere solent. Nam ubi prædictam exuunt turpitudinem, & honestè geruntur, ut ferè fit apud nostrates nunc temporis, peccatum non est, saltem mortale eos agere, spectare &c. **B** Aut dixerim, non damnari à scriptoribus ludos hos, tanquam malitiam mortalem habentes, sed solum tanquam inutiles & superuacaneos, & malos venialiter, & dedecentes virum grauem & pium, & disponentes ad peccatum mortale. Sic pleraque alia carpi & exprobrari solent à serijs scriptoribus, quæ tamen, ut patet, peccata mortalia minimè sunt. Ut saltationes, canilena, conuiuia, apparatus vestium, clientum, ciborum, ædificiorum, negotiationes, ludi chartarum, alearum, hastiludia, choreæ, ornatus nimius in fœminis, & his similes aliæ vanitates, quæ **C** ex genere suo crimina nequaquam sunt.

Quod uere  
sunt infames  
hi qui  
nunc in His-  
pania repræ-  
sentant.

Ad secundum nollem præcipitare iudicium, sed suspèdere potius: ac proinde non dirimendo, sed per coniecturas hallucinando, dico, etiam hos scenicos & repræsentantes (quos vocant) quos nunc temporis habet Hispania per societates quasdam distinctos, licet aliàs non sint in statu peccati mortalis, per se loquendo: quandoquidem lethalis noxa, ut vidimus, non est eos ludos agere, adhuc tamen omnino infames esse: atque adeò omnes iuris pœnas

**A**nas & ipsos subire: quandoquidem pretio ac mercede tales actus exercent, non virtutis sed quæstus gratia, & effrata voce, & ore impudentissimo, perfricta fronte, infamigestu, & interdum denigrata facie, detecto collo, & plerunq; cruribus ac brachijs nudatis, vestitu muliebri, ut adrisum prouocent spectatores. Et quidem antiqua iura in odium horum prædictis pœnis afficiunt Histriones ac Mimos. Idcirco minimè mihi dubium est, quin si horum ullus compareret in iudicio, ut testis officio fungeretur, opponi illi meritò possèt exceptio, per quam excluderetur à iudicio, aut saltem sui testimonij vis eneruaretur. **B** Nam licet iure Regio Hispanico non reperiantur expressè huiusmodi testes exclusi, tamen in legibus, in quibus prohibentur aliqui esse testes, ut in l. 9. titulo. 8. lib. 2. Fori, & lib. 8. titulo. 16. videntur exclusi in illis verbis, *Todo home que fuere de mala fama &c.* Verum est tamen, quòd sunt casus, in quibus minùs idonei & habiles admittuntur: ut in crimine simoniæ, & quando in defectum probationis alij non inuenirentur super materia grauissima, & quæ Reipublicæ plurimum expedit &c. Tunc enim sicut & alij infames etiam & isti admitterentur. Quia tamen multiplices sunt apud Iuristas infamiæ: nam quædam repellunt infames ab omnibus actibus iudicialibus: quædam ius accusandi solum eis adimunt: quædam testificandi: quædam priuant eos susceptione ordinum, & quædam tandem solum dignitatibus & officijs: quæ omnia accuratè & radicitus euoluere non Theologum, sed iuris peritum decet: ideò ego quod ad communionem spectat, tractabo breuiter.

Quod itaque passim ad sacram Synaxim admittuntur, ut communicent, difficultatem habet. Verum solui uno duorum modorum potest. Primo quidem quando isti

Isti scenici  
an possint  
comparere in  
iudicio & es-  
se testes.

Christi sceni-  
ci, nunc ad-  
mittuntur ad  
sacram com-  
munionem.

turpiter & odiosè eos ludos agerent, dici posset, quòd **A**  
 cum pars nulla sit, cui ex eorum communione inferan-  
 tur iniuria, nullus proinde est, qui eos deferat ad iudiciũ:  
 & idè iudices vt morem gerant temporì ac consuetudi-  
 ni, prætermittunt legis executionem in his casibus, sicut  
 in alijs huiusmodi sæpenuerò, in quibus nulla est pars  
 quæ in particulari lædatur. Secundò dixerim, quòd post-  
 quã isti homines iã sunt in Republica admissi, & inter cę-  
 teros homines annumerati, & bonis ac decentibus vesti-  
 bus communiter induuntur, & nullum iam ex eorũ acti-  
 bus emergit inter Christianos scandalum: adè vt, sicut **B**  
 semel & iterum diximus, non sint in statu damnationis,  
 sed licitè eos ludos peragant: quia vt plurimũ lasciuia  
 & obscenitatem non præferunt: idè mitius cum eis,  
 & non secundũ totum iuris rigorem agere iudices de-  
 buerunt. Proinde nec à communi hominũ conuictu: nec  
 à sacra communione arceri debuerunt. Vnde non est  
 vsquequaq; verum, quòd infamia iuris solũ incurratur  
 propter peccata mortalia, vt satis liquet ex his quæ Sylue-  
 ster notat, verbo, Infamia. §. 3. vnde in iure infames sunt  
 milites pusillanimes, & qui prætermisso parentum con-  
 sensu, ineunt matrimonia: & parentes qui filiam viduam  
 intra annum luctus nubere permittũt. De quibus & alijs **C**  
 agit in l. 1. ff. de his qui not. inf. vbi etiam scenici infami-  
 bus annumerantur. Quare licèt iura communione pri-  
 uent infames, non idè citra delectum omnes ab ea arcẽ  
 di sunt: sed illi tantum quorũ infamia statui peccati mor-  
 talis adiuncta est. Inde qui penitens illud. c. pro dilectio-  
 ne de Conf. d. 2. dispexerit, inueniet non quenuis scenicũ  
 communione priuari, sed eum qui peccator est publi-  
 cus. Dicit etiam tertio potest, aliqua Ecclesie iura strictius  
 pleraque prohibuisse & pœnis rigidioribus vsa fuisse  
 quã

*Infamia iu-  
 ris interdũ  
 incurritur si  
 ne peccato  
 mortali.*

**A** quã modo sint in vsu: è quòd pro initijs nascentis Ec-  
 clesiæ, arctius omnes ad perfectionem promouere expe-  
 diebat. Sic in. c. si qua mulier, 30. d. ex Conc. Grang. c. 3. in-  
 dicitur anathema mulieri veste virili vtenti. Quod tra-  
 ctat Tiraquel. 3. l. Connub. 3. p. Gloss. 1. n. 58. Quod & pro-  
 hibetur in Iure Ciuili. l. vestis. §. muliebria & §. commu-  
 nia. ff. de auro & arg. leg. At nũc temporis rigor iste pror-  
 sus elanguit, & exoleuit, suppetunt passim exempla. Vlti-  
 mum verò argu. ex dictis facile colligitur.

**P**ostquã autem satis distinctè & enucleatè, vt arbi-  
 tror, examinatum pariter & diffinitũ à nobis est qua-  
**B** ratione prædicti ludi scenici liciti sint, idest non sint pec-  
 cata mortalia, examinandum & diffiniendum restabat  
 an sint in Repub. necessarii. Et quidem, si mea sententia  
 aliquod authoritatis pondus habet, existimo minimè ef-  
 fe necessarios, ac proinde plurimas subesse causas, eos vt  
 Principes & Magistratus funditus dissiparent & euerte-  
 rent. Nihil enim vtilitatis, & plurimũ afferunt spectan-  
 tibus nocuenti. Nec est simile de militibus mercatori-  
 bus telonearijs, tabernarijs, stabularijs. & c. nam licèt isto-  
 rum status multis sit peccatis accommodatus & exposi-  
 tus, tamen propter eam vtilitatem, quę inde Reipu. resul-  
 tat permitti debent. At ex eo quòd Mimici isti & scenici  
**C** homines & mulieres permittantur, quæ vtilitas adest?  
 quæ damna absunt? Quot stupra, & turpitudines sequi  
 necesse est ex tã crebro, & familiari conuictu, & cõtuber-  
 nio horum scenicorum, in quibus viri & foemina perdi-  
 tissimi & perfrictissimi cohabitant, conuersantur, conues-  
 cuntur? & c. vt credi potest castè eos & sanctè ac candidè  
 in medijs turpitudinibus victuros? Sed & spectatores ha-  
 benas auditui & visui licentissimè laxantes, Vt animum  
 frangere, & continere poterunt à desiderio, amore, dele-

*3. Cur sceni-  
 ci olim arce-  
 bantur à com-  
 munione.*

**XV.**  
*An sint ne-  
 cessarii ludi  
 scenici isti,  
 in Repub. an  
 eliminandi.*

*Damna quæ  
 sequuntur in  
 Rep. ex his  
 ludis.*

statione, & alijs illicitis motibus? Certè quàm iustè n- **A**  
 mius ornatus, & fucatio cultusque faciei interdici foemi-  
 nis posset, & viris chartæ & alexæ:ram. iustè & longè iu-  
 stiùs ac rationabiliùs Comœdiæ istæ eliminari à Repu.  
 possent. Cæterum qua ratione illicita illa non sunt, idest,  
 apertè peccata mortalia, modo cum certis gerantur con-  
 ditionibus, ita & Comœdiæ, vt satis explicatum arbitror  
 in superioribus.

XVI.  
*Citharista.*  
*Lyrista Mu-*  
*sici qua cen-*  
*sura notãdi.*

**Q**uid porrò de citharcedis & tibicinibus, quos Musi-  
 cos appellant, sentiam, dicam. Sanè qui vanas  
 lasciuasque interdum cantilenas ad instrumentum vul- **B**  
 gò ex officio, & quæstus gratiã canunt, vt faciunt Hi-  
 striones, & Ludiones &c. eandem ferulam subire debêt  
 quam scenici. Plutarchus in Pericle, in principio, refert,  
 cum Antisthenes audisset Ismeniam optimum tibicinè  
 esse, At homo nequam est, inquit: non enim si probus  
 esset, tibicen foret. Antheas Scytharum Rex (authore eo  
 dem alibi) libentiùs se equum hinnientem quàm Isme-  
 niam canentem audire se dicebat. Quocircã viles & infa-  
 mes ac sordidos hos esse, sicut scenicos non dubium est.  
 Tractat eruditissime Tiraquel. De Nobilitat. c. 34. à nu.  
 6. Vide. l. si qua. C. de spectaculis. lib. 11. & l. Titius. in fin.  
 ff. de act. empt. Nã & facer Dauid saltans & lyra personã, **C**  
 dicebat, Ludã & vilior fiam &c. hoc est, estimatione astã  
 tiũ, qui viles censent esse citharistas & saltatores, scenicos  
 &c. Quare, licèt non esse apertè mortale peccatũ his lu-  
 dis omnibus interesse dixerim, etiã Clericis & Religiosis:  
 nihilominus nõ dubito quin eos maximè hæc spectacu-  
 la dedeceãt. Tradit Corn. Tacit. li. 1. longè ante fin. Tibe-  
 riũ sanxisse ne dõmos Pantomimorũ senator introiret. Et  
 Scipio Nafica Censor scenicos hos ludiones è tribu mouit  
 vt ex Cie. in lib. de Repub. tradit Aug. lib. 2. de Ciu. c. 13.

De

**A** De quo Tiraquellus multa lib. de Nobili. c. 34. à nu. 13. &  
 nos pleraq; superiùs. Quãtò ergo magis viros Ecclesia  
 ficos apud Christianos dedecent.

**S**ed postquàm iusto zelo, & secundùm scientiam, vt  
 exiùtimo, me aduersus hæc comœdias accensum vi- **XVII.**  
 deo, minimè præterire debeo fragmenta quædã D. Chry- **Referuntur**  
 sostomi, vbi eloquentissimè & ardentissimè aduersus eas **uerba D.**  
 dem inuehitur, quantunuis Lectores cõfusi ac perturbati **Chryf. aduer-**  
 ordinis, & methodi in hac quæstione dãnare me debeãt. **sus hos lu-**  
 Non enim adeò cæcutio, quin tumultuariò & pro vi- **dos, elegan-**  
 memoriæ succurrebant, me multa hinc conuoluissè & cõ **tissima.**  
 glomerassè videã: quod illi præsertim mihi obijcient,  
 qui in rectum ac distinctum procedendi modum, quem  
 in alijs disputationibus obseruauit, oculos considerationis  
 iniecerint. Ergo priusquàm cõcepti pœniteat, & vis affe-  
 ctus quo aduersus scenicos excandui, frigeat, diuini liber  
 verba personare Chrysostomi.

**V**bi sunt, inquit, qui Diaboli choreis & perditis canti- **Hinc loqui-**  
 bus dediti in scena quotidie sedēt? Pudet me certè verba **tur Chrysof.**  
 de illis facere: veruntamen necesse est mihi propter infir-  
 mitatem vestram. Nam & Paulus ait, sicut statuiistis mē-  
 bra vestra seruire immunditiæ, ita nunc statuite membra **Rom. 6.**  
 vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quare nos quo-  
 que agè vitam meretricum, & corruptorum iuuenum in  
 scena habitantium perscrutemur, & ad horum beatorum  
 vitam (intelligit Heliam, Helisæum, Ioannem, &c.) quã-  
 tum ad iocundè viuendum attinet, comparemus. Iucun-  
 dè nanq; viuendi gratia, negligentiores iuuenes scenæ la-  
 queis capiuntur: sed tantam si perpendimus, differentiam  
 inueniemus, quantam si quis canentes Angelos modula-  
 tionem diuinam audiret, & porcos in stercore defossos ac  
 grunnientes. Ore nanq; illorum Christus, istorum verò

ff 3

Dia-

Diabolus loquitur. Tibiæ inflatis genis, deformi facie sonoram istis emittunt vocem: illis gratia spiritus loco tibiæ cytharis atq; syringis ad eò suauiter sonat, vt non sit possibile luto & lateribus affixis tantam ante oculos ponere voluptatem. Quare vellem aliquem eorū qui circa hæc infaniunt, illuc adducere posse, & hunc sanctorum chorum ostendere: non enim opus mihi esset verbis: verum & si hæc terrenis differimus, conabimur tamen ab illuue & fordibus aliquantulum eos auellere. A meretricum igitur cantibus statim cupidinis flamma incendit auditores, & quasi non sufficist ad inflammandam mentem aspectus ac facies mulieris, pestem quoq; vocis adinuenerūt. Non autem vox ac facies solū muliebres: verum etiā multò magis veltitus videantur: ad eò vt si pauper quidā rudior atq; abiectior aspiciat, molestè nimium ferat, & se cum sæpenuerò dicat: Scortum quidem in flagitiosis hæc inuenit, seruis stipati cocorum artificio in tantis delicijs viuunt: ego verò ingenuus & ab ingenuis ortus, qui iustis laboribus meis vitam duco, nec somnians quidem ita deliciaripotsum. Sic mœrore perturbatus, cogitabundus recedit. Et in theatro quidem, cum aureis ornamentis callidissima meretrix incedit, pauperes dolore conficiuntur, cum nihil tale vxoribus esse suis recordentur, diuites autem hoc aspectu conturbati, cum habitum, aspectum, vocè, incessum, cæteraq; cupidinis plena viderint, & improbo ardentis incendio domos suas redierint, quasi deformiores vxores despiciunt. Hinc iurgia & rixæ, hinc dissidia & bella oriuntur, hinc mors etiam nonnunquam consequitur, &c. Ita habet super Matth. homil. 69.

Quilibetius  
ad comœdias  
quæ ad ser-  
mones imus.

Rursus homil. 57. in Ioan. Si cytharædus, vel saltator, vel Mimus aliquis ad scenam aduocaret ciuitatem, omnes frequenter concurrerēt, & admoniti gratias haberēt, in

A in quo spectaculo diei dimidium consumūt, nulli alij negotio vacantes: Deo autem nos per prophetas & Apostolos alloquente, oscitamus, desidemus, hallucinamur & plurimum fastidimus, quare in forum egredimur: In hyme verò cū pluuia & lutum impeditet, domi sedemus, aut in theatris sine tecto, quo à pluuia defendamur. Maxima pars imbre, vento, frigore, luto, vix longitudine cōtempta insani perstitērūt, nulla eos causa domi coninet: nulla quin ad spectacula frequentes confluant, prohibet: hūc sub tecto, sine frigoris & pluuix iniuria, ad animæ suæ salutem nemo ea alacritate concurrat. Sunt ne hæc toleranda? Quid hac dementia peius? Hæc vobis frequenter dicere statui, verum tamen veritus sum ne frustra & sine fructu mihi odium comparem. Video enim non iuuenes tantum, sed & senes insanire, quorum gratia maiorem in modum erubesco, cum video virum canitie venerabilem eam labefactantem, & filium secum trahentem. Quid hoc magis ridiculum? quid indignius? Filius à patre impudentiam discit. Mordent hæc vos verba? hoc & ego volo, &c. Hæc ibi, & alia omni consideratione dignissima. Sed & homil. 62. ad populum, ab illis verbis elegantissimè loquitur: In theatro risus, ineptitudo, diabolicus factus, effusio, temporis impendium, superflua dierum consumptio, malæ cupiditatis inductio, adulterij meditatio, fornicationis gymnasium, intemperantiæ schola, turpitudinis exhortatio, risus materia, inhonestatis exemplum, &c. Demum multus est in hoc Chrysof. multus & ego fui. Vtinam in castum non fuerim.

Aduersus se-  
nes & canos  
qui comœ-  
dijs assistunt

QVAE-

# Q V A E S T I O A

## NONA POSITIVA.

*Vtrum natura, an miraculo effectum sit, quòd  
oues iacob varios & discolores fœtus edi-  
derint.*



*Is locus Ge-  
ne. 30. diffi-  
cillimus &  
obscurissi-  
mus est.*

*Naturale  
fuisse quod  
oues iacob  
varios &c.*

**D** V O sunt quæ me breuissimè à quæstione proposita faciunt expedire. Alterum est rei difficultas, alterum temporis inopia. Seorsim vnaqueq; me in his immorari minimè patetur: vt in vnum coniectas passuras credam? D. Hierony. in Quæstionibus Hebraicis, aperte dicit, locū hunc ad suauisq; tempora à nemine Catholicorum fuisse satis intellectum. Lyra. Abulen. Lypomanus, & omnes multa dicunt in huius expositione. Præsertim Lyranus duas prædictæ obscuritatis causas attulit. Prima est, quia breuiter & succinctè loquitur ibi Moyses, & plura in ipso loco Genes. 30. subintelliguntur, quæ non exprimuntur. Altera est, quia vulgata editio in hac parte multum discrepat à litera Hebraica. Hinc digladiantur expositores, vt plurimas lites inde enascentes dirimant & componant. Ego, vt promisi, breuiter id solum in quæstionem verò, vtrum naturale fuerit, vel miraculosum, quòd varios & discolores fœtus ediderint oues iacob. Assero naturale id fuisse, & è causis naturalibus ortum. Hæc est sententia D. Hieronymi in Quæst. Heb. Aug. 3. de

**A** de Trinit. c. 8. & lib. 11. c. 2. & lib. 12. de Ciuit. c. 25. & lib. 18. c. 5. Abulen. Gene. 30. q. 10. Glossa Lyra. Burgen. Histor. Scho. c. 78. & omnes. Referre verba D. Hieronymi, quoniam instituto meo plurimum deseruiunt, minimè præmittam. Nec mirum, inquit, hanc in conceptu fœminarum esse naturam, vt qualem conspexerint, siue mente conceperint, in extremovoluptatis æstu quo concipiunt sobolem, talem procreent: cum hoc ipsum in equarum gregibus apud Hispanos dicatur. Et Quintilianus in controuersia, qua accusatur matrona, quòd Aethiopè peperit, pro defensione illius argumentatur, hanc cõceptum esse naturã. Itaq; quia in cubiculo pictura Aethiopis erat, & conspecta fuerat à matrona illa tempore conceptus, edidit similem fœtum. Et scriptū reperitur in libris Hippocratis, quòd quædam suspitione adulterij fuerat puniendâ, cum pulcherrimum peperisset vtriq; parenti generique dissimilem: nisi memoratus medicus soluisset quæstionem, monens querere, ne forte talis pictura esset in cubiculo: qua inuenta, mulier à suspitione liberata est. Hactenus Hierony. Similia sunt quæ ad hoc propositum ex D. Isidoro lib. 11. Etymologiarum refert Abulen. Genes. 30. q. 9. in fine, Animam huius conditionis esse, quòd in extremo feruore libidinis posita, formas visas attrahit, & fœtui imprimit. Ideò dicit, in thalamis coniugum, per sonas decoras depingendas esse, vt visis illis fœtus simili imagine informetur. Heliodorus, li. 10. Hist. Aethiopiæ, alterum profert exemplum de Hydaspæ & Persina regibus Aethiopiæ nigris, quorū tamen filia Cariclia pulchritudine & candore præstantissima fuit: quia, videlicet, cõceptus tempore defixam cogitationem mater in pictura Andromedæ pulcherrimæ quondam fœminæ habuisse perhibetur. Cum autem homo sit fortioris imaginationis

*Not.*

*Animal in  
coitu formas  
uisas, attra-  
hit. & fœtui  
imprimit.*

*E partibus  
nigris filij cã  
didit.*

quàm cætera animantia, ideò mirabiles isti euentus in ho-  
minibus frequentius contingunt, quàm in brutis: quod  
obseruauit Arist. 10. Proble. c. 7. Hinc, authore Eucherio  
super Genesin, & Ludouico Cœlio lib. 4. lect. antiq. c. 29.  
& lib. 20. habemus expressius id quòd D. Hieronymus ex  
transcurfu dixerat, nempe, apud Hispanos solitum quan-  
do equas cõprimendas & grauidandas obijciebant equis,  
vti eadem arte & ingenio, quo Iacob vsus esse perhibetur.  
Lege Auicenam lib. 3. Sentent. 21. tract. 1. c. 2. & 14. Gale-  
num, lib. de Theriaca, ad Pisonem. c. 11. Marsilium super  
librum Plotini in Quæstione, vtrum stellæ aliquid agāt  
& vide in. l. Quæret. ff. de Verborum significa-  
tione, & Bartolum. l. Gallus.  
ff. de liberis & posthu-  
mis.

QVÆ-

# A Q V A E S T I O

## DECIMA SCHOLASTICA.

*An de toto & perfecto rigore iustitiæ Christus pro  
peccatis nostris satisfecerit.*



BSQVE opinionũ & alle-  
gationum strepitu præsentem  
controuersiam, quæ Docto-  
rum secum pugnantium va-  
rietate reddita est difficillima,  
explicare breuissimè fert ani-  
mus: vt angustia temporis, de  
qua toties conquestus sum,  
morem geram.

**B** Reuiter arguitur à parte negatiua: In satisfactione re-  
quisitum est, vt ille qui satisfacit, fit alter & diuersus  
ab eo cui fit satisfactio. Hoc autem non contingit in pro-  
posito. Patet, nam satisfactio fit ipsi Deo, qui, scilicet of-  
fensus erat: ac proinde fit ipsi Christo, qui, qua ratione  
**C** Deus est, tam fuit offensus ab hominibus, quàm Pater &  
Spiritus sanctus. Non ergo fit hæc satisfactio alteri. Secũ  
do ad idem: Christus non satisfecit Patri suo, qua ratione  
est alius à filio, ergo non satisfecit alteri, & sic nec perfe-  
cta, nec propria iustitia reperiri potest in hac satisfactione.  
Consequencia pater: & probo antecedens: Minimè satis-  
fecit Patri, vt Pater est, sed vt Deus: nam vt Deus erat of-  
fensus, non vt Pater: quandoquidem offensa non est pro-  
propria alicuius personæ, sed communis omnibus, ergo  
satisfactio non debuit fieri alicui personæ in particulari,

I.  
*Arguitur. 7.  
fortissimè  
quod Chri-  
stus non sa-  
tisf. de toto  
rig. iust.  
Secundo.*

Tertio.

sed tribus quatenus sunt vnus Deus: atq; adeò nõ satisfecit Christus alteri. Tertio: Vt sit perfecta satisfactio, opus est vt id quod satisfaciens offert offenso, nõ sit aliàs ipsius offensi: sed omnia quæ Christus offerebat Deo offenso, erant Dei, nõ solũ titulo creationis, & titulo primæ causæ, quia. s. Deus erat earũ rerum creator & causa prima efficiens, ac proinde verus Dñs: sed etiã erant eius tanquã principij proximi, eò quòd Deus vnitus humanitati eliciebat immediatè eas operationes, per quas fiebat satisfactio. Erant ergo illę Christi operationes omnibus titulis ipsius offensi, ergo nullus pereaspoterat perfectè satisfacere Deo offenso.

Confir.

Cõfirmatur, nõ perfecta satisfactio debet fieri ex proprijs, & aliàs indebitis: sed illę operationes Christi nec erant eius propriæ, cũ essent etiã Dei: nec erant indebitæ, cũ omninò essent debitæ Deo multis titulis, vt dixi, ergo per eas nõ poterat perfectè satisfacere.

Quarto.

Quarto: vt sit perfecta satisfactio, necessum est vt id quod offertur æquiualeat offensæ, ac debito: hoc aut nõ reperitur in proposito. Pater: offensa erat infinita, vt liquet, at quòd Christus obtulit erat finitũ, quia creatũ, ergo. Si dixeris, Operationes Christi entitatiuè esse finitas, at in ratione valoris, ob infinitã personæ dignitatem, fuisse infinitas. Contra: quia tota hæc infinitas habet se per modũ extrinsecę denominationis, itaq; intrinsecè nullã illæ operationes habent infinitatem, per quã æquiualeant offensæ.

Replica. 1.

Rursus, si quælibet Christi operatio est infinita, iã nec magis nec meliùs, nec perfectiùs satisfecisset Christus per totã vitã & mortem, quã per primã & minimam operationem. Tandem vltimò: si satisfactio Christi perfecta & rigorosa fuit, iam Pater non potuisset eam non acceptare, citra iniustitiam: in hoc enim vel maximè iustitię rigor attēditur. At Pater bene potuit nõ acceptare: tũ quia semper manet liber &

non

A non necessitatur ab aliquo extrinsecò, tũ ob alias rationes, quas in solutione huius proferemus, ergo, &c.

Opposita nihilominus pars defendenda suscipitur à nobis: quam cum multis scripturæ & Patrũ & Theologorum testimonijs tutari possemus, & rationibus etiã fortissimis obmũnere, his omnibus, quia nocte intercipi-mur, vale dicimus, & ad argumenta dissoluenda properamus. Erit enim vnquam ille dies, mihi cum liceat hanc grauissimam controuersiam rimari, & ad amussim, vt aiunt, librare & expendere.

Ergo ad primum & 2. argumentum respondetur, Christum verè satisfecisse alteri, scilicet, Patri & Spiritui Sancto. Nec obstat quòd offensa facta fuisset Deo, vt Deus est: dum enim Deo facta est, censetur etiam singulis personis fieri, & sic ad quamlibet earum dirigi & ordinari poterat satisfactio: & vna poterat alteri satisfacere. Sicut iniuria facta alicui familiæ, fit singulis de familia, & vnus illorum possit vocem & vicem delinquentis assumere, & pro illo satisfacere toti familię. Nec rursus obstat, imò iuuat maximè ad exhauriendam totam vim argumenti, quòd dicamus, Christum satisfecisse sibi ipsi. Certè si Prælati (vt rem hanc illustremus exemplo) se infamat,

C peccat contra iustitiam commutatiuam, & tenetur sibi famam restituere, quam si restituat, satisfacit ex iustitia propria & perfecta. Nam licet sit vna persona, habet tamen rationem duarũ, scilicet, personæ publicæ, & personæ priuatæ: & quidem vt publica, est offensa: vt verò priuata, satisfaciens. Christus autem vna licet sit persona simplicissima, tamen duplicis personæ rationem sortitur, scilicet, humanæ ac diuinæ: vt diuina offenditur, vt humana satisfacit sibi ipsi. Porro duo hæc argumenta si aliquid conuincerent, probarent Christum non solum non sa-

II.  
Vera sententia quòd de toto rigore iustitiæ Christus pro nobis satisfecit Patri.

Ad. 1. & 2.  
argumen.

Christus etiam satisfecit sibi ipsi



tisfecisse de rigore iustitiæ, sed neq; de propria iustitia: A  
 eò quòd eiusdem ad se ipsum nō est propria iustitia. Neu-  
 trum itaque conuincunt. Sed properemus ad reliqua.

## III.

*Adiones  
 per quas  
 Christus sa-  
 tisfecit, ali-  
 quomodo  
 sunt eius,  
 quonon sunt  
 Patris.*

**A**D tertium vt respondeamus, præmittimus, actiones  
 per quas Christus satisfaciebat, licet entitatiuè esēt  
 à tota Trinitate, tamen secundum quandam rationē par-  
 ticularem esse proprias Christi. Est exemplum in opera-  
 tionibus vitalibus, quæ tali modo sunt à creaturis viuen-  
 tibus, vt secundum illum non sint Dei. Quòd si obijcias,  
 iam ergo creaturæ rationales per actiones à se vitaliter  
 elicatas, possent secundum perfectam iustitiam Deo satisf-  
 facere. Negamus, quia illæ actiones non essent aliàs inde-  
 bitæ Deo: nam teneretur pura creatura titulo creationis  
 tales actiones Deo acceptas referre. Rursus, nec illæ ope-  
 rationes omninò essent ex proprijs: quia concursus diui-  
 nus ad eas requisitus, non esset ei debitus, sed gratis col-  
 latus: ac proinde teneretur pura creatura titulo creatio-  
 nis totam illam actionem, & se ipsam offerre, & tradere  
 Deo. Cæterum concursus Verbi diuini & totius Trini-  
 tatis ad operationes Christi, erat debitus naturaliter, sup-  
 posito quòd Christus vellet aliquid operari: ac proinde  
 absolutè non tenebatur aliquam operationem elicere: &  
 dato quòd eliceret, non debebat eam alteri, nec teneba-  
 tur eam Deo offerre. Quòd si contendas ex dictis solùm  
 sequi quòd, quia illæ operationes erant verè & proprie  
 ipsius Verbi diuini, potuisset quidem ipsum Verbum vt  
 Deus est, perfectè per illas satisfacere: at humanitatis, seu  
 Christi vt homo erat, illæ operationes non erant proprie,  
 sed omnino erant acceptæ, & debitæ ipsi Deo, non ergo  
 potuit secundum quòd homo erat perfectè per illas sa-  
 tisfacere.

*Respondetur.* Ad hoc, pariter & ad confirmationem tertij arg. Res-  
 pon-

**A** pondetur, nihil sibi indebitum habuisse Christum, imò  
 totum quòd habuit erat sibi debitum, ac proprium. Nā  
 licet ipsa gratia vnionis, & gratia habitualis essent gratia  
 facta humanitati Christi, & facta nobis, at in ordine ad ip-  
 sum Christum, qui est diuinum suppositum, nihil habuit  
 rationem gratiæ, sed debiti naturalis. Quare nulli pro his  
 donis acceptis tenebatur Christus gratias agere. Erant  
 namque talia dona omninò propria, quia iure suo & pro-  
 pria autoritate potuit assumere humanitatem cum om-  
 nibus donis sibi placitis, nec per hoc constitueretur debi-  
 tor alicui. Neque obstat quòd Christus satisfecit vt ho-  
 mo, & vt sic nō erant propria sibi illa dona & opera, per  
 quòd fieri videtur quòd quatenus satisfecit non satisfecit  
 ex proprijs. Hoc, inquam, non obstat, quia planè satisfaci-  
 ens non erat humanitas, sed verbum incarnatum Deus  
 & homo. Huic autem propria & debita erant omnia, &  
 ipse nullius erat debitor, ac proinde ex hac parte bene po-  
 tuit satisfacere secundum strictam rationem iustitiæ, offe-  
 rendo id quòd verè erat suum & proprium, & aliàs inde-  
 bitum, in compensationem nostrorum peccatorum.

Quòd si adhuc importunus argumentator insistat, *Replicatur  
 adhuc.*  
 obijciens quòd sibi non satisfecerit Christus perfectè, si  
 quidem vt homo erat & vt præscindens à persona diui-  
 na Verbi, cui satisfaciebat: nihil habebat proprium, nihil  
 quòd non deberet &c. Dicimus quòd quemadmodum  
 operationes Christi secundum aliquam rationem erant  
 eius secundum quam non erant Patris, ita eodem opera-  
 tionibus media humanitate exercitæ, taliter erant propriæ  
 illius vt satisfaciens quòd non erant eius vt acceptan-  
 tis. Quia vt acceptat, habet se omninò sicut Pater & Spi-  
 ritus sanctus: vt verò satisfacit, immediate & proximè &  
 personaliter elicit operationes creatas, quas non proximè  
 cli-

*Solutio.*

*Adhuc re-  
plicatur, &  
explicatur  
totum hoc.*

elicit vt acceptans est, Atque ideo sibi proprie & perfecte satisfecit. Sed non cessas obijcere, vt quis proprie satisfaciatur, oportet quod id quod offert, ex suo fiat non suum; itaque; abdicet à se dominium talis rei; nam si penes se remaneat res illa sicut antea erat, nihil dedit, nihil obtulit: atque; adeo non satisfecit, ergo &c. Respondeo, quod licet Christus à se dominium suae operationis non abdicauit, id tamen fuit per accidens, quia quantum erat ex vi oblationis spontaneae taliter offerebat operationes illas Deo, vt à se earum dominium abdicaret. Rursus licet Pater nihil noui, quod aliàs non esset suum, in hac satisfactione acquiri: tamen id etiam fuit per accidens: nam Christus taliter offerebat, vt Pater si aliàs non esset Dominus earum rerum, nunc de nouo ex vi oblationis fieret dominus & sic &c.

**III.**  
*Operatio-  
nes Christi  
ut erant infi-  
nitae.*

**A**D quartum fateor, operationes Christi entitativae esse finitas: at sunt infinitae in ratione valoris & meriti. Porro haec infinitas nihil physicum est aut inhærens ipsis operationibus, sed denominatio vel relatio rationis, qua per respectum ad suppositum infinitum, à quo tanquam à principio immediato eliciebantur, habebant infinitatem illam in ratione valoris. Itaque; valor iste non se habet veluti valor monetæ, cuius aestimatio crescere ab extrinseco solet. Nam valor operationum Christi non proveniebat ex sola impositione ad placitum sed ex natura individuali earum. Sunt enim operationes verè elicite à persona divina, & hoc se habet velut fundamentum valoris & aestimationis infinitae. Rursus, admitto quamlibet Christi operationem sufficere ad satisfaciendum perfectissime: noluit tamen Christus per unam aut alteram seorsum satisfacere, sed simul per omnes. Et ideo vna aut altera seorsum ab alijs, licet esset infinita, atque; adeo absolute

*Christus an  
satisfecerit  
per quamlibet  
operatio-  
nem.*

**A** solute & simpliciter esset potens perfectè satisfacere: tamen ex pacto & ordinatione inter Christum & Deum, minime satisfaceret. Certè vnum ex requisitis ad meritum & satisfactionem, est ordinatio ipsius merentis aut satisfaciētis in tale præmium vel offensam. Quia ergo Christi satisfactio, pro vt conuentum & constitutum fuerat inter ipsum & Patrem, taliter erat disposita & ordinata, vt fieret per operationes. 33. annorum morte cõpletas, ideo nisi mors intercederet, neutiquam diceretur perfectè satisfecisse.

**A**D quintum dicimus, Nequaquam teneri Patrem eternum acceptare Christi satisfactionem, quantumvis esset perfecta: eò quod iustitia, quae inuenitur in Christi satisfactione, non erat personae ad personam, sed rei ad rem, id est, solutionis vel oblationis ad offensam. Ac proinde licet esset omnimoda æqualitas, imò excessus solutionis supra offensam, non tamen supra ipsam personam offensam, quae incapax erat obligationis. Et ideo Pater acceptare Christi satisfactionem minimè tenebatur. Rursus dicimus, id vt radicitus aperiamus, aliud esse rem valere tantum, & aliud acceptari ad dandum aliquid pro ea. Stat enim quod Petrus mihi offerat pretium æquiualens & superabundans pro domo mea, & tamen ego nolim acceptare, quia nolo illi vendere: nec per hoc ullam illi iniuriam irrogo. Similiter in proposito poterat Deus non acceptare Christi satisfactionem pro hominibus, quantumvis esset infinita, quia poterat iure eam satisfactionem ab ipsis offensoribus exigere. Tertio dicimus, in actibus voluntatis tam diuinæ quam humanæ, duplex necessitas reperitur: altera absoluta, altera ex suppositione prioris actus voluntatis. &c. sic ergo Deus, supposito quod voluit redimere genus humanum per satisfactionem Verbi,

**V.**  
*An Pater te-  
neretur ac-  
ceptare satis-  
factionem Chri-  
sti.*

*1. Explic.*

*2. Explic.*

*3. Explic.*

hh neces-

necessariò tenebatur satisfactionem eius acceptare: hæc **A**  
tamen necessitas ex suppositione, non infert in Deo im-  
perfectionem. Sicut supposito quòd predestinavit Petrus,  
non potest non saluare illum & necessitatur saluare illu  
&c. Imò non oritur hæc necessitas ex aliquo creato, sed  
ex priori actu diuinæ voluntatis. Quartò dicimus, ex alia  
etiam suppositione non inconuenit Patrem æternum ne-  
cessitari ad acceptandam illam satisfactionē, idest, suppo-  
sito quòd filius offerebat. Voluntas enim humana **Chri-**  
sti non potuit sic ordinare sua opera, quin Verbum diui-  
num taliter ea ordinaret: Verbo autem diuino ea ordinā-  
te efficaciter, implicabat quod Pater æternus ea non **B**  
acceptaret: est enim eadem voluntas vtriusq;

4. Explic.

Supposito  
quod filius  
offerebat nõ  
poterat Pa-  
ter non ac-  
ceptare.

Replica.

Solutio.

Sed arguis, quia offensus non tenetur acceptare recon-  
pensam oblatam ab alio, quàm ab ipso offendente. Res-  
pondetur, quòd licet inter homines ita sit, scilicet, quòd  
vnusquisque potest non acceptare satisfactionem ab ali-  
quo tertio oblatam, sed potest eam à delinquente exige-  
re: & rursus vnusquisque potest exigere satisfactionem  
lege taxatam, & potest non acceptare aliam, licet sit su-  
perabundans & excedens, sed tamen hoc non habet lo-  
cum in Christi satisfactione, nam offertur à voluntate in-  
finiti valoris, & etiam infinitæ efficacitæ: & sic non potest **C**  
non acceptari. Et quidem de hac quæstione, hæc tantum  
dicta sint, quanuis non tantum hæc, sed innumera alia  
dici & deberent & possent. Verum vt vltimæ, quæ reli-  
qua sola mihi est, tempus super sit, hanc in tam breue  
compendium redigere opus fuit. Faxit Deus

eam vt aliquando mihi copio-  
sius liceat dispu-  
tare.

Q. V. AE.

# A Q V A E S T I O

## DECIMA POSITIVA.

*Nomen Iesu vndenam deductum sit.*



**N** T A M ego quæstionem  
paucis perstrinxi, cū eā pa-  
lam cum alijs disputauissem  
postquam à me impetrarūt;  
seu potiùs extorserunt disci-  
puli, vt publicas has disputa-  
tiones facerē, non potui hæc,  
quæ vltima est, & gratissimā  
futuram spero, non pressius  
& vberius examinare.

**S** Ocrates apud Platonem, in Dialogo de Sapientia, qui  
& Theagenes appellatur, nõ parum referre existimat,  
vt præclari & insignes viri nomina habeant, quibus insig-  
niantur, suæ virtuti & claritati accommodata. Et refert  
Ioan. Andr. in. c. cùm secundum Apostolum. colu. 1. de  
Præbend. ab vxore Milantia se didicisse, quòd si nomi-  
na, vt pleraque alia, in foro venditarentur, pulchra quidē  
parentibus esse magno pretio emēda, vt filijs imponerēt.  
**C** Cæterū vt nomina recte imposita & instituta esse dicantur,  
opus est vt earū rerū, quas significāt, naturas quo ad  
fieri possit, exprimant. Ita habet Arist. 4. Metaph. tex. 28.  
Dionysius de Cœlesti Hierarchia. c. 7. & 8. Euseb. Cæsari.  
lib. 11. de Præpa. euang. c. 3. & 4. Non enim citra magnum  
consilium Moyse, dixit, Omne quod vocauit Adam, ip-  
sum esse nomen eius: nam intenditur illis verbis, ea nomi-  
na singularum rerum naturas significare & exprimere.

I.  
Nomenclaturam rectā  
& præclarā  
habere, præ-  
clarum est.

Gen. 2.

h h 2 Quò

**Gene. 2.** Quò spectat illud Psalm. Qui numerat multitudinē stel-  
**Psalm. 146.** larum, & omnibus eis nomina vocat. Quasi dicat, Qui  
 Nominantur rectè imponantur quid requirunt.

*Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus,  
 Signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti.*

In cuius explicatione diutiùs immorarer, nisi M. F. Lud. Legion. ab hoc me labore iam diu leuasset in lib. de Nominibus Christi, initio. Profecto ante peccatum, Omne quod vocauit Adam ipsum est nomē eius: quia ante peccatum rerum naturas probè callebat. At postquam celfo illo ac felici innocentia statu ruerunt Parentes nostri, & ignorantia tenebris offusi sunt, vide quā preposterè nomina imponebant. Nam cum primò sese illis obtulit nominis imponendi occasio, non recta ac naturis rerum consona, sed prorsus dissentanea & deuia imposuere nomina. Videlicet primis filijs, quorum primū vocarūt Caim, idest, hominem acquisitum per Deum, vt habet textus **Gene. 4.** & alterum Abel, idest, vanitatem. Cum tamen aliter sese res habere deberet, nam primus qui perditissimus, ac omnino inanis futurus erat, rectius diceretur Abel: alter verò rectius Caim, quòd sanctus ac plane diuinus futurus erat, & in eum finem datus & acquisitus per Deum.

Verum præterire non possum Platonis in Cratylo sententiam: sic enim ait: Non ergo vile quid est, ò Hermogenes, recta nominis impositio, sed doctissimorū ac præstantissimorum virorum. Tum Cratylus, Recte ais, inquit, duce natura, nomina rebus accommodata putans, nec quemuis hoc facere posse, sed illum solummodò qui ad naturam rei respiciens, potest ad eam nomina ac-

como

Nota de nomine Caim & Abel.

Gene. 4.

**A** commodare. Et post multa: Intelligo plurima Græcos à Barbaris sumpsisse, quæ si quis quasi Græca lingua essent deducta, interpretari velit, nunquam in rebus poterit adaptare. Ita Plato. Si verò quæretur, cur nomina Barbara ceteris anteponantur? Iamblichus, qui inter Academicos cognomentum diuini consequutus est, rationem reddit, quam refert Coelius Rhodig. lib. 9. c. 14. videlicet, quia antiquior, primusq; exitit hic modus loquendi Barbarorum. habere insuper nomina Barbara multam emphasim, concissam breuitatem, minimum varietatis multitudinisq; verborum, & ideò Superis cōgruere maximè. Barbarorum itaq; nomina cæterarum nationum nominibus & proprietate, & claritate, & significatione, & antiquitate, & intransmutabilitate præstabant.

**B** Quid vero per Barbaros Platonicis intelligerent, nolo vt ex me quis, sed ex eruditissimo Eusebio discat, lib. 10. de Præpa. euang. c. 2. & lib. 11. c. 3. vbi Hebræos, dicit, nomine Barbarorū semper à Græcis significari. Non enim dubium est, quin Græci multam Hebraici populi notitiam habuerint, nec solum notitiam, sed & reuerentiam & honorem Hebræorum nominibus deferebant. Nam & omnem disciplinam, quin & ipsarum literarum nomina Græci à Barbaris desumpserunt, vt superiùs tractasse me memini. q. 3. schol. & 3. Posit. nempe Græcum Alpha ab Hebraico Aleph, Beta à Beth, Gamma à Gimal, Delta à Daleth, &c. Hinc Orpheus dicebat neutiquam in opere immutanda Hebræa nomina, quod retulit Francis. Georg. Venetus in Problematibus tom. 6. Sectione. 8. nume. 296. Reddit rationem, scilicet, propter virtutem, quam habent, aut quia ipsorum characteres cœlorum figurant imagines, aut quia repræsentant sedem Dei, & proprietates supræmundanorum cœlorum, aut propterea

Nomina Barbara præstantiora quam aliarum nationum.

Barbarorum nomine intelliguntur Hebræi apud Græcos.

Hebræa nomina diuina.

h h 3

quòd

quòd rerum naturas explicatissimè & significantissimè referrent, propterq; alias causas. **A**

II.

*Mich. de Medina acriter notata & censurata dignus.*

**Q**uæ si vera sunt, & certè verissima sunt, non possum hic non vehementius obiurgare Michaelē de Medina, pariter & Theologos nostri temporis. Illum quidē, quia lib. 2. de Recta in Deum fide. c. 7. fol. 62. hunc in modum loquitur: Ego verò nullum maius mysterium in Hebraicis nominibus, quàm in alijs cuiuscunq; idiomatis reperio: nisi quòd quidam ingentia volumina de nomine Iehouah tetragrammaton ediderunt, quæ, an potius sint Rabbinica inuenta, quàm Theologici laboris fructus, non modò diffinio. Satis tamen scio, eam nominum Hebraicorum scrupulosam tractationem ad germanum sensum scripturæ non facere. Et quidem ita ille, Quæ verba (parcat vir alioqui pius) ingenti temeritate non vacat: nam labefactare communem Doctorum sensum videntur, qui non tantum in verbis, sed in literis linguæ sancte, arcanas, easq; verissimas significationes obseruant. Rursus dico, non posse meo iudicio verè dici Theologum, qui in Hebraicis literis non fuerit mediocriter institutus.

*Contra Theologos qui Hebraicè nesciunt.*

*Quòd scripturæ rectè intelligi nequit sine linguarum peritia.*

At dices, Concilium Tridentinum, translationem vulgata recipit, approbat: Huic ergo fidæ translationi nihil opus est alterius linguæ quàm Latine cognitio. Respòdeo, neutiquàm me in dubiū vertere, an sacra scriptura rectè sit reddita Latine, sed an possit intelligi sine aliarum linguarum cognitione. Et quòd non satis possit affirmo: quia quæcunq; ex alia lingua trāsata sunt, tamen si melius verti nequeant, tamen radicitijs non intelliguntur, nisi ad primam linguam recurramus. Exempli causa, rectè translatum est in Psal. 126. Filij merces fructus ventris. Sed vox filij & vox fructus, qui scri potest an sit gignendi, vel nominandi casus, nisi ex Græco id, aut Hebraico fonte quis

hau-

*Psal. 126.*

**A** hauriat? Fuit qui in illo versu Psal. 16. Custodi me Domine, vt pupillam oculi, putaret vocem, oculi, esse nomina tiui casus, vt esset sensus, Tu Domine, custodi me vt oculi pupillam custodiunt. Sed deceptus insigniter est propter ignorantia linguæ Hebraicæ. Quo circa, quibus non contingit Hebraicè scire, vt mihi fere nondum contingit, quanuis quātocyus, vt spero, contingeret, hoc vnū superest perfugiū, vt fidos ac literales interpretes sibi deligant, quibus Theseis sacram possint adire scripturā. Hoc ego me fecisse in hoc libello ingenuè fateri non dedignabor.

*Psal. 16.*

**E**rgo nomen sacratissimū Iesu Hebraicū est, nō Græcum, vt quidam putarunt credentes à verbo Græco, Iaso, futuro verbi, Iao, quod significat, sano. Quod putauit Moscopulus, quē refert & reijcit Ioānes Drusus, in Comment. ad voces Heb. c. 4. est itaq; nomē Hebraicū. Sūt autē qui existimēt, nomē hoc Iesu iā pridē alijs inditum fuisse in veteri testamēto: nā eo nuncupati sunt multi: nominatim filius Num, & filius Iosedech, & filius Syrach. Ita eredit Nicepho. lib. 1. Hist. Eccle. c. 4. Echius sermo. 4. de Circuncisione, Hiero. Laetus in Indice virorū, & mulierū, qui in scriptura cōtinentur, Ioan. Drusus supra. c. 4. Munsterus, vt in Iansenio in Cōcordia. c. 7. quibus & ipse Iansenius annuere viderur. Alij hos in litē vocāt, & debellare conantur, asfirmātes longè diuersum fuisse nomē Iesu, vt Christo tribuitur, & vt illis tributū est. Ita habet Petrus Galat. lib. 3. de arcanis. c. 20. Osian. lib. 1. Armonie Euang. Rheuclinus lib. 3. de verbo, mirifico. c. 14. Stephanus Salazarius in Genealogia Saluatoris, Georgius Vetus, & pleriq; alij. Discrimē autē in eo maximè cōstituūt, quòd nomē Iesu, vt significat Christū, significat salutem vel Saluatorem: at vt significat tres illos, significat eum qui saluatur. Vnde hoc nomē secundū quòd est Christi,

III.

*Nomen Iesu Hebraicū est non Græcū.*

*Nomen Iesu an inditū fuerit alicui in vet. test.*

non

Nomē Christi Iesuah, nō Iehosuah.

non habet literam He, vt satis patet ex titulo Crucis Christi, qui in hanc vsq; diem adseruatur Romæ, in Templo sanctæ Crucis in Hierusalem, in quo scribitur Iesuah, per quatuor has literas Iod, Sin, Vau, Ain. At nomen Iesu secundum quod illis tribuitur, præter illas literas habet He, itaq; non dicitur Iesuah, sed Iehosuah. Quæ obseruatio quantumuis alij reclamant, verissima est, & patet ex eo quod nomen illorum semper in veteri testamento scribitur cum He, nempe Iehosuah: at nomen Christi semper scribitur Iesuah: nisi quando per abbreviationem scribitur Iesu, detracta litera Ain. Sic veteres I S V semper ferè scripserunt pro I E S V A H, literam vltimã Ain per apocopen abijcientes. Huc spectant verba Helix Leuite, quem refert Drusus supra, Dici potest, quod litera Ain ardua sit ac difficilis pronunciatu gentibus, ideò in lingua sua non dicunt Iesuah, sed Iesu: propter quod Iudei etiam vocant eum Iesu, absq; Ain.

Obiectio. 1. quod. 70. uerunt. &c.

Quod si obijcias primò, quod in Græcis veteris testamenti libris, pro Iehosuah, quod est nomen Iosue & aliorum, semper vertitur Iesus, iisdem omninò Græcis literis, quibus nomen Christi scribitur Græcè ab Euangelistis, est ergo idem nomen Christi & aliorum. Respondeo nomina sapè, quæ apud Hebræos & literis & significatione sunt diuersissima, apud Græcos tamen & Latinos iisdem characteribus effingi. Quod vt exemplo nemini non obuiò comprobem, sanè in Genealogia Christi Lucæ. 3. statim à principio legimus, Eli, nomen aui Christi, & Matth. 27. legimus, Eli Eli. Et quamuis Græcè & Latine iisdem sint characteres, tamen apud Hebræos diuersissimæ dictiones sunt, quarum vna scribitur per Aleph, Lamed, Iod, & significat Deus meus: altera per Ain, Lamed, Iod, & significat sublimem. Ita in proposito. Quod

si rur-

A si rursus opponas, in lib. 1. Esdræ. c. 2. scribi nomen Iesu filij Iosedech sine He, quemadmodum & nomen Christi: non ergo nomen Christi est omnino diuersum à nomine illorum aliorum. Respondent quidam prauam eã esse Chalcographorum orthographiam. Quod inde probant, quia nomen eiusdem filij Iosedech, quod scriptum habetur apud Aggæum & Zachariam, habet illam litteram He: itaque est Iehosuah, non Iesuah. Habemus itaq; hæc tenens ex dictis, nomen Iesu à verbo Hebraico Iasah, quod significat saluare, deduci: & quidem hæc est communis sententia. Cabalistarum, qui communiter hoc Christi nomen abbreviant, scribentes & nunciantes, I S V, multa in hoc nomine mysteria reperiunt. Breuiter Fran. Gorg. Venet. Tom. 3. Proble. Sectio. 5. nume. 221. & Galatinus lib. 3. de Arcanis. c. 20. & Thomas Beauxamis, Armonie Euang. Tomo. 1. fol. 95. ex Rabbi Hecados, notabant, Gene. 49. vbi legimus, Donec veniat qui mittendus est, in Hebræo haberi, Iabo Siloh Veloh, quarum dictionum capita reddunt Iesu. Et Psalm. 71. Ante solem permanet nomen eius, & benedicentur in ipso: habetur, Ianin Sermo. Vaitbarecu, quarum dictionum capita si combinentur more sapientium Hebræorum, reddunt Iesu.

C Iam ad aliam Itationem in qua Andreas Osiander & Ioannes Reuclinus, & Ioannes Siliceus Archiepiscopus Toleranus vehementer laborant, deueniamus. Sanè existimant sacrosanctum nomen I E S V ipsissimū esse atque nomen ineffabile Dei, quod Hebraicè est Iehouah, interiecta littera Sin. Porro si perconteris, Quid in mentem Hebræis venerit, aut certè cur Sanctus Spiritus, qui nomen Christo imposuit, nomini ineffabili potius interponunt litteram Sin, quam aliquam aliam, ex toto Hebræico alphabeto, vt sic fieret nomen Christi? Respondent

Obiectio. 2.

Solutio.

Nomen Iesu à Iasah uerbo Hebraico

Cabalistarum mysteria.

Gene. 49.

Psal. 71.

III.

Nomen Iesu & nomen Dei Iehouah idem.

Cur interposita littera Sin, nomini Iehouah.

quidam, Sin, esse literam clementiæ, eò quòd formam **A** habet lampadis olearis, sic,  $\psi$ , at nomen quod Christo imponendum erat, desumi ab oleo debuit, iuxta illud Cantic. 1. Oleum effusum nomen tuum. Alij, vt Cheradamus, in Libello mystici alphabeti, dicit, ideò hanc literam. S. interiecta esse nomini Iehouah, potius quàm aliam; quia litera illa mysterium denotat Trinitatis, eo quod vt Hebraicè figuratur tres veluti ramos ab eodem principio prouenientes, & in idem punctum coeuntes habet: quibus significatur Trinitas. Non erat autem absre, vt nomen Christi proprium Trinitatem vnde quaque præferret: nam literæ nominis, Iehouah, vt infra videbimus, Trinitatem innuit, & interiecta illa, Sin, eandem exprimit. Tertia causa redditur à Burgen. sup. Exod. c. 3. quam inferius referam. Nullus porro hæc veluti somnia reiiciat: cum certum sit in ipsis Hebraicarum literarum figuris & characteribus innumera latere mysteria. Sanè quod adinuenit Ludouicus Legionen. in nomine, Dabar, irrideri iure nequit. in libr. de Nomi. Christi: nec & hoc (alterum vt ego exemplum promam.) non potest non sapientibus arridere. Litera, Lamed,  $\lambda$ , sola est inter elementa Hebraica, quæ supernè prominet: cæteræ nanque literæ in superiori parte prorsus æquales sunt. Quid hoc habeat mysterij, docti intelligent, si animum appulerint vt obseruent, nomen quod Hebraicè significat Regem, tribus literis scribi, nempe, Mem, Lamed, Caph, & proferretur, Melech. Media itaque litera est, Lamed. Sed & ex viginti duabus literis, quibus Hebraicum Alphabetum constat, media fermè est Lamed. Lamed porro significat doctrinam, vt ex Hierony. patet. Quia itaque vnus & solus Rex esse debet, qui cæteris imperet,

1. Causa.  
Cauti.

2. Causa.  
Sin litera  
Hebraea ty=  
pus Trinitatis.

In figuris literarum Hebraicarum pluraliter mi seria.

Lamed ty=  
pus Regis.

B.

C.

**A** ter, cuique omnes æquè pareant: isque medius esse debet vt omnibus iustitiam administret; isque sapiens, vt docere reliquos valeat, & in scopum salutis omnes dirigere: ideò sola est vna litera, Lamed, quæ est alphabeti media, & media nominis Regis, & quæ significat doctrinam, quæ præ cæteris eminet & caput effert, cæteris literis equalem submissionem præferentibus.

**A**d rem, vt quid veri habeat etymon hoc, quo nomē Iesu à nomine, Iehouah, deduci credunt, examine- mus: videre oportet, quid nam sit id quod vulgò docti & indocti iactitant de nomine illo ineffabili quadrilatero, **B** Iehouah. Quæ quia pro quotidianis studijs necessaria sunt viro Theologo, non grauabor ex tam multis quæ hac in parte dici possent, quædam paucis perstringere, & in compendium redigere, ab scopo licet proposito tantillum deuiem.

Nomen sanctum tetragramaton, seu quadrilaterum, ita dictum, quia quatuor literis constat, Iod, He, Vau, He, habetur sæpissimè in sacra scriptura. Veruntamè qui legunt aut loquuntur, quanuis scriptum reperiāt hoc nomen, & menti illis ac ori occurrat, nunquam illud proferunt, sed loco eius, proferunt, Adonai; Nituntur illo loco **C** Exod. 3. Hoc est nomen meum in æternum. Vbi non legunt, Leolam, id est, in æternum, sed lealam, id est, vt cæle- tur. Refert Galatin. lib. 2. c. 10. Est verò hoc nomen augustius & sanctius cæteris, propterea quòd ipsam Dei naturam significantius cæteris exprimat: ut paulo inferius videbimus; & ideò licet reliqua nomina Dei certis casibus interdum creaturis communicentur, hoc tamen nunquam communicatur. Refert Galatin. lib. 3. c. 9. R. Iohannes fuisse sententiam, quòd præter Deum, tres vocati sunt nomine sancto Iehouah, nempe Messias, Hierusalem, & iu-

V.  
Digressio  
de nomine tetragrammaton quod est Iehouah.

Hoc nomen Iudei nõ au-  
dent proferre.

Exod. 3.

si homines. Sed tamen perfidus iste vt Messiae diuinitatem derogat, eam arrogat etiam alijs. Quod nec apparet quidem ipse probat, vt videre in Galatino licet. Sed nos coeptum perfequamur.

*Solus sacerdos & raro id proferebat.*

Nulli inquam licebat illud nomen pronunciare, nisi certis temporibus summo sacerdoti, cum magnis sollempnijs ac caeremonijs, quod tractat Burgens. super Exod. cap. 3. Quod si irreuerenter ac minus articulatè pronunciaret, timebatur vniuersae machinae mundialis subuersio secundum Isaacum Leuitam, in Prooemio Grammaticalis institutionis & R. Moysen, vt in Galatino lib. 2. c. 10.

*Rabbini dicunt, Christus, & Moysen, & Salomonem inuenisse hoc nomen & illud rectè protulisse. Psalm. 17.*

Refert Sylu. in Rosa aur. Trac. 3. q. 55. Iacobus de Val. super Psalm. 117. Porcherus latissimè. 1. p. Victoriae. ca. 11. Galatin. lib. 8. c. 5. ex Rabbinijs, Christum Redemptorem nostrum, inuenisse hoc nomē, id est, lapide in quo sculptum erat illud nomen: ex quo didicit articulatissimam & distinctissimam eius pronūciationē, & huius rectè pronūciationis virtute omne miraculum faciebat. Et ideò dici à Dauide in Psalmo. 17. venisse in nomine Domini. Dicunt Rabbini non solum Christum, sed & Moysen, & Salomonem reperisse hoc nomen in illo lapide: atq; ideò tanti virtute nominis, alterum magna fecisse portenta, alterum exactè rerum omnium percalluisse naturas. Vnde, referente Caiet. in Exod. c. 6. & Genes. c. 4. Burgens. super Exod. 3. Lypom. & c. Hebraeorum communis vox erat, inuocatione huius nominis nullum miraculum non fieri. Quod merito irident omnes Catholici: Prae caeteris Author replicarū contra Burg. Exod. c. 3. §. In septi. q.

*Mysterium Trinitatis significatur hoc nomine.*

Veruntamen inde nostri Doctores ad hoc vt canque credendum moueri possunt, quòd eò nomine significetur duo praecipua fidei nostrae mysteria, Trinitatis, & incarnationis. Nam cum hoc nomen quatuor habeat litte

ras,

**A** ras, Iod, He, Vau, He, prima, quae est, Iod, & est adiectiua, & nominis proprii constitutiua, significat principium per quod significatur prima persona Trinitatis, id est, Pater, Aliae tres sunt radicales verbi, Haiah. In lingua enim sancta omnis dictio ex sua natura trium est literarum. Ergo nominis tetragrammaton secunda litera, quae est, He, significat esse seu viuere, vt notat Galat. lib. 2. c. 10. & c. 11. quia est prima litera verbi, Haiah: quae proinde significat Filium, eò quòd filius Dei est, in quo omnia vita erāt, & in quo constant, vt habetur Ioan. 1. & Colof. 1. Tertia quae est, Vau, est apud Hebraeos coniunctio, qua significatur

*Omnis dictio Hebraea, tribus literis.*

**B** tertia persona, id est, Spiritus sanctus, qui nexus est aliarum duarum personarum. Quartavero quae est eadē He, significat iterum filium. Idq; duas ob causas. 1. quia cum filius sit solus, qui inter personas diuinas duplicem habet respectum, nempe producentis & producti, Pater verò tantum se habet vt producens, & Spiritus tantum vt productus: ideò sola litera He, quae significat filium, debuit in diuino nomine replicari. Et quidem ita Galatin. lib. 2. c. 10. & c. 11. Aut. 2. dico cum Iansen. in Concord. & c. quòd quia duae sunt in filio essentiae, diuina & humana, & ab vtraq; habent creaturae vitam & esse, ideò vtrunq; in sancto illo nomine significari debuit. Hancq; secundam literam, He, qua incarnatio verbi exprimitur, communicauit Deus Abraham, & Sarah, vt significaret, verbum aliquando comunicatum iri hominibus. Vnde illo loco Genes. 17. apparuit Deus sub hoc nomine vnāq; huius nominis literam, He, illis impertitus est. Gestabat hoc nomen Sa

*Ioan. 1. Colof. 1.*

**C** cerdos in capite, in lamina aurea diademati super frontē praefixa. Cuius tantum honorem Hebraei deferebant, vt quoties notabilis eius pars in aliam dictionem incideret, nisi mysterium subesset, ferè semper literam aliquā,

*Genes. 17.*

*Hebraei in suis nominibus non habent literas neminis Iehouah.*



ne nomen Dei loco non necessario appareret, subtrahe-  
re consueuerunt. Hinc aliquoties Iotaphat, pro Iehosa-  
phat, Iuda pro Iehuda, Iosue pro Iehosua (referentibus  
Osiandro, & Galatino) legebant, subtrahentes literam  
He. Et si quis etiam hodie in suo nomine proprio tres aut  
quatuor huius nominis sancti literas possideat, ne temerè  
à quoquam nominetur, in quotidianis colloquijs alio no-  
mine eum vocant, ne nomen Dei profanis auribus inge-  
stum vilescat.

VI.  
An proferri  
possit. & ex  
primi nomē  
ineffabile.

Isai. n.

Si nomen pri-  
mi Dei apud  
Gentiles pro-  
ferretur &  
terra treme-  
bat. &c.

I AM quem sonum reddant illæ quatuor literæ, Iod,  
He, Vau, He, merito sapientes dubitant. Sanè figura &  
potestas harum literarum hæc est I H V H. Verumta-  
men in vnum coactæ quam sonum reddant, quidve sig-  
nificant, dicunt Hebræi neminem hominum scire, & idè  
appellatur nomen ineffabile & insyllabicabile: eò quòd  
literæ quibus constat insonæ sunt, & nullam per se ipsæ  
articulatam vocem possunt exprimere. Tamen censent,  
Christum Dominum, cum veniret, declaraturum essere  
ctam pronunciationem huius nominis, quia tunc, vt ha-  
bet Isai. replebitur terra scientia Domini. Ita refert Galat.  
lib. 2. c. 1. Hoc irident alij, eò quòd cum certis vocalibus  
exprimi potest, vt notat Galatin. supra, lib. 2. c. 10. imò à  
Pharaone impurissimo homine expressum est. Quod no-  
tant Lypom. in Catena, Exod. c. 3. & 6. & Syxtus Sen. lib.  
2. Biblioth. Dicunt ergo dici hoc nomen ineffabile, pro-  
pterea quòd significet ipsam Dei essentiam, quæ omnino  
inexplicabilis & ineffabilis est. Ideò inter Hebræos non  
licebat hoc nomen effari, sicut apud Gentiles. Demogor-  
gonis primi filij Dei nomen non licebat ore profere. & si  
nominabatur, terra tremebat, quanuis omninò proferri  
hæc nomina possint. Apollo etiam Delphicus, & Mercu-  
rius Trimegillus, Dei nomen nec verbo capiendum, &  
Deum

A Deum esse innominabilem, in suis oraculis monuere. Re-  
fert Galat. supra in fine cap.

Verum postquam habemus hoc nomen effabile, &  
pronunciabile esse, videamus quo sono proferri debeat:  
& quid significet. Cõmuniter Hebræi huic nomini qua-  
drilitero has apponunt vocales, Seua, Holem, Camez: &  
sic proferunt, Iehouah: Et vulgò iam hoc sono proferitur  
hoc nomen. Quamuis hoc non placeat Genebrardo lib.

1. Chronog. qui putat nec Iehouah, esse rectam diuini no-  
minis pronunciationem. Vnde Theodoretus. q. 15. in Exod.  
dicit, apud Samaritanos hoc nomen Dei proferri, Iauè,  
apud Iudæos, Iah. Hiero. super Psal. 8. dicit Iahò proferen-  
dum esse illud nomen. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stro-  
matium, dicit, Iehouah. Et ita cõmuniter omnes. Iah ve-  
rò nomen Dei etiam est, ex Hieronymo ad Marcellam,

B à quo dicunt deriuari Iehouah, & vtrumq; deduci à ver-  
bo Haia, quod significat esse, seu facere esse. Quamuis do-  
ctiores existiment, Iah esse abbreviationem nominis Ie-  
houah. Ita Forerius super Isa. 12. versu. 2. & super c. 26. vbi  
& dicit Iah, esse nomē Filij Dei, qui est abbreviatio patris  
vnde Verbum incarnatum, abbreviatio dicitur apud Isa-  
iam, præsertim iuxta versionem septuaginta: & tangitur  
à Paulo ad Colof. 1. Sūt qui à nomine Iehouah, putet irre-  
psisse Gentilibus suū Ioua, seu Ioué. Ita Eug. de Per. Phi.  
C Genes. lib. 1. de Tri. & in prol. Psal. & lib. 1. Chronog. Ga-  
lat. lib. 2. c. 10. idè refert. & Burg. sup. Exo. 3. circa primū.

C Est sententia communis, hoc nomē significare ipsum  
esse, seu essentiam: quinimo eum qui res omnes facit esse.  
Ita Lipomanus in Catena, Exodi c. 3. & 6. & Syxtus. lib.  
2. verbo, Inscriptio. Nam deducitur à radice Haiah, quæ  
significat Fuit, & esse fecit: quamuis magnus Hebræorum  
doctor R. Moyses, vt in Galat. lib. 2. cap. 10. dicit, neciri  
deriua-

Quod nomē  
illud pronun-  
ciari potest  
punctis posi-  
tis, Iehouah.

Iah, est abbre-  
uiatio nomi-  
nis Iehouah.

Filius Dei  
abbreviatio  
Patris.

Isai. 10.  
Colof. 1.

Significatio  
nominis Ie-  
houah, est esse  
& facere es-  
se.

Exod. 6.

derivationem huius nominis. De hoc nomine intelligitur illud Exod. 6. Nomen meum, Iehouah, non reuelavi eis. Id est, nondum me reuelavi faciendo esse eas res, quas promisi: quod nunc faciam: nam perducam Israel in terram promissam Chanaan. Verbum autem unde creditur hoc nomen deduci, habetur Exod. 3. Ehie, fui, sum, & ero. Seu, Affer Ehie, qui fui, sum, & ero. Quod dicit & diligenter tractat Galatin. c. 14. lib. 2. Lypom. supra, quo significatur summa ac sempiterna Dei stabilitas, qui semper fuit est, & erit. Refert Eusebius lib. 11. de Præparatione Evangelica, veteres Aegyptios multam huius habuisse notitiam: nam Deum his verbis in templis suis describebant: Ego sum quod fuit, quod est, quodq; futurum est: velum meum nemo unquam reuelavit. Quod satis consonat huic loco Exod. 6. nomen meum Iehouah, non reuelavi eis. Ergo Iehouah dicitur, qui est, & facit esse, seu essentia & qui essentiat, si sic dicere fas est. De quo late Burgen. Galati. & Lypomanus supra.

Exod. 6.

Refert idem Burgen. hoc nomen significare quidem ad placitum & ex institutione. Cæterum non ex institutione hominum, sed Dei. Cum enim homines nominare Deum perfecte non possint, sicut nec cognoscere, necessarium fuit ut nomen, quod expressius Deum significare deberet, ab ipso met imponeretur. Huc spectat quod Rabbi Moyses, in lib. de Directione perplexorum, quem refert Lyras. super Exodum. c. 6. & Galat. lib. 2. c. 10. dicit, quædam Deum habere nomina, quæ dicuntur per respectum ad creaturas, ut Dominus, creator: alia, quæ dicuntur per modum qualitatis circa diuinam essentiam, ut sapiens, bonus, &c. sed nomen Dei tetragrammaton significat diuinam essentiam puram & nudam, pro ut in se existit, circumscripto omni alio: & idem est nomen incommunica-

Iehouah an sit  
nomen ad placitum, an ex  
institutione  
significans.

Refert idem Burgen. hoc nomen significare quidem ad placitum & ex institutione. Cæterum non ex institutione hominum, sed Dei. Cum enim homines nominare Deum perfecte non possint, sicut nec cognoscere, necessarium fuit ut nomen, quod expressius Deum significare deberet, ab ipso met imponeretur. Huc spectat quod Rabbi Moyses, in lib. de Directione perplexorum, quem refert Lyras. super Exodum. c. 6. & Galat. lib. 2. c. 10. dicit, quædam Deum habere nomina, quæ dicuntur per respectum ad creaturas, ut Dominus, creator: alia, quæ dicuntur per modum qualitatis circa diuinam essentiam, ut sapiens, bonus, &c. sed nomen Dei tetragrammaton significat diuinam essentiam puram & nudam, pro ut in se existit, circumscripto omni alio: & idem est nomen incommunica-

nicabile. Referunt vero Porchetus. 2. p. Victoriz. c. 2. & Galatin. ex R. Eliezer, cum adhuc mundus non esset creatus, erat Deus sanctus & benedictus, & nomen eius tantum. Ab hoc nomine mundus & creatura esse coeperunt. Ideo nomen hoc ipsum esse, & ipsum principium omnis esse significat. Addunt Lyras. Lypo. & Syx. ex eo quod hoc nomen significat veritatem diuinæ essentiae, ad veritatem autem pertinet impletio dicti sui vel promissi, ideo dicitur, Exodi. 6. nomen meum Iehouah non reuelavi eis, id est, non impleui promissum meum, temporibus eorum perducens eos in terram promissam, faciens esse quod promisi.

Adhuc plura delitescunt sub hoc nomine. Habet hoc nomen femininam terminationem apud Hebræos: quia finitur in He, precedente Camez, cum accetu in ultima. Hinc significat non solum eum qui est, verum & ipsam essentiam in abstracto: abstracta autem maiorem emphasim habent, quam concreta: quod etiam dicit Hiero. super Iob. 24. & Origenes, homil. 1. in Cantica, & Aug. Tracta. 39. in Ioan. Rursus si orthographiam spectemus Latinam, constat nomen Iehouah quinque vocalibus tantum, nam aspirationum non est habenda ratio. Ergo quinque tantum habet vocales, I, E, O, V, A, nullam habet consonantem.

Vnde aliqui mysterium colligunt, putant, deitatem, quæ hoc nomine significatur, nullam admittit compositionem, sed esse rem simplicissimam & purissimam: sicut & vocales purissimam habent prolationem I, E, O, V, A, nam sine adminiculo consonantium proferuntur, consonantes vero proferri non possunt, nisi adiunctis vocalibus. Ita Burgen. notabat supra. q. 6.

Ita M<sup>c</sup> qui dicunt, nomen Iesu deduci à nomine hoc quadrilatero, censent, nomen hoc Iehouah, quod sine

kk

pun-

A nomine Iehouah omnia habere esse.

Exod. 6.

Iehouah. feminini generis, ipsa essentia.

Iehouah solum quinque vocalibus constat.

VII.

Quo pacto nomen Ieho-

*Ubi ueniat in nomen Iesu.* punctis seu vocalibus sic scribitur, I H V H, si in medio recipiat literam Sin, conuertitur in nomen, I H S V H, seu Iesuah. Proinde vnum & idem esse nomen Dei, & Christi habereq; nomen Christi quatuor literas nominis tetragrammaton, quæ sunt ille, I, H, V, H, quæ Hebraicè dicuntur, Iod, He, Vau, He, quibus cõficitur nomen Iehouah. Quod quàm liber fuisset olim impronunciabile, & in syllabicabile, ac simplicissimum, assumpta tamen litera, S, factum est pronunciabile & compositum: eo quòd Verbum diuinum ineffabile alioqui & simplicissimum, assumpta humanitate compositum & conuersabile produit ex vtero Virginis. Sanè vt Osiander dicebat, & dicit Porchetus. 1. p. Victoriæ. c. 11. nomen Iehouah aliquando tandem effabile & pronunciabile futurum, suspicabantur Iudæi: & quòd Messias erat pronunciaturus illud in vulgus, iuxta illud Psal. 21. Narrabo nomē tuum fratribus meis. Hac ratione dicebat Georgius Venetus, in Proble. tom. 3. sect. 5. nu. 221. nomen tetragrammum venisse in Iesum, quia cessasse videtur, non virtute, sed inuocatione: cum non amplius iam inuocetur nomen Dei tetragrammum, sed nomen Iesu.

*Cur nomen Iesu scribitur sine HH.*

Quod verò vulgò Hebræi scribunt & proferunt nomē Iesu, sine illis literis, HH, nam non scribunt, I H S V H, sed I S V, censent hoc per abbreviationē fieri: nam litera He demi potest facillè, eò quòd in pronũciatione adeò lenitè spirat, vt cum omittitur non desideretur, cum exprimitur non sentiat, nisi à purgatissimis auribus. Et hinc colligunt nomen Christi non esse Iesuah, cum Ain in fine, nam litera Ain cum rigidissimæ sit pronũciationis, non ita facillè tolli potest. Cum itaq; abbreviantes scribunt, I S V, dicunt non à Iesuah, sed è Ihsuh abbreviatōnem fieri: ac proinde nomen Christi non esse Iesuah, sed Ihsuh

A Ihsuh à nomine I H V H, vel Iehouah.

**E**T quidem pluribus medijs effici probabilissimū potest, quòd nomen Christi sit ipsum Iehouah, interiecta litera Sin. Primò ex illo, Isai. 7. Ecce Virgo concipiet, &c. & vocabitur nomen eius Emmanuel, seu (vt habet Hebraica veritas quod obseruauit Galat. lib. 3. c. 18. & Vatab. ibi, & Forerius & alij) vocabitur ipsa nomen eius Emmanuel, non enim Patrem in terris, qui ei nomen imponeret (vt moris erat Hebræis, vt patres nomina filijs inderet) habiturus erat Messias: sed tantum matrem: & ideò habet, vocabitur ipsa nomen eius Emmanuel. Quod certè mysteriū est longè diuinissimum. Nomen itaq; Messia: futurum erat Emmanuel, id est, Nobiscum Deus. At certè vt hoc vaticinium cõpleatur, non sat fuerit vt Iesuah appellaretur, appellatur ergo I H S V H. Secundo ceu rem nouam & admiratione dignam dixit Isai. c. 52. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Quod Georgius Venetus, supra nu. 220. his verbis explicabat. Quomodò vocatus Christus fuit nomine nouo? Quia vocatus est nomine continente virtutem magni nominis, in quo fiebant remissiones. Tertiò, ex Paulo Philipp. 2. Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, &c. vbi augustius aliquid insinuat quàm significetur per Iesuah. Certè nomen, quod est super omne nomen, nullum est aliud, nisi Iehouah, quòd assumptione vnus literæ factum est effabile, & videtur Paul. alluisse ad illud, Viuit Iehouah, quia flectetur omne genu mihi, id est, nominis Iesu, vel Iehouah, quod idem est. Quartò, ex Hieremiæ. 22. Suscitabo Dauidi germen iustum, & hoc est nomen quod vocabunt eum, Iehouah iustus noster. Quem locum à calumnijs sophisticissimorum Rabbiorum vindicant Iacobus de Valè.

VIII.  
Rationes fundamenta huius etym. quod Iesu sit Icho-uah. Isai. 7.

2. Ratio. Isai. 52.

Christi nomen nouum.

3. Ratio. Philipp. 2.

4. Ratio. Hier. 22.

Adrian. Finus, Porch. sed præsertim Galat. lib. 3. c. 8. 10. & 11. vbi nomen tetragramaton secundū se totū conuenire Messia luculentissimè ostendit, & Porch. 2. p. Victor. c. 1. Necessum ergo est, vt hoc nomen habuerit, factum effabile per literam, Sin. Quintò, ex Lucæ. 1. Vocabis nomen eius, Iesu. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & regnabit in domo Iacob in æternum. Sanè si filius altissimi vocabitur, ergo Iehouah: si regnabit in æternum, ergo Iehouah: iuxta illud Psal. 21. Quoniam Iehouah est regnum: & illud præclarissimum Isai. 33. Iehouah iudex noster, Iehouah præceptor noster, Iehouah Rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Planè Lucæ. 1. ad hæc loca alu sit Angelus, vbi dicitur Messias futurus Rex, Præceptor, Saluator, &c. Sextò ad Iosephum dixit Angelus, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populū suum. Relatiuum, suum, emphasin habet: nam populus saluandus nullius alterius Domini populus vnquam dictus est, quàm ipsius Iehouah. Cum autem Angelus ibi rationem reddiderit nominis Iesu, apparet quòd nomen Dei intellexerit, cuius solius & non alterius est in signe, quòd saluet populum à peccatis suis. Septimo ex illo Apocalyp. c. 19. Et vocabatur nomen eius, Fidelis, & Verax, id est, qui perstat in sententia, & promissa complet veraciter. Iam autem ex Galati. Burgen. Lyrano, Lypomano, Rabbi Moyse, Syxto, & alijs, vidimus, hanc esse significationem nominis Iehouah, scilicèt, qui est & facit esse & feruat promissa, &c. Ac proinde nomen hoc est quo Christus insignitus est, Iehouah, nisi quòd assumptione literæ Sin, factum est effabile. Octauò, ex eo quòd Messias semper creditus est apud Hebræos, allaturus esse hoc nomē, & illud propalaturus vulgo: iuxta illud, Narrabo nomen tuū, &c. quod cōmodius aliter defendi nō potest, quàm dicen-

5. Ratio.  
Luc. 1.

Psal. 21.  
Isai. 33.

6. Ratio.  
Matt. 1.

7. Ratio.  
Apoc. 19.

Fidelis, Verax, Iesus, Iehouah idē.

8. Ratio.  
Messias erat propalaturus nomē Iehouah.  
Psal. 21.

A dicendo prædicto Dei nomine nuncupandum fore Messiam. Vnde & illud Prouer. 30. Quod est nomen eius, & nomen filij eius, si nosti? in sinuat, nomen Christi innotū fore, ac proinde esse ineffabile illud Iehouah: alij enim ab illo nota & peruia omnibus sunt. Nonò, Messiam esse ipsummet nomen tetragramaton, habent multi, Iacobus de Valentia Prologi in Psalterium, Trac. 3. c. 1. & super Psalm. 8. & 143, Burgen. Exod. 3. Iansenius, in Concordia. c. 4. Galatin. latissimè lib. 3. c. 8. & 10. & 11. Vnde Glossa in illud, Isai. 30. Ecce Nomen Domini venit de lō guinquo, per nomen Domini intelligit Filium, qui est nomen Patris. Cuius ratio est, quia iuxta D. Thomam, in 1. sent. d. 22. q. 1. art. 1. Deus, qui seipsum comprehendit, ipse solus seipsum nominat perfectè, Verbum coæquale sibi generando. Conuenientissimum ergo fuit, vt nomenclatura qua Christus fulgere debebat, esset, Iehouah, factum effabile, assumptione literæ. S. id est, Sin. Quod si scire percipias, cur litera assumpta fuit magis. S. quam alia? Præter duas alias causas superius adductas, aliam attulit Burgen. Exod. 3. in Addit. q. 12. quòd in nomine Iesus, quod etiam habet quatuor literas, prima & tertia, quæ sunt I, & V, sunt etiam prima & tertia nominis ineffabilis: secunda verò & quarta nominis Iesus, scilicèt, S S, positæ sunt loco, H H, quæ sunt secunda & quarta nominis ineffabilis. Causa verò ob quam facta fuit hæc transmutatio. H H, in S S, adducitur à Burgen. quia nec aspirationes illæ, nec literæ gutturales Hebræorum profertur apud Latinos. Et ideò supposito quòd loco illarū aspirationum debuerūt substitui aliqua literæ apud Latinos, conueniens fuit, vt quoniam illæ aspirationes. cum alijs duabus literis, Iod & Vau, significant esse seu essentiam, apud Hebræos ita apud Latinos substituerentur lo-

Prou. 30.

9. Ratio.  
Messias est ipsummet nomen Iehouah.

Isai. 30.

Not.

Cur litera S, præ alijs interiecta est nomini Iehouah.

eo illarum aspirationum, H, H, duæ aliæ literæ, nempe, **A** S S, quæ quoniam sunt literæ mediæ verbi, essendi & essentia, exprimere videretur eandem significationem, essendi, & sic in eandem sententiam recidat. Addit Burge. additam etiam fuisse nomini Iesu, literam, Ain, quæ quoniam est maximè gutturalis non profertur à Latinis: cū qua litera nomen Iesu significat saluationem. Quibus verbis conciliare nititur Burgen. disidium Doctorum, quorum quidam deducunt nomē Iesu à verbo Iasah, cū Ain, quod significat saluare & alij à nomine Iehouah, à radice Haiah, quæ significat esse, seu facere. esse: Et sic iuxta Burg. vtrinq; deriuari potuit nomen Iesus, scilicet à Iehouah; & à Iasah.

*Quod simul à Iasah per Ain, quod est saluare, & à Iehouah, deducatur Iesus.*

**I X.** **V**eruntamen hæc omnia quantumuis firmiter constituta sint, vtrum verà sint, nec satis scio, nec si sciam, auctori dicere. Liberum proinde relinquo lectoribus, vt adductas à me rationes aduersum expendant & an efficiant quod intendunt, iudicent. Cerrè neque Galatinus ipse. li. 3. c. 20. qui alioqui nihil diuinum non Christo tribuit, hoc sibi persuadere potuit. Sed & qui id mordicè & sibi & alijs persuadere nixi sunt, Ioannes Rheuchinus lib. 3. de verbo mirificò, Andreas Osiander lib. 1. Annot. in Armoniam Euang. Fran. Georg. Venetus, Tomo. 3. Problematum, nunc per nouissimum Inquisitorum, librorum prohibitorum Elenchum, prohibiti sunt. Non quidem quòd id afferent. Cum periculum nullum subit in talis rei asseratione. Nam id adhuc tenent & docent Iacobus de Valent. Prologi in Psalt. trac. 3. c. 1. Burgenf. super Exod. 3. Siliceus Toletanus Antrites, in libello de nomine Iesu, Et alibi etiam Valentinus ille, super Psal. 117. in fine

Igitur ego commemorabo breuissimè quatuor rationes,

**A** nes, quibus alij nixi irident doctrinam à nobis adductam. *Quod nomen Iesu nullo modo sit Iehouah, sed Iesuah. Matth. 1. Titulus crucis Christi habet Iesuah.*  
**P**rima est quia ipsemet Angelus Matth. 1. etymon nominis Iesus nobis explicauit, dicens: Vocabis nomen eius Iesu, ipse enim saluum faciet &c. Ex quo euidenter colligi videtur, dici Iesum à verbo saluandi, Iasah, cum Ain, quæ literam nomen Iehouah, omninò non recipit. Secundò probari hoc potest, ex eo quòd ab initio Ecclesiæ omnes semper intellexerunt, nomen Iesu dici à salute: & sic scribi per Ain: ac proinde longe diuersum esse à nomine Iehouah. Tertio, ex titulo crucis Christi, què Pagninus, in lib. de interpretatione nominum Hebraicorum, vidisse se dicit, in quo nomen Christi scribitur Iesuah cum Ain, & sic aliud est à nomine Iehouah. Tamen qui fidem Burgenfi inter Hebræos doctissimo & inter Christianos piensissimo adhibere voluerit, hanc litem sublatam esse credet, si simul à nomine Iehouah, & à nomine Iesuah, deductum nomen Iesu credere voluerit. Hæc me omnia ex eruditissimis scriptoribus compilasse & explicasse cōtentus, supersedeo, optionem lectoribus faciens vt quam maluerint deriuationem nominis Iesu probent, dum in eius gloriam cuncta cedant. Et quidem id ego quantum potui in toto hoc, quidquid libelli est, vehemèter curavi: præsertim in prima Quæstione Scholastica, quæ prima omnium fuit, & in hac decima Positiua, quæ omnium vltima est, vt verè dicere Virgilianum illud, pauculis superadditis, possim:

*A te principium, tibi desinit: accipe, votis  
 Captatus studia, atque hunc Iesu Christe libellum,  
 Te duce, ad optatum per tot discrimina portum,  
 Perductum, fac promeritas tibi dicere laudes.*

*Tu nobis Elice, nobis Cynosura fuisti  
 Dum fragilem immenso cymba commisimus alto,  
 Tu tibi fac labor hic (nam grates pendere dignas  
 Non opis est nostrae) in multum vertatur honorem.*

Quaestionum Quodlibeticarum  
 optatus finis.

SALMANTICAE,

Apud Michaelem Serranum de Vargas.

M. D. LXXXVIII.

A F R A T R I S

A L P H O N S I

MENDOZAE, AD LICENTIAURÆ IN SACRA THEOLOGIA LAUREAM,

B R E L E C T I O D E V N I V E R S A L I C H R I S T I D O M I N I O A C R E G N O, Q U O D R E R U M H A B E T & Q U Æ D E U S, & Q U Æ H O M O E S T.

H A B I T A I N C L A R I S S I M O T H E O L O G O R U M G Y M N A S I O. 19. D E C E M B R I S D I E, A N N O. 1 5 8 6.

*Thema relectionis, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Psalm. 71.*



N H O D I E R N A E d i s p u t a t i o n i s e x o r d i o v e s t r a, g r a u i s s i m i a u d i t o r e s, b e n e u o l e n t i a m & a t t e n t i o n e m c o n c i l i a r e n o n e r i t o p e r o s u m : n a m v e s t r u m o m n i u m i d e s t i n g e n i u m, v t d i c e n t i d e r e b u s s e r i j s a u r e s a d m o u e a t i s a t t e t a s. I d e g o a n t e p a u c o s d i e s c o m p e n d i o e x p e r t u s s u m, n a m m e d i e v n a i n q u a e s t i o n i b u s

A a quod

quodlibetis proponendis multas moras trahentem, & A  
 insuauiter dicentem auscultastis beneuoli & attenti, quo  
 niam materiarum grauitas id exoptulare videbatur. Ad  
 est nunc grauissima disceptatio, quæ & plurimum habet  
 iocunditatis admistum, uidelicet, ut sperem, qua me at-  
 tentione transactis diebus dicentem prosequeremini, ea-  
 dem nunc prosequuturos: nec fallit animus.

I.

*Psal. 71.  
 Deus iudi-  
 ciam tuam re-  
 gi da. excuti-  
 tur.*

**I**am primum omnium satis constat, totum illum Psal.  
 71. de Christo Domino cantatum fuisse literaliter à Dau-  
 de, Verum veluti dicendorum antecursor præmittendus mi-  
 hi est duplicis quæstionis tractatus perquam necessarius.  
 Prima quæstio ea erit, an solum de Christo, an verò etiã B  
 de Salomone intelligendus veniat Psal. ille, secundum  
 sensum litteralem. Cuius controuersie statum omnes ut  
 peruideant, reuocare in memoriã debet, vnum & eundem  
 scripturæ locum duplicem, imò & multiplicem admittere sen-  
 sum litteralem: quam doctrinam primus in scholas inue-  
 nit D. P. N. Aug. lib. 3. de Doctrina Christiana. c. 27. & li.  
 12. Confessionum. c. 20. vsq; ad. c. 36. & lib. 1. super Gen. ad  
 litteram. c. 19. & 20. quæ sequenti sunt ceteri Theologi, D.  
 Tho. Lyra. Abul. & c. vno excepto Adamo, in Prologo su-  
 per Isai. Iam ergo in dubium vocari iure potest, an præsens  
 noster versus Psal. 71. & similiter totus ipse Psalmus, du-  
 plicem habeat sensum litteralem, alterum quidem de Chri-  
 sto, atque alterum de Salomone. C

*Vnus locus  
 scripturæ  
 habet plures  
 sensus liti-  
 rales.*

*Rabbini  
 hunc psalm.  
 de Salomone  
 intelligunt.*

Rabbini totum Psalmum (ut ab hac se difficultate expe-  
 diant) de Salomone interpretantur: Hos sequuntur Docto-  
 res quidam iudaizantes, nomine tenens Christiani: de quo  
 Finis Adrianus, lib. 2. Flagelli, quod aduersus Iudæos cõ-  
 fecit. c. 12. Si verò quispiam eis obijciat, plurima in hoc  
 Psal. dici, quæ Salomoni adaptari nequaquam possunt,  
 ut puta quartus ille versus, permanebit cum Sole & an-  
 te

A te Lunam, & ille, Dominabitur à mari vsq; ad mare, &  
 à flumine vsque ad terminos orbis terrarum: item ille,  
 Coram illo procident Aethiopes, id est, habitantes soli-  
 tudines, quos Cabalistarum aereos spiritus esse diffinierunt:  
 & ille, Adorabunt eum omnes reges terræ: & demum il-  
 le, Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem per-  
 manet nomen eius: & benedicentur in ipso omnes tribus  
 terræ. Vim huius argumenti iudaizantes isti hac via conã  
 tur effugere, dicentes, hæc omnia tam illustria præconia non  
 dici à Dauide in illo Psalmo per modum assertionis & pro-  
 pheticæ, sed per modum optandi & bene precandi: ac proin-  
 B de non oportere ut in Salomone cõpleta sint, licet de il-  
 lo ad literam dicta fuerint & c. Vnde cõmuniter ex Hebræo  
 sic vertit, non per modum enunciantis & assertentis prophe-  
 ticæ, sed per modum imperantis & bene precantis, sic: Perma-  
 neat cum Sole & ante Lunam, Dominetur à mari vsq; ad ma-  
 re, & adorent eum omnes Reges terre. Quo etiã modo ver-  
 titur Vatab. & Capensis. Et quidem quod de Salomone fit  
 sermo in toto hoc Psalmo fit simillimum veri, ex titulo  
 eiusdem Psalms, qui sic habet, Psalmus in Salomonem.

**V**nicatamen in Relectionis exordio à me astruitur  
 propositio, quæ in hunc habet modum: Psalmus ille  
 C de solo Christo tam secundum literam quam secundum spi-  
 ritum, & nullo modo de Salomone conscriptus est à Dau-  
 de, & à nobis interpretandus. Hæc est Patrum concors sen-  
 tentia, quorum cum multa possent depromi testimonia,  
 ego pauca proferam, sed quæ luculenter nostram pro-  
 bent sententiam, quod, scilicet, de Christo solum Psalmus  
 ille intelligatur. D. Hiero. ad Rufinum, de Iudicio Salo-  
 monis, sic ait: Nulla dubitatio est, quod Psal. 71. qui  
 titulo Salomonis inscribitur, non Salomoni mortuo,  
 sed Christi conueniat maiestati. Et super Daniel. c. 11. in

*His Psalmus  
 titulo Salo-  
 monis inscri-  
 bitur.*

II.

*Quod de so-  
 lo Christo  
 sit totus ille  
 Psal. 71.*

*Patres refe-  
 runtur pro  
 hac parte.*

illa verba, Et stabat in loco eius despectus, sic ait: In Psalmo. 71. quæ dicuntur, Salomoni non valent conuenire: nec enim permanfit ille cum Sole & ante Lunam, nec dominatus est à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, neq; ante solem permanet nomen eius, nec benedictæ sunt in illo omnes tribus terræ. D. Aug. lib. 17. de Ciuit. c. 8. Psalmus inquit. 71. titulo Salomonis conscriptus est, in quo tam multa dicuntur, quæ omninò ei conuenire non possunt: Domino autem nostro Iesu Christo apertissima perspicuitate cõueniunt. Et de Vnitate Eccles. c. 8. De nullo alio, inquit, quàm de Rege sempiterno Domino Christo dici potest Psalmus B ille. Eusebius, lib. 7. demonstrationis euang. c. 3. demonstratione. 7. Verba, inquit, huius Psalmi non conueniunt nisi Christo: huius enim regale folium permanet cū Sole, hic ante Lunam & ante mundi constitutionem erat. Tertull. lib. 5. aduersus Martionem. c. 18. Cuius nomen æternum nisi Christi &c. Et demum Iustinus aduersus Tryphonem, & D. Ambro. in Apologia Dauid, & Sancti cõmuniter ita sentiunt. Sed ab his, quoniam certissima sunt, temperare me debeo, vr incertis examinandis tẽpus superfit.

III.  
Responde-  
tur Rabbi-  
nis.

Per uerba  
imperandi &  
optandi se-  
pe exprimi-  
tur prophete-  
tic.

**D**Vo nunc præfidia, quibus Iudæi peruersam suam in C  
telligentiã muniebant, diruẽda nobis sunt. Primò nihil impedio verti posse per verba imperandi & bene precandi Psalmum illum, sic, Dominetur à mari vsque ad mare, coram illo procedant &c. Viuat, & detur ei de auro Arabiæ: nam ex catholicis versionibus multæ sic habent: Nego tamen inde sequi, quòd non sit propheta & asseueratio eius rei, quæ futura erat: nam familiarissimũ est sacris scriptoribus, per verba imperandi & optandi exprimere prophetias, & annunciare quid futurũ sit. Quod nota-

A notabat Driedo, lib. 3. de Dogmatibus, Tractat. 3. c. 2. Syxtus Sen. lib. 8. Bibliothecæ, & Genebrard. super Psalm. 6. sic per verba imperandi, & optandi enunciat calamitas superuentura peccatori: Constitue, inquit, super eum peccatorem, & oratio eius fiat in peccato. Fiant filij eius orphani, &c. tantundem significatur, quantum si diceretur, Constitues, Fiet, &c. Et Psalm. 68. Deleantur de libro viuentium, idest, Delebuntur. Et Isai. 6. Excæca cor populi huius, idest, excæcabitur. Et Lucæ. 23. Quod facis, fac citius, idest, facies. Hæc sanè omnia non optantis & imperantis affectu, (ab sit enim à sanctis viris vt mala optent & presentur in proximis suis) sed præuidentis intuitu prænunciantur. Quauis itaq; versus illos nostri psalmi rectè per imperandi verba admittamus expressos esse, nõ ideo tollitur enunciatio prophetica & asseueratio eius felicitatis, quæ futura erat. Quia ergo huiusmodi felicitas minimè erat in Salomone complenda, dicendum est, non pro ipso, sed pro altero Salomone, scilicet, Christo confectum esse ad literam psalmum illum. Imò (vt verbis vtat D. Augustini, super Psalm. 88. vbi eruditione mirabili excutit præsentem difficultatem) destruxit illam felicitatem Deus in Salomone, vt expectarem alterum, in quo illa adimplerentur, quæ adimpleri necessum erat. Quare mirari satis nequeo virorum catholicorum, quid sibi in mentem venerit, vt etiam in hoc psalmo cantari felicitatem Salomonis existiment. Nam Vatablus statim in initio huius psalmi, dicit, quòd populus fidelis in illo psalmo, faustissima quæq; Regi suo Salomoni imprecatur. Tietelmanus quoq; in Annotatione, & Ianfenius in argumẽto psalmi, dicunt, præter quàm quòd Dauid in hoc psalmo, de regno Christi prophetat, simul etiam aliquot versibus prædicit & orat æquitatem & felicitatem re-

Psal. 108.

Psal. 68.  
Isai. 6.  
Luc. 23.

Aduersus  
quosdam Ca-  
tholicos, qui  
etiam de Sa-  
lomone hunc  
psalm. intel-  
ligunt.



gni Salomonis. Ad idem est Flaminius in argumento & A  
 toto discursu psalmi. Isidorus Clarius fauet, quanuis plus  
 Christo deferat, quam illi. Ego verò sequutus sanctos Pa  
 tres aliter existimo, videlicet, de Christo solo, & non de  
 Salomone hinc mentionem fieri. Nam, obsecro, vt quid di  
 cemus, nunc de Salomone, & statim de Christo loqui,  
 & rursus ad Salomonem reuerti, & iterum ad Christum  
 tam perturbatè & variè transire prophetam? Præstat vt  
 in eundem omnes sententias scopum, in idem argumen  
 tum dirigat, & in vno persistat Christo Domino, Salomo  
 nem penitus derelinquens: quãuis ab eius nomine, regno,  
 ac persona occasionem ad prophetandum de Christo B  
 sumpserit. Licet enim vt author est D. Hiero. super Isai.  
 c. 16. & D. Gregor. hom. 7. in Ezechielem, & Euthymius,  
 super Psal. 107. & communiter Patres, vñ sitatum sit apud  
 prophetas, ex hoc in illud, & ex vno in aliud passim &  
 subitò ferri, iam sese in suprema tollentes, iam demit  
 tentes ad infima: tamen in nostro hoc psalmo præ  
 stantius dicitur, vt vates sacer omnia in vnum Christum  
 coniecerit.

His adde nullum ferè versum in toto hoc carmine cõ  
 tineri, qui nisi coactè ad Salomonem trahi possit. Quidã  
 verò sunt, qui nec coactè, nec modo aliquo perueri pos  
 sunt ad ipsum. Nam illum verum, Permanebit cum So  
 le & ante Lunam: item illum, Ante Solem permanet no  
 men eius, qua ratione siue afferendo, siue optando, san  
 ctus Dauid pro Salomone filio suo dicere potuit? Verum  
 opponunt Iudæi illas versiones non esse expressas ex He  
 bræo ad verbum, nam pro illo versu, Permanebit cum  
 Sole & ante Lunam, ex Hebræo vertunt, Timebunt te  
 cum Sole & coram Luna. Quæ verba non ad Christum,  
 nec ad Salomonem, sed ad Deum ipsum per apostrophè  
 dici

Quòd totus  
 Psalmus de  
 Christo est.

Quòd nullus  
 versus huius  
 psal. Salomo  
 ni conuenit.

Fugæ eua  
 sio Rabbino  
 rum.

A. dicipulant. Pro altero verò, Ante Solem permanet no  
 men eius, vertunt, Coram Sole filiabitur nomen eius, id  
 est, filiabitur Salomon, quandiù Sol durauerit: id est, lon  
 gam filiorum seriem recenset: Sic Rabbi Ymanuel,  
 & Rabbi Dauid, vt in Pagni. in Thesauro linguæ sancte, Refelluntur  
 Rabbini.  
 Verbo, Nun. Hæc tamen omnia præter quàm quòd sint  
 impietate & perfidia plena, sunt certè falsissima: licet  
 enim optimè, & ex Hebræo versiones illæ, possint ex  
 priimi, nam eas habent Flamin. Vatabl. Campen. Isidor.  
 Pagni. & c. sed certè de Messia intelliguntur ad literam,  
 vt non solum nostri, verum & ex Rabbinis multi tradunt  
 referente Adriano Fino, lib. 3. Flagelli. c. 4. vbi examinat  
 illam versionem, Ante Solem filiabitur, & c. & lib. 2. c. 12.  
 & etiam Titelm. super hunc psalmum, in Annota. ex He  
 bræo, Versu. 16.

S E D quid est quòd præsens psalmus hoc titulo est in  
 signitus, Psalmus in Salomonem? D. Chrysostomus,  
 Præfatione. 2. in Psalmos, attulit quandam doctrinam,  
 quæ si vera est, ad multorum resolutionem viam sternit.  
 Dicit, titulos Psalmorum esse trãspósitos, & confuso hi  
 storix ordine permutatos: eò quòd post captiuitatem Ba  
 bylonicam, Esdras Psalmos hinc inde dispersos in vnum  
 collegit volumen, prætermisso situ & ordine titularum.  
 D. Hieron. autoritate Magistri sui, existimat Salomo  
 nem esse authorem huius psalmi, non Dauidem, prop  
 terea quòd in titulo dicitur, Psalmus Salomonis vel Sa  
 lomoni, sic enim vertit Hieron. ex Hebræo, sicut in alijs,  
 Psalmus Dauidis vel Dauidi. Vatab. in scholijs huius  
 psalmi, dicit, authorem eius esse incertum, quanuis Da  
 uid esse videatur. Nos tamen certo certius existimantes  
 hunc psalmum compositum esse à Dauide, tum quia  
 omnes Patres id docent: tum, quia pauca illa verba,  
 Com-

IIII.  
 Quid sit  
 quod iste  
 psal. titulum  
 habet Salo  
 monis.

Tituli psal  
 morum per  
 mutati.

Author hu  
 ius psalmi,  
 quis.

Completæ sunt orationes David, quæ ad finem illius A  
psalmi habentur, videamus quid mysterij habeat, quòd  
hoc titulo sit insignitus Psalmus in Salomonem? Nam  
ex hoc fieri videtur de Salomone in præsentis psalmo ha-  
beri sermonem.

Ioannes Driedon. lib. 3. de dogmatibus sacræ scripturæ,  
Tractatu. 3. c. 2. duplicem rem hanc enodandi modum  
attulit, quem ego non possum non vehementer probare.  
Dicit: Quotiescunq; in titulo vel versiculo alicuius psal-  
mi explicantur ea, quæ videntur temporaliter gesta, vel  
in Abraham, vel in Iacob, vel in David, vel in Salomo-  
ne: sed quæ sequuntur in alijs eiusdem psalmi versiculis  
excedunt modum, qualitatem & conditionem rei geste, B  
tum intelligendus est propheta, vel transire de litera ad  
spiritum, vel sub voce translata accepta significare rem  
mysticam. Hæc ille. Igitur aut primo dicemus, Davidẽ  
hic de Salomone in Christum fecisse transitum: aut secũ-  
dò (quod mihi magis probatur) per vocem Salomonis  
in titulo positam significari Christum translative, & nul-  
lo modo Salomonem. Primum hunc dicendi modum  
mittamus, non tanquam falsum aut inanem, nam solidus  
est & satis probabilis, quòd scilicet, David coeperit in ti-  
tulo, & in primo aut secundo versu huius psalmi, tractare C  
ad literam de filio suo Salomone, & deinde eo penitus  
derelicto, ad Christum transferit, ut tradit Eusebius lib. 7.  
de Demonstra. Euang. c. 3. Demonst. 7. Ergo hunc, ceu  
non tam plausibilem prætereuntes, ad alterius modi ex-  
plicationem deveniamus.

Ergo dici potest & debet, quòd in præfato psalmo nul-  
lus sit transitus, sed à titulo vsq; in finem semper de Chri-  
sto, & nunquam de Salomone, sit sermo: & tunc vox Sa-  
lomon in titulo posita, non propriè pro ipso Salomone  
filio

David hic fe-  
cit transitũ  
de Salomone  
ad Christũ.

Melius est  
quòd non fe-  
cerit transitũ,  
sed semper  
de Christo,  
&c.

A filio Davidis, sed pro Christo Domino posita sit. Idque  
vno ex tribus modis, scilicet, primo, sumpta voce non  
propriè, sed appellatiuè pro dilecto vel pacifico, quæ est  
significatio nominis Salomonis: est autem Christi nomẽ  
in scriptura Pacificus vel Dilectus, id ostendente Fratre  
Ludouico Legion. in lib. de Nominibus Christi. Aut se-  
cundo, voce Salomonis sumpta metaphoricè, eo loquẽ-  
di tropo, quo ipsum Christum appellamus Leonem, Ag-  
num, Petram, Abelem, Dauidem, Isaacum &c. Aut ter-  
tio, patronimice sumpta voce Salomonis, pro Salomoni  
de vel Salomonio, id est, pro Christo filio Salomonis. Sa-

B nẽ nomen Davidis his modis plerunque non verum Da-  
uidem filium Isai, sed Christum Dominum significat.  
Quod notabat D. Aug. tomo. 4. lib. de octo Dulcicij  
quæstionibus. q. 5. & vltima Galatin. de Arcanis, lib. 3. c. 25.  
Iansenius, in Epistola, quam præfixit Psalmis, Driedo, vbi  
suprà. Et est elegans locus Hieremiæ. 30. Seruient Davi-  
di regi suo, quem suscitabo eis, id est, Christo: nam Da-  
uid exuscitandus nequaquam erat. Et Ezechiel. 34. Susci-  
tabo super oues pastorem, seruum meum Dauidem; ego  
autem ero eis in Deum, & seruus meus Dauid princeps  
in medio eorum. Et Osee. 3. Conuertentur filij Israel, &  
C quærent David Regem suum, id est, Christum Regem  
suum. Quidam adducunt & illud Hierem. 23. Suscitabo  
David germẽ iustum. Cæterum is vltimus locus vanus,  
& fallax est, nam David ibi non Christum, sed popu-  
lum Dauidicũ significat. Vnde est datiui casus, sic: Sus-  
citabo Davidi germen iustum, id est, Christum.

Sed & sunt loca, vbi de nomine Salomonis hoc ipsum  
dicere cogimur: quòd notabat Galatinus, lib. 3. c. 26. &  
Adrianus ille bis Finus, lib. 2. Flagelli. cap. 12. ex illo loco,  
Canti. 3. Egredimini filia Sion, & videte Regem Salomo-

Bbb nem.

Vox Salo-  
mon hic sig-  
nificat Chri-  
stum ad lite-  
ram.

Vox Dãuid  
interdũ non  
Davidẽ, sed  
Christum li-  
teraliter sig-  
nificat.  
Hier. 30.  
Ezech. 34.

Ose. 3.  
Hier. 23.

Locus Cant.  
3. ubi vox Sa-  
lomon nõ sig-  
nificat Salo-  
monem, sed  
Christum.

nem. Dicit verò Galatin. in Midras Sir Assyrim, id est, in **A** Expositione Cantici Canticorum, per Regem Salomonem intelligi Regem perfectiuum, qui creauit omnes creaturas. Et dicit R. Moyses, esse reum mortis, qui ex Cantico Canticorum delet nomen Salomonis, tanquã delens nomen diuinum. Itaque vox Salomon ibi in Canticis, non Salomonem, sed Christum verum Deum significat. Refert Porchetus in Victoria contra Iudæos. p. 1. c. 13. Glossam R. Aninæ, in illo loco Canticorum. 3. Vide te Regem Salomonem, in diademate quo coronauit eum mater sua, hanc esse. Discurremus per vniuersas scripturas & non reperimus quòd Bersabee fecerit coronam filio suo Salomoni. Meritò Caiet. in titulo præsentis Psalmi, existimat, vocem Salomonis in hoc titulo positam, esse epitheton Messia: & Geneb. esse patronymicum nomen, Messiam significans. Et hactenus de hac quaestione præambula.

V.

*Qua ratione regnum & dominiũ de quo in hoc Psalm. conueniat Christo.*

**A**ltera iam, quæ nos propius spectat, occurrit quaestio, qua via & ratione Christo Domino regnum illud temporale ac dominium vniuersale felicissimum, quod in hoc Psalmo edicitur, valeat adaptari. Doctores Hebræi contendentes Messiam futurum esse Regem temporalem, & apparatu magnifico regnaturum, purpuratũ & fericatum, & famulorum cuneis stipatum: & ex alia parte videntes in scriptura haberi, quòd Messias futurus erat pauper & miser, & misere plectendus & occidendus, in eam venerunt sententiam, vt assererent, duos futuros Messias: alterum gloriosum, miserum alterum. Hoc referunt ex Catholicis doctoribus multi, præsertim quinque, illi quidem pij iuxta & docti, & in euoluendis Rabbinorũ scripijs diligentissimi, Petrus Galatinus, lib. 4. de Arcanis catholicæ veritatis. c. 2. & c. 21. Adrianus Finus, lib. 5. Flagel-

*Rabbini duos Messias cõfinxerunt: unum gloriosum, alterũ miserum.*

**A**gelli. c. 15. Porchetus in lib. qui dicitur, Victoria contra Iudæos, ex recognitione Augustini Iustiniani Episcopi Nebienfis. p. 1. c. 10. Petrus Colto, in lib. quem attulauit, Ty pus Messia, non longè à principio, & noster Iacobus de Valentia, super Psalm. 20. Iudæi itaque, quò suis technis & machinationibus exequendis ampliorẽ viã pararent, & vim veritatis subterfugerent, nec capi à Christianis possent, duos cõfinxerunt Messias in lege promissos: quorum vnum vocarunt Ben Ioseph, de Tribu Ephraim, & alium Ben Daud de tribu Iuda. Et affirmabant futurum, vt horum alter miserè plecteretur & occideretur cum tota gente sua: alter verò nunquam moreretur, sed per totam æternitatem regnaturus: quin & erat exuscitaturus aliorum Messiam turpiter interfectum. Atq; adeò gloriosus iste Messias & rerum gestarum magnitudine, & imperij gloria debebat efflorescere, vt Romanum excindere deberet imperium, & Iudaicum populum ex toto terrarum orbe conquistũ, ab omnibus Tyrãnis asserturus esset, & eum ad terram promissionis, verus & sanctum Iustorum patrimonium, reducturus. Quinimò non solum viuus Messias ille futurus erat beneficus, sed etiam mortuus: nam & omnes Iudæos vita functos erat exuscitaturus, vt oculos expleret illa pace & felicitate Iudæorum.

**C**ritebantur autem Iudæi hoc vt assererent, quibusdã scripturæ testimonijs, non solum inter se diuersis sed & aduersis, & pugnantibus, vt ipsi credebant: adeò vt vni Christo & eidem crederent non posse conuenire. Michæ. 5. videbant scriptum esse. Ex te exiet dux, qui regat populum meum Israel, & egressus, seu egressiones eius ab initio, à diebus æternitatis. Et Psalm. 109. totũ de glorioso illo ac beato Messia interpretabantur, cui dixit Deus, Sede à dextris meis. Quibus verbis non Abraham, vt qui-

*Messias gloriosus.*

*Nituntur scripturæ qui duos finxerunt Messias.*

*Mich. 5. Psalm. 109.*

dam Rabbiniputarunt, non Dauidis, vt alij, non Saulis, non Ezechiaë, non Zorobabelis, vt quidam alij somniant, sed veri Messiaë futura prosperitas suis coloribus depingebatur: Messiaë inquam gloriosi, quem Deus sedere faceret à dextris suis, cuiq; in die bellorum populus suus adesse debebat voluntarius ad oppugnandos inimicos, vt **A** *Psalm. 109.* habet prior pars versus quarti, secundum alias versiones, qui ex vtero auroræ gignendus erat. &c. Sic de amplitudine ac perpetuitate regni eius explicabant Psalmū. 44. 71. 88. 86. &c. Quando verò contrà videbant apud **B** *Isaiam. c. 53. & apud Zachariam. c. 9. & 12. & Psalm. 21. 68.* & aliàs sæpe scriptas esse calamitates, & aduersas fortunas Messiaë, omnia hæc ad alterum Messiam afflictum & inglorium traducebant.

*Quòd uniuersis eidem Messiaë cōueniūt diuersissima uaticinia scripturæ.* Veruntamen excecauit Iudæos sua malitia: facile enim peruidere, & sic conciliare illam locorum diuersitatem poterant, & vni & eidem Christo hæc omnia, licet alioqui diuersa, accommodare: si dicerent, testimonia illa ad vnum & eundem Christum diuersimodè consideratū, esse referenda. Idque vno ex .5. modis, quos totidem verbis referam. Primo, si diuersis temporibus Christum considerarent: Distinguere nanque oportet tempora, vt sic concordentur iura, vt habet Iurisprudentium regula.

**C** Nam primo quidem tempore futurus erat Messias pauper & miser, nasciturus in stabulo, eiulaturus pueriliter, passurus probra & contumelias, subiturus mortem turpē & ignominiosam: Deinde verò à resurrectione, diues, potens, victor, gloriosus & triumphator erat futurus. Aut **1. Explicatio** secundò, cum Adriano, in illo. c. 15. de gemino aduentu Christi, dicerent, illa tam diuersa loca intelligi, nam tam vterus est in secundo aduentu, gloriosus & splendens, quā venit in primo abiectus & miser. Aut **2. Explicat.** **3. Explicat.** tertio dicere poterant,

**A** rant, vno & eodem tempore hæc omnia conuenire Messiaë, secundum tamen diuersas naturas: atq; adeò secundum humanam erat futurus inglorius, mortalis & mortuus: secundum vero diuinā gloriosus, immortalis. **4. Explic.** Quarta, etiam inquantum homo, simul illas tam diuersas fortunas habiturus erat: prosperam, secundum partem animæ supremam: aduersam, secundum infimam. **5. Explic.** Quintò id explicarent de duplici regno & potestate Christi, nam si de temporali sit sermo, pauper futurus erat & lugubris, si de spiritali, diues, potens, &c. Ex his verò iam sensim delabimur ad centrum quæstionis.

**B** **H** I S ergo cum ad propositi thematis intelligentiam, tum ad quæstionis præcipuæ decisionem necessariò præiactis, nam diutius in hoc pulcherrimo ac latissimo scripturarū campo expatiari non licet per tempus: Quæstio in forma scholastica à me disputanda ea est. **VI.** *Hinc præcipua questio. An Christus sit Rex, & dominus rerū, &c.* Vtrum Iesus Christus Dominus ac Saluator noster, fuerit verè ac proprie dominus & rex totius orbis, atq; omnium rerum creaturarum, secundum quod homo est, non tantum spiritalis rex ac dominus, sed & verus ac absolutus & proprius, atq; adeo temporalis: tam verè & proprie quàm Philippus. II. nunc temporis rex est Hispaniarū, & vnusquisq; hominum dominus est suarum rerum, eò quòd illis in omnem vsum potest citra alicuius iniuriam vti. **C** Mixtum autem de regno & dominio (nam in Christo par est vtriusq; ratio, vt dicam infra) argumenta procedent.

A parte negatiua stant primò authoritates, secundò rationes. **Argumenta** *à parte negatiua.* Authoritates verò in multiplici sunt differentia nā quædam ex ipso corpore bibliorum, quædam ex sanctorum Patrum voluminibus decerptæ sunt: quibus accedent quædam aliæ Doctorum Theologorum, ac Iuristarum

starū, qui scholasticè disputātes huic parti suffragati sint. **A**

*1. arg. ex locis scripturæ.* Primum ergo argumentum, quod sacris literis innitur & potissimum probat Christum non fuisse regem propriè & absolute (nam quòd nec fuerit rerum dominus mox probabitur) duplicem locum multiplici vi corroboratum comprehendit: Alter habetur apud Hierem. c. 22. alter apud Ioan. c. 18. In priori itaq; loco enunciatur apertissimè, post regem Iechoniam nullum iam ampliùs regem, videlicet, qui temporaliter & absolute regnet, de femine David futurum. Hæc dicit Dominus: scribe virū istum (idest, Iechoniam) sterilem virum, qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de femine eius vir, qui sedeat super solium David, & potestatem habeat ultra in Iuda, vel, & regnet posthac in Iuda, vt habet Vatab. Vim huius loci, similiter & sequentis ex sanctis patribus ostendemus statim. Alter locus est, Ioan. 18. dixit Christus, Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei utique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Vbi non solum visus est Christus dicere, non habere se vsum & exercitium regni, nam hoc certò constabat tunc temporis Christum non habere, ne que id Pilatus rogaret: Rogauit ergo, an haberet ius regni, vt Cæsari posset contradicere. Et huic percontationi respondit, Regem se minimè esse.

*Nomen Regis cum datur Christo coarctatur ad spirituality.* Deinde, Quoties de Christi regno aut dominio siue principatu, fit mentio in scriptura, semper apponitur aliquid ratione cuius appositi alienatur nomen regni aut regis à significatione regni temporalis, & transfertur ad spirituale. Psalm. 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo, &c. additur, Prædicans præceptum eius. Et Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Et

sub-

**A** subdit quod ad spiritualia pertinet, Euntes ergo prædicante euangelium baptizantes, &c. Particula illa, ergo, confectione denotat explicatiuā qualitatis regni & potestatis Christi. Luc. 19. Benedictus qui venit Rex. Et O Sana, idest, saula nos. Et Isai. 9. Super solium David, & super regnum eius sedebit in æternum. Sequitur, Vt confirmet illud ac corroboret in iudicio & iustitia, à modò vsq; in sempiternum. Hierem. 23. Regnabit rex, & sapiens erit, &c. Et sequitur, In illa die saluabitur Iuda, &c. Et adhuc, Ioan. 18. Tu dicis, quia rex sum ego. Et pergit explicare modum regni, Ego ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Et Psalmo. 44. Intende prosperè, procede, & regna. Et adiecit, Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Et Zacha. 9. Ecce Rex tuus venit tibi. Sed qualis rex? Iustus & Saluator, ipse pauper & ascendens super a sinam. Hic non solum regnum, sed & dominium & proprietatem rerum à Christo longè abesse, docet scriptura. Quibus appono illud Pauli de Christo. 2. Corin. 8. Qui cum diues esset, pauper pro nobis factus est. Et Matt. Vulpes foueas habent, & volucres cœlinedos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.

**C** **H**is accedit secundo loco Diuorū Patrum omnium vna vox, vnus animus atq; consensus explicantiū loca prædicta de regno Christi spirituali & supramūdano. Habemus autem decretum sacri Concilij Triden. Ses. 4. in Decreto de editione & vsu sanctorum librorum, quòd præter cōmunē sanctorum Patrum consensum, nullus scripturam audeat proprio Marte referare, & intelligere. Quod idē præcipiūt antiqua Ecclesiæ concilia & Patres vt vidimus. q. 2. Positiua. Quod autem hæc sit Patrum sententia, exploratissimum est ijs, qui eorum libros volutant. Sed in gratiam eorum, quibus eos euoluere

non

Luc. 19.  
Isai. 9.

Hier. 23.

Ioan. 18.  
Psal. 44.

Zach. 9.

Non solum regnū, sed et dominium rerum, penitus à se Christus abdicauit.

VII.

Patrum sententia, quòd spirituale sit regnū Christi, &amp; dominium.

non vacat: ecce loca quædam. In initium verò dicendi à qua  
 tuor Ecclesiæ Latinæ Doctoribus, lætis auibus, faciam. **A**  
 Primum, D. August. lib. 17. de Ciuit. c. 7. Populi, inquit, Is-  
 rael personam figuratè gerebat homo ille, scilicèt, Saul:  
 qui populus regnum fuerat amissurus Christo Iesu Do-  
 mino nostro, per nouum testamentum non carnaliter,  
 sed spiritualiter regnatura. Et Tractatu. 115. super Ioan.  
 sic ait: Dicit quidam in prophetia de Deo Patre, Ego au-  
 tem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem san-  
 ctum eius: sed Sion ille & mons ille non sunt de hoc mû-  
 do. Quod est eius regnum, nisi credentes in eum? Et su-  
 per ipsum Psalm. 2. sic ait: Dabo tibi gentes hereditatem  
 tuam, quas possideas ad earum salutem, & quæ tibi fructi-  
 ficent spiritualia. **B**

D. Ambros. lib. 3. super Lucæ. c. penultimo, sic ait, post  
 multa: Iam ipsum regem secundum honorem seculi nõ  
 accipimus Christum. Quomodo ergo dictum est, Ex fru-  
 ctu ventris tui ponam super sedem? Quo modo & Ange-  
 lus de eo dicit, Quia dabit illi Dominus Deus sedem Da-  
 uid patris sui, & regnabit in domo Iacob? Quomodo re-  
 gnare repromittitur, nec ostenditur? Aut quomodo ex  
 semine Iechoniæ nullus regnatura dicitur per prophe-  
 tam? Si enim Christus regnauit, ex semine autem Iecho-  
 niæ Christus natus est, propheta mentitus est, mentita **C**  
 sunt & oracula. Et mox: Non seculari honore regnauit  
 Christus, nec in Iechoniæ sedibus, &c. Et apertius itatim,  
 explicans de Christi regno dictum esse illud, Et thronus  
 eius sicut dies cœli, ait: Nõ vtiq; hunc thronum Salomõ  
 sedit, non Roboam, non Iechonias. Sanè D. Ambrosius  
 longo discursu difficultatem hanc prosequutus, docet,  
 regnum Christi alterius esse rationis, qua nec Roboam re-  
 gnauit, nec quisquam alius. Et mordicus, & asseueratiùs,  
 eodem

Psal. 2.

Psal. 2.

Psal. 131.  
Luc. 1.Hiere. 22. lo-  
cus explica-  
tur.Quomodo se-  
mine Iecho-  
niæ nullus iã  
ultra regna-  
uit.

Psal. 88.

**A** eodem lib. 3. c. 5. sic ait, In abruptum disputationis veni-  
 mus, hæremus in vado, & in quodam naufragio verita-  
 tis fluctuamus: excitemus ergo Christum, ipsum in-  
 terrogemus, ipse respondeat. Interrogemus scriptu-  
 ras, inuenimus quia regnum eius non est de hoc mun-  
 do. Qui dicit non esse de hoc mundo regnum suum, **Ioan. 18.**  
 ostendit esse supra mundum: ita & regnum eius erat,  
 non erat in sæculo, sed super sæculum erat. Hæc Am-  
 brosius.

D. Hiero. lib. 4. Comment. super Hierem. c. 22. expli-  
 cans illud, Scribe virum istum sterilem. &c. sic ait: Ori-  
 tur quæstio, quomodo possit stare prophetia, nullum de  
 stirpe Iechoniæ esse generatum, qui sederit super thronũ **B**  
 Dauid? cum Dominus noster de huius natus sit semine,  
 & dederit ei Dominus sedem Dauid. &c. Et mox, Potest  
 solui, non sedebit quidem super thronum Dauid vir &  
 homo, sed sedebit Deus, regnumq; eius, non terrenum,  
 scilicèt, & breue, sed perpetuum & cœleste. D. Grego-  
 rius (quo quatuor Ecclesiæ Latinæ Doctores in vnũ col-  
 ligamus) homi. 8. super Euang. apertè id docet: quinimò  
 non solum regnum mundi, sed & dominium rerum ha-  
 buisse Christum, negat secundum humanam naturam. **C**  
 Christus, inquit, non in parentum domo, sed in via nasci-  
 tur, vt profecto ostenderet, quia per humanitatem quam  
 assumpserat, quasi in alieno nascebatur: alienum, videli-  
 cèt, non secundum potestatem dico, sed secundum no-  
 stram naturam. Nam de potestate eius scriptum est, In  
 propria venit. In natura etenim sua ante tempora natus  
 est, per naturam nostram venit ex tempore, qui æternus  
 permanens temporaliter apparuit: alienum est vbi descē-  
 dit. Hæc ille.

His alios Ecclesiæ Græcæ doctores præcipuos annu-  
 mere-

Ccc

mere-

Ioan. 18.

Explicatur  
idem locus  
Hier. 22. ex  
D. Hieron.Ex D. Greg.  
quod Chri-  
stus non ha-  
buit dominũ  
&c.

Ioan. 1.

*Patres Eccle-  
sie Græcæ  
ad idem.*

meremus. Magnus Athanasius suorū operū Tomo. 3. in A  
Oratione de Sāctissima Deipara, propè finē, Rimātur, in  
quit, Hæretici sese inuicem adhortantes, & fallaciose que-  
runt, an acceperit thronum Dauidis patris sui, & regnaue-  
rit in domo Iacob in æternum. Et post pauca, Ergo ca-  
piens Christus thronum Dauidis transtulit illum, & de-  
dit sanctis Christianorum Regibus, vt conuerteret eos  
ad domum Iacob: qua tradita in opprobrium & direptio-  
nem, regnabit in Christianis in æternum, & regni eius nō  
erit finis. Et mox siquidem genitus ex Virgine, & con-  
summatis omnibus, quæ ad negotium mortis & crucis  
pertinebant, post resurrectionem ad suos dicebat, Data B  
est mihi omnis potestas. &c. Et quandoquidem ipse Rex  
est, qui natus est ex virgine, idemq; ac dominus & Deus,  
ea propter & Mater, quæ eum genuit & Regina, & domi-  
na, & Deipara proprie & verè censetur. Hæc Athan. Qui  
bus, eūdem modum regni & dominatus Christo & eius  
matri designans, spiritualem esse & alterius rationis à no-  
stro satis luculenter ostendit. D. Chrysofsto. expressiùs &  
floridiùs, vt solet, homil. 6. super. c. 2. Matthei, Quonā pa-  
tō, inquit, Magi ex stella illa Iudæorum, regem illum  
esse didicerunt? cum certè non istius regni iste sit Rex,  
nihil quippe tale monstrauit, quale mundi huius reges C  
habere conspiciamus. Neque enim hastas, neque clypeas  
ostendit militum cateruas: non equos regalibus pha-  
leris insignes, nō currus auro, ostroq; fulgentes: non enim  
istum, neque alium quempiam circa se habuit ornatū,  
sed vilem hanc prorsus vitam egit ac pauperem, duode-  
cim tantummodo homines, eosque despiciabiles secū cir-  
cunducendo. Hæc ille. Quibus quid clarius? quid eloquē-  
tius? sed nunquid Magnus Basilius hanc rem præterijt?  
ipse sanè, vt eum refert. S. Tho. in Catena, Lucæ. 1. expli-  
cans

*Matth. 28.*

*Verba ele-  
gantissima  
Chry.*

A cans illa verba, Regnabit in domo Iacob. &c. sic ait: Non  
in materiali sede Dauid Dominus sedebit transiato Iudai-  
cō regno ad Herodem, sed sedem appellat Dauid, in qua  
residet Dominus, in dissolubile regnum. Hæc D. Basil.

Sed & mixtim & citra delectum, vt tumultuariò sese  
nobis offerunt, alios proferamus. Tertullianus antiquior  
omnibus præcitat, & doctrina ac grauitate non impar,  
lib. Aduer. Iudæ. 9. Probatio natiuitatis Christi, explicans  
normam, qua Christus dominari ac regere mundum de-  
bebat, in explicatione illorum versuum, P salm. 44. Dif-  
fusa est gratia in labijs tuis. &c. Accingere gladio tuo &c.

B Specie tua & pulchritudine tua &c. Propter veritatem  
& mansuetudinem &c. sic diuinè loquitur: Valde absur-  
dum est, si quem ad bellum ense cingebat, ei de specie de-  
coris & labiorum gratia blandiebatur. Quis enim ense  
accingetur, & non contraria mansuetudini assumat? Et  
paulò ante: Scilicet ad arma vagitu conuocaturus erat  
puer: & signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus:  
& non de muro, sed de nutricis & gerulæ suæ gremio ho-  
stem designaturus. Hæc ille. Quibus explanat, Christum  
alium modum regni ac domini habiturum, videlicet,  
spiritualē. &c. Theophil. super Luc. c. 1. sicut Dauid sen-  
C sibile regnum suscepit, ita Christus spirituale. Bernar. su-  
per. Missus est. homil. 4. Quero, quomodo dederit ei Do-  
minus sedem Dauid patris sui? cum ipse in Hierusalē nō  
regnauerit? Et mox, Deniq; quid magnum promittitur  
ei, qui sedet super Cherubim, sedere in sede Dauid patris  
sui? Et statim, Dabit ergo Dominus sedem Dauid patris  
sui, non typicam, sed veram: non temporalem, sed æter-  
nam: non terrenam, sed cœlestem. Beda super eundē lo-  
cum Lucæ. Accepit, inquit, sedem Dauid, vt nimirum gē-  
tem, cui Dauid quondam temporalis regni gubernacula

*Aliorum Pa-  
trum testimo-  
nia.*

*P salm. 44.*

*Verba Ter-  
tull. omni ani-  
maduersione  
digna.*

*Arma, tuba,  
muri militiæ  
Christi.*

*Luc. 5.*

Isai. 9.

præbuit, ipse perpetuum vocaret ad regnum, quod eis paratum est ab origine mundi. &c. Et mox: Super folium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud in iudicio & iustitia. Nō dixit, in acquisitione gloriæ & gazarum terrestrium, non in victoriam gentium plurimarum, vrbiumque superbarum, sed in iudicio & iustitia. Hæc ille. Sed ne in re non dubia vtar testibus non necessarijs, ad eandem sententiam propugnandam omnes sancti Patres quasi coniuratis animis concurrunt: & insuper omnes ferè illi, qui Lucam Commentarijs illustrarunt, in illis verbis, Dabit ei Dominus sedem Dauid patris sui. Et qui Ioannem, ibi. c. 18. Regnum meum nō est de hoc mundo: & qui Matthæum, ibi, Ecce rex tuus venit tibi &c. capi. 21.

## VIII.

3. Argum. ex historijs, quod Christus non fuerit rex temporalis.

**T**ertio loco historiarum accedat autoritas. Eusebius Cæsari. lib. 3. hist. Eccles. c. 20. refert, Reuocatum quēdam nomine, detulisse quosdam consanguineos Christi ad Domitianum Imperatorem, qui à Domitiano rogati (verba sunt Eusebij) de Christo, quale esset regnum eius, vel quis ipse, aut vnde, aut quando venturus? Responderunt, quod non huius mundi regnum, neque huius terræ ei designetur imperium, sed quia cæleste ei regnum per Angelorum ministeria in consummatione sæculi præparatur: quando, scilicet, aduetans in gloria de viuis & mortuis iudicabit. Hactenus Eusebius. Præstantius & confidentius isti responderunt, quàm Apostoli interrogauerunt, Act. 1. à Christo, Si in tempore hoc restitues regnum Israel? & improbis clamoribus extorquere primas sedes in regno Christi, contenderunt, quod fecerunt filij Zebedæi Matth. 18. cum regnum ac dominium Christi non temporale, sed spirituale esset futurum. Hæretici nostri temporis adscribunt Beatissimæ Virgini eandem ignorantiam:

Act. 1. Hæretici adscribunt B. Virgini & putant regnum Christi fore temporale.

**A**tiam: nam explicantes illud Lucæ. 2. Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos, dicunt, quod parentes Christi expectabant in Iesu, non Doctorem ac magistrum scripturæ, sed potentem & pompaticum Regem Israel, qui splendore imperij, opum affluentia, militum copijs, armorum præfidijs, aulicorum strepitu, & magnifico apparatu regnare deberet. Ita Lofsius, & Pellicanus in signes heretici, apud Petrum Canisium lib. 4. de Maria Deipara. c. 19.

**Q**uarto loco, adijciamus neotericos scriptores. Her-  
**B**mas Letmatius lib. 7. de Instauranda relig. c. 9. Vvalden. lib. 2. Doctrinalis. ar. 3. c. 76. 77. &c. Drie. de Dogmatibus sacræ scri. lib. 3. Tract. 1. c. 4. Iansen. in Concordia. c. 3. & 141. Soto. lib. 4. de Iustitia. q. 4. ar. 1. & in. 4. Sent. d. 25. q. 2. artic. 1. Victoria Relectione. 1. de Indis, num. 25. & in Relectione de Potest. Eccle. quæst. 5. num. 15. 16. 17. & 18. Adrianus Finus lib. 5. Flagelli. c. 5. & 6. Rursus Abulens. super lib. Num. c. 24. q. 11. & super Matth. 20. q. 63. & super cap. 21. q. 30. Castro lib. 3. ver. Beatitudo. hæresi. 3. Syxtus Senen. lib. 7. Bibliothecæ, hæresi. 8. super Epistolam ad Hebræos, Franciscus de Christo in. 3. d. 4. de Regno Christi. q. 6. & quotquot ferè super Lucam. c. 1. & Ioan. 18. & Matth. 21. in illis verbis, Dabit eis Dominus, &c. & Regnum meum non est de hoc mundo: &, Ecce Rex tuus venit tibi. Et Iacobus Naclantus Tractatione. 4. Theologica in Titulo de Augustissimo regno Christi. Horum authorum quidam quidem expressè, quidam verò tacitè ac latenter id tradunt.

**Q**uinto loco, rationibus agendum est. Principiò, Quiaasserunt Christum regem fuisse temporalem, & rerum Dominum, plurimum fauent perfidis Iudæis, expectantibus Messiam, bello & pace potentem, & rerum

IX.

4. arg. ex auctoritate Doctorum recentiorum, ad idem.

X.

5. arg. rationibus, quod Christus nō fuerit rex, aut dñs.



temporalium copia abundantem. Refert Adrianus Finus **A** lib. 5. c. 1. & 6. Rabbinorum esse delirium & errorē, Messiam in maxima paupertate natum, cum obtinere regnū non posset, abiisse vagum per vniuersum mundum ( vt de Lycurgo Lacedemoniorum legislatore refert Plutarchus, in Vita eius) stipemq; emendicando, diuitias adhuc comparare, quibus conflare magnum possit exercitum, quo sibi regnum compareret & recuperet.

2. ratio, quia ad fines intētos à Christo, nil referebat regnū &c.

Secunda ratio, quia ad eos fines, quos per incarnationis mysterium Christus intendebat, nihil penitus conducebat dominium rerum temporalium: ad redemptionem mundi, ad superandum diabolum, ad placādum Patrem æternum, ad instructionem populi: imò ad vltimum horum magnoperè conducebat vt regnum à se & dominiū temporale Christus abdicaret: vt, scilicet, despiciendi ca, duca hæc bona exemplum omnibus traderet. Porro diceret aliquis, ad hos fines comparādos satis erat quòd vsum dominiij à se Christus abijceret, non proprietatem. Contra hoc tamen est altera ratio.

3. ratio, quod non solum usum, sed & ius regni nō habuit. 2. Cor. 8. Matth. 21. & 8.

Tertia ergo ratio est, quia perfecta paupertas non solū in abdicando vfu rerum consistit, sed potius in abdicando & repellendo à se dominio, quod faciunt religiosi. Ergo cum Christus Dominus pauper sæpenuerò in scripturis appelletur. 2. Corint. 8. Qui cum diues esset, pauper pro nobis factus est, & Matth. 21. Ecce rex tuus venit tibi pauper. Et c. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidus, Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, &c. fit ne utiquam dici nunc posse quod tunc fuerit rerum omnium Dominus. Cōfirmatur, quia hæc, que mihi aliquando subibat cogitatio, Christum eatenus fuisse paupere, quatenus virtutem paupertatis habebat, quā in medijs diuitijs habere quis potest, vt eam habuit Abraham,

Abraham, David, &c. planè non satis saluat dicta scripturæ, & Patrum, vbi Christus absolutè egenus & pauper nuncupatur. Cerrè nec David, nec Abraham, neque quisquam alius, qui rebus temporalibus abundauerit, quàmlibet aliàs sit sanctus & iustus, & virtutem habeat paupertatis est verè pauper dicendus, nec illum vnquam ita appellant scripturæ. Cum ergo absolutè Christum appellent pauperem, dicendum est, eum non solam virtutem, sed etiam veram paupertatem, id est, opum penuriam & inopiam habuisse. Confirmatur adhuc, quia Christus Dominus in gradu heroico habuit perfectionem euangelicam: de cuius ratione est deserere vsum ac dominium rerum omnium, vt patet Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, &c. Perfectò posset adolescens ille, cui talia dicebantur, meritò à Christi consilijs resilire, & ei sic obijcere: Tu perfectus es, qui tamen rerum omnium dominium penes te habes: quare ergo alium perfectionis modum mihi præfigis?

**B** *Quod Christus fuit verè pauper. non solū per virtutē paupertatis, sed per rerum inopiam.*

Quarta ratio est, quia potestas & facultas, quæ ad actū nunquam reducitur vana est & otiosa & proinde nec à Deo, nec à natura vnquam facta: Christus autem quantum vixit, hanc ciuilem & temporalem potestatem nunquam exercuit: non ergo est verisimile quòd eam habuerit. Minor probatur quia assignari non potest locus, aut tempus, vbi & quando eam Christus exercuerit. Quinimò multa assignantur, in quibus, cum eam exercendi occasio sese offerret, apertè docuit, se eam non habere, vt Lucæ. 10. petenti cuidam à Christo, vt iudicaret ciuilitè inter se & fratrem suum, respondit, O homo, quis me constituit iudicem inter vos? Quod tractat Viguer. in Inst. c. 17. §. 1. ver. 18. de quo infra.

**C** *4. ratio, quia Christus nunquam usus est regni iure, aut dominio. &c.*

*Luc. 10.*

Profe-

Profecto huius sciscitationis nunquam sufficiens redditur **A**  
 ratio: Si Christus rex erat & Dominus in temporalibus  
 & ciuilibus, cur non id muneris exercuit, cum magnope-  
 re necessitas id exercendi vrgebat? Erant etenim tempo-  
 re Christi insolentissimæ tyrannides, & enormia flagitia  
 regum & principum, fas nefasq; commiscentium: & mū-  
 dus totus, præsertim Vrbs Hierosolymitana facinorosis  
 ac nefarijs abundabat hominibus. Quibus omnibus iure  
 ipso naturæ occurrere Christus, si verè erat in tempora-  
 libus rex & dominus, omninò tenebatur. Et licet orbis  
 gubernationem Cæsari Romano, alijsq; principibus de-  
 mandasset, in casu tamen, quo tam immania scelera vul-  
 gò perpetrabantur, cum graui innocentium damno, & **B**  
 Rerumpub. perturbatione, & religionis iactura, non du-  
 biū est quin, si Christus ius regni penes se habebat, vsum  
 etiam assumere & exercere teneretur, vt tantis malis me-  
 deretur. Pleraq; sunt alia huius argumenta sententię, quo-  
 rum quædam missa facimus, ne in immensum præfens  
 abeat disputatio: alia verò adhuc inferiùs adducenda, &  
 expendenda sunt.

**XII.** **I**N huius quæstionis gratiam opportunissimè Iacobus  
 Almainus, lib. de Potest. Eccles. c. 8. tres distinctiones  
 præmittit omni obseruatione dignissimas. Prima est, aliud **C**  
 esse quærere, an Christus habuerit iurisdictionem, aliud  
 an habuerit proprietatem. Hoc est, aliud est quærere, an  
 Christus fuerit rex, aliud an fuerit Dominus: nam pote-  
 stas regendi nihil aliud est, quàm iurisdictionis temporalis,  
 cuius actus sunt iusta præcipere, mala prohibere, &c. do-  
 minium autem est ius vtendi re aliqua in omnem vsum.  
 Ex quo fit, posse aliquem esse regem rerum, quarum nō  
 sit dominus: & similiter dominum quarum non sit rex.  
 Rectè Aristot. 1. Politic. c. 3. ius regium, inquit, non est do-  
 mina-

Quòd si Chri-  
 stus erat ue-  
 re Rex, tene-  
 batur iusti-  
 tiam admini-  
 strare, &c.

Aliud est ef-  
 fere regē, aliud  
 esse Dñm.

**A**minatiuum, quidquid Conradus, Tract. 1. de Contract. in  
 oppositum dicat. Certè si rex fieri velit dominus eorū,  
 quorum est rex, est tyrannus: qualis nunc temporis apud  
 Turcas se res habet, quorum rex, Turca, scilicet, Magnus  
 rerum omnium dominium sibi arrogat: quod licitum es-  
 se putauit Hostiensis, in Summa titul. de Præscriptioni-  
 bus. §. Quæ autem. Quanuis autem hæc ita se habeant,  
 tamen in Christo Domino opus minimè fuit, vt duplicè  
 hanc distingueremus potestatem, sed simul inquireremus,  
 an Christus esset dominus absolutus & proprietarius,  
 simul & rex verus & temporalis rerum omniū: eò quod  
**B** in ordine ad vniuersam totius orbis Rempubicā, domi-  
 nium vniuersale & absolutum habere Christus non po-  
 test, nisi etiam regnum habeat. Enimuerò ius dominati-  
 uum & herile esse nequit sine potestate regendi, & plena  
 iurisdictione super seruos. Idcirco si Christum esse totius  
 orbis dominum verum & absolutum, ostēderimus, pate-  
 bit vniuersalem etiam esse mundi regem.

Deinde secūdò, aliud est quærere de Christo vt Deus  
 est, aliud vt homo: & quidem de primo minimè dubita-  
 mus. Rursus tertio, aliud est quærere de Christo hic apud  
 nos diuersante & vitam mortalem agente, aliud de Chri-  
 sto post resurrectionē, & vt nunc perfectè beatus ad dex-  
 teram Patris residet in excelsis. **C** Quanuis huius vltimæ  
 distinctionis nullam ferè video apud Doctores, qui præ-  
 sentem controuersiam agitent, fieri mentionem, cum ta-  
 men oculatissimè eam obseruare deberent: vt mox lice-  
 bit videre. Et quidem quantunuis multa sint, quorū sin-  
 gula singulis conclusionibus essent dirimenda: prolubiū  
 tamen subit, vnica omnia hæc conclusione conuoluere,  
 vt sic diuagandi occasionem præreptam mihi esse pu-  
 tans, compendiosius propositam disputationē absoluā.

In Christo  
 idem est quæ-  
 rere an sit  
 rex, & an sit  
 Dominus to-  
 tius orbis.

Aliud est  
 quærere de  
 Christo cum  
 erat in hac  
 vita, aliud  
 nunc.

**XIII.** **S**IT itaq; conclusio: Christus quatenus homo, etiam **A**  
*Resolutio* cum adhuc mortalem vitam agebat, perfectum, pro-  
*questionis* prium & absolutum rerum omnium dominium, & totius  
*quod Chri-* orbis perfectum, & vniuersale regnum habuit. Ut verò  
*stus fuerit* pila pilis minentur, oppositæ opinionioni opponamus eius-  
*Rex & Do-* dem generis argumenta, sed longè fortiora, quibus nostra  
*minus om-* conclusio inclinata recumbit. Primò, tantus nobis scriptu-  
*nium creatu-* rarum cumulus obuius est, vt aditum ad alia conquiren-  
*rarum, &c.* da precludere nobis videatur. Sed succinctè & cursim, nul-  
*Loca scriptu-* lo diuinorum librorum ordine seruato prout memoriæ  
*re pro hac* succurrunt, quæ sequuntur profero. Matth. 28. Data est mi-  
*senten.* hi omnis potestas in cælo & in terra. Ioan. 11. & 13. Sciens **B**  
*Matt. 28.* quia omnia dedit ei pater in manus. Luc. 10. Omnia mi-  
*Ioan. 11. &* hi tradita sunt à Patre meo. Psal. 2. Postula à me, & dabo  
*13.* tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam ter-  
*Luc. 10.* minos terræ: Reges eos, &c. Et Psal. 71. qui est præcipuus  
*Psal. 2.* præsentis disputationis locus, Dominabitur à mari vsq; ad  
*& 71.* mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Zacha-  
*Zach. 11.* 11. Ecce rex tuus venit tibi, & dominium eius à mari vsq;  
*Hebr. 1.* ad mare. Et ad Heb. 1. Quem constituit hæredem vniuer-  
*Apoc. 1. &* forum. Et Apoc. 1. Princeps Regum terræ. & c. 18. Habe-  
*18.* bat scriptum in femore, Rex regum, & Dñs dominan-  
*C* tium. Nec verò in dubiū vertere quis iure potest, an hæc  
 loca intelligantur de Christo Domino in natura assump-  
 ta: secundum enim quòd homo erat fuit à Patre consti-  
 tutus hæres vniuersorum, princeps regum terræ, Domi-  
 nus dominantium, possessor terminorum terræ à mari vsq;  
 ad mare, & omnia in manibus habuit, idest, in sua potesta-  
 te (phrasi scripturæ) quæ omnia indubitata faciunt no-  
 stram conclusionem.

*Dicunt ad-*  
*uersarij*  
*Christū dici*  
*Regē & do-*  
*minū solū in*  
*spiritualibus*

Authores aduersæ sententiæ hanc doctrinam tam ex-  
 pressis scripturæ testimonijs innitentem eludunt, dicen-  
 tes,

**A**tes, ea non de regno & potestate temporali, sed de spiritua-  
 li tantum vera esse. Contra quos ego stringere gladium &  
 fortissimè dimicare contendo: ipso (in cuius gratiā vtiā  
 ego nō sine gloria milite) ipso inquam Christo duce, atq;  
 auspice Christo. Id tamē initio protestari minimè præter-  
 mittā, nō ad eò obrusum pectus & animū me gestare, vt  
 existimem meis frigidis conatibus, idest, meis argumētis  
 solū illā veri veritate: nā ego licet eā munire & propugna-  
 re nesciam, constitutissimis ipsa alioqui & firmissimis præ-  
 fidijs circumquaq; munita est. Adnitā nihilominus eam  
 ego vtcunq; ab inimicis asserere, & vindicare.

**B** Principiò, qui inficiantur Christum esse absolutè &  
 verè Regem mundi, quemadmodum Philippus. I. L. nūc  
 est Hispaniarum rex, & Dauid & Salomon fuere reges  
 Iudææ, eadem ratione dicent non esse Christum propriè  
 regem, nisi tantum improprie, æquiuocè, translatiuè &  
 abusiue, sicut & dicitur esse Sponsus, Pater, Pastor, &c.  
 hoc verò dicere apertam absurditatem præferunt. Enim  
 verò hunc à Sanctis Patribus canonem præfixum habe-  
 mus, ea tantum nomina metaphoricè & translatiuè esse in  
 scriptura capienda, quæ si propriè accipiantur, absurdum  
 & falsum sensum reddunt. Sic per metaphoram accipi-  
 mus quòd Christus sit sponsus noster, sit Pater, sit caput,  
 sit fundamentum &c. propter incommoda quæ sequerentur,  
 si Christus propriè aliquid horum esset. Nunc agè,  
 quæ sequuntur absurda ex eo quod propriè, verè, & vt so-  
 nat, accipiat hoc nomen Regis, cum Christo in scriptu-  
 ris tribuitur?

Mirabile profectò est, quòd nomen regis, in toto bi-  
 bliorū corpore, semper significet proprium & verū regē,  
 & ab hac nunquam significatione distrahat: & tamen  
 tunc solū cum Christo tribuitur, & assatè & improprie

*Refutantur*  
*aduersarij*  
*multiplici-*  
*ter.*

*Regis nomē*  
*Christo tri-*  
*buitur, non*  
*improprie*  
*sed vere pro-*  
*prie, absolu-*  
*te.*

accipiendum sit? Sed dicunt nonnulli, aliquando in scri-  
 ptura reperitur nomen hoc translative acceptum, vt Apo-  
 caly. 9. Habebat super se regem, Angelum abyssi, & Iob.  
 41. Ipse est rex super omnes filios superbix. Sed his locis  
 minimè effugiunt isti vim nostri argumenti: nam quòd  
 nos contendimus, est, quòd à primo Geneseos capite  
 vsq; ad vltimum Apocalypseos, nunquam in tota scriptu-  
 ra appropriatur nomen Regis alicui homini, qui propriè  
 & temporaliter rex non fuerit. In solo ergo Christo, cum  
 tam aperto suæ dignitatis præiudicio, nomen regis impro-  
 priè accipi affirmabimus? Sanè in præcitatis duobus lo-  
 cis, vbi Angelo & Diabolo tribuitur nomen regis, perspi-  
 cuum erat tribui eis per metaphoram, propter manifestā  
 absurditatem, quæ sequeretur, ex eo quòd diceremus, aut  
 Angelum aut Diabolum esse propriè regem tempora-  
 neum. At quòd Christus vt homo fuerit proprius, verus  
 & absolutus totius orbis rex, quid obsecro infert incom-  
 modi & absurdi? Imò plurimum absurditatis ex opposi-  
 to sequitur. Præterea firmatur hoc ipsum, quia quòd se-  
 mel aut rarò nomen regis translative ponatur ad significan-  
 dum aliquid, bene habet: sed quòd cum tam sæpè scrip-  
 turæ hoc nomen inculcent, & illud Christo tribuant,  
 impropiè semper & translative Christo tribuât, ferre quis  
 poterit?

Neq; obstat, quòd interdum interpretes scripturæ no-  
 men regis in scriptura repertum, transferant ad signifi-  
 candum moraliter hominem iustum, quòd facit Beda  
 lib. 3. in Luc. cap. 43. eò quòd quos vocat Matthæus. c. 13.  
 iustos, vocat Luc. c. 10. reges. & Hiero. sup. Isai. 49. ibi, Et  
 erunt reges nutritij tui, per reges intelligit Apostolos. Et  
 Chryso. sup. Psal. 2. ibi, Altiter ut reges terræ, intelligit Dæ-  
 mones, & c. hoc in quâ nihil penitus obstat: nam in nostro  
 proposito,

Apo. 9.  
Iob. 41.

Tractatur  
& ostenditur  
latissime, an  
& ubi nomē  
regis in scri-  
ptura sumit-  
tur impro-  
priè.

Nomē regis  
aliquando si-  
gnificat ius-  
tos, uel Dæ-  
mones uel  
Apostolos.  
Matt. 13.  
Luc. 10.  
Psal. 2.  
Isai. 49.

A proposito, cōtextus ipse facer eorum locorum, in quibus  
 Christus appellatur Rex, & Dominus, & omnia potens,  
 & omniū hæres, magno omnibus argumento esse debet,  
 propriè ipsum esse regē, propriè Dominū, propriè cuncti  
 potentem, & propriè omniū bonorum Patris heredem:  
 nam dicitur successurus Dauidi, & Salomoni, quorū reg-  
 num erat proprium & absolutum: dicitur hæres vniuer-  
 sorum, & omnia penitus in suis manibus habens: dicitur  
 dominari à mari vsq; ad mare: dicitur Rex regum, & do-  
 minus dominatiū, & c. Non tantum Propheta, sacerdos,  
 Pontifex, quorum est ad spiritualia dirigere, sed Rex ite-  
 rum atque iterum, & omnium hæres & dominus. Vale  
 ergo longum dicamus his qui oppositum docent.

V Erum rationibus iam agamus vt has eadem scriptu-  
 ras dilucidius explicemus. Huic enim functioni illu-  
 strandarum, scilicet, & explicandarum scripturarum, ra-  
 tiones omnes deseruire debent. Ergo sunt qui, vt Christū  
 Regem fuisse persuadeant, contendant, ipsum iure hære-  
 ditario regnum obtinuisse, eò quòd deducit genus à Da-  
 uide per Salomonē & B. Virgo, per Nathan. Qua ratio-  
 ne vitur Burgen. super Matth. c. 1. Addit. 2. Conclusio-  
 ne. 3. & Armachanus lib. 4. de Quæstionibus Armeno-  
 rum. c. 15. & 16. & Ioannes Bacchonis, vt in Thoma V val-  
 densi, lib. 2. Doctrin. ar. 3. c. 76. Sed, vt locum veris rationi-  
 bus demus, hanc prius refellamus, dicentes, iure hæredi-  
 tario minimè Christum fuisse verum regem. Tūm qui-  
 dem, quia regnum Dauidis & Salomonis, progenitorum  
 Christi, iam profus fuerat intercisum & abolum in Ie-  
 chonia, & in perpetuum restituendum non erat. 4. Reg.  
 24. & Hiero. 22. Non erit de femine eius qui sedeat, scili-  
 cet, hæreditario iure, vel tanquam hæres. Tūm secundò,  
 quia licet certum sit, Christum filium fuisse Dauidis, in-

XIII.  
Rationibus  
iam proba-  
tur nostra  
sent.  
1. Ratio.

Refutatur  
hec ratio.  
quòd Chri-  
stus fuit rex  
iure heredito-  
tario, quia à  
Dauid. & c.  
Hiero. 22.  
4. Reg. 24.

certum tamen est, an essent alij magis legitimi successores tanquam cognati propinquiores stirpis regie: imò per lineam masculinā & non tantū per foemininā sicut Christus descendebat. Tū tertio, quia licet gratis demus, Christum ius habuisse in regnū Davidis, tanquā eius hæredē, nō inde sequitur quod in vniuersos homines circūquaq; per orbē diffusos, illud habuisset, sed in regnum tantū Iudæorum, quorū tantū David & eius successores fuerant reges. Nos verò vniuersale Christi regnum statuere satagimus, non ad certa Iudæorum regna cōtractum. Lege Valden. supra, & Franciscum de Christo in tertio. d. 4. de regno Christi. q. 5. con. 4. & in solut. ad argum.

**2. Ratio.** Alij alio titulo Christi regnum ab aduersarijs vendicant: nam dicunt, ex consensu, & quasi electione populi Iudaici, Christum, fuisse illius gentis regem: nam cum ardentissimè Messiam expectarent & tenacissimè crederent regem ipsum futurum temporalem, ideò publico totius gentis decreto in ipsum sua vota coniecerāt, & in regem elegerant. 1. Mac. 14. vbi dicitur populus detulisse regnum Machabæis, donec Propheta fidelis surgeret, id est, Christus. Hæc tamen ratio multis infringi potest medijs. 1. quidem quia ex ignorantia in eum consenserant, putantes, Messiam eorum bella & temporalia negotia acturum, & eos à Tyrannorū iniurijs indemnes seruaturum: error autem & ignorantia auferunt voluntariū, & faciunt contractum esse nullum. Secundò, quia regnū non semper valet populus traderé cui vult, nisi cum qui buisdam conditionibus, quæ ibi forsitan minime concurrebant. Tertio, quia fortassis reuocauerunt consensus suos, ac noluerūt Christū esse regem, cū eū humili loco natū, & rerū indigū, & ad belligerandū ineptū viderunt. Demū, licet ratio hæc alicuius esset ponderis, nō proba-

ret

**A** ret Christū totius orbis esse regē, quod nos tā anxie inuestigamus: sed solū Iudaici populi. Et ideò hanc prætermittentes rationem, licet eam attulerit Albertus Pygihus, lib. 5. de Ecclesiasti. hierar. c. 3. ad aliam transeamus.

Alij itaq; de quorum numero est Galatinus, lib. 4. de Arcanis cathol. verit. c. 27. eatenus probant Christum re-

**B** rum omnium regem ac dominū fuisse, quatenus Imperator, inquit, est temporalis rerū omniū rex, & dominus. 7. q. 1. c. In apibus, & l. de precatu. ff. ad l. R. hodie: Papa autem in spiritualibus est totius orbis dominus, ergo Christus in vtrisque, videlicet, in temporalibus & spiritualibus: nam vt habetur in Authentic. Quomodo oportet. in principio, à Christo, vt homo est, ambę potestates tā quā ab vno fonte manarunt. Quod tractat Turrecremata in. c. Duo sunt. 96. d. ad. 3. in solutione ad. 2. rationē. Hęc ratio apud doctiores parū valet: quoniam, licet Papa sit spiritualium Dominus, non ita Imperator est temporalium. Vnde sano modò accipienda est illa similitudo de duobus luminaribus, quæ Deus initio fecit: alterum, vt præesset diei: alterum nocti, quibus significari dicunt Imperatorem & Papam: quorum ille diei, id est, negotijs spiritualibus; ille verò nocti, id est, temporalibus præest: qua similitudine vtitur Innocentius. 3. c. solita. de Maiorit. & obed. & D. Anton. 3. p. titulo. 3. c. 1. initio, Turrecrem. lib. 2. summæ. c. 113. Syluest. verbo, Papa. §. 2. Hęc itaque comparatio minime procedit in eo quod cōstituit Imperatorem esse rerum temporalium Dominū. De quo Sot. 4. de Iusti.

**I** Am itaque rationibus, quę rem hanc pressius vrgeant, disputemus. Supponendum tamen nobis vnum est tāquā basis dicendorum, potestatem spiritualem & temporalem non esse interfese in composibiles, imò sunt per se coniun-

3. Ratio ex eo quod Imperator est dominus in temporalibus. & Papa in spiritualibus.

Refutatur. Duo lumina riæ cæli, sunt Papa & Imperator. Gene. 1.

XV. Bonæ ac firmæ rationes pro nostra sent.

*Gene. 14.  
Potestas tē-  
poralis &  
spiritualis  
non sunt in  
composibili-  
bus.*

*Moyſis fuit  
ſacerdos.  
Machabæiſa*

coniūctæ. Primum horum inde patet, quòd in lege natu-  
ræ Melchisedech Gen. 14. fuit Rex & ſacerdos: & primo **A**  
geniti iure legitimo vtraque habebant dignitatem, vt  
tradit Turrecremata lib. 2. Summæ. c. 116. ad. 3. Sed & in  
Moyſe vtraque potestas reſedit. Et quia de tēporali per-  
ſpicuum eſt, de ſpirituali probatur, ex eo quòd ſacerdos  
etiam fuit, vt liquet ex Pſalmo. 98. Moyſes & Aaron in ſa-  
cerdotibus eius. Vbi Geneſ. multos accumulatur Patres,  
adherentes, ſacerdotem fuisse Moyſen. Quinimò inficias  
ire nemo poteſt, quòd Machabæi fuerint ſimul Pontifi-  
ces & duces Iſrael. Verum eſt quòd per accidens ab Ec-  
cleſia illæ potestates ſunt diuiſæ. c. cum ad verum. 96. d. **B**  
vbi dicit Nicolaus Papa: Iam vltra ſibi nec Imperator iu-  
ra pontificatus arripiat, nec Pontifex nomen Imperato-  
ris vſurpet. Et. c. ſi Imperator. eadem. d. ſi Imperator ca-  
tholicus eſt, filius non præſul Eccleſiæ. At certum eſt  
quòd filius patrem non corrigit, ſed è contra, vt in Authē-  
tic. de Nuptijs. §. ſi verò.

*Potestas tē-  
poralis, &  
ſpirit. ſunt  
per ſe conti-  
næ.*

Quod verò duæ illæ potestates per ſe ſint coniūctæ,  
præbandum mihi eſt, ſupponendo ex Turrecremata. ca.  
Duo ſunt. 96. d. ad. 3. & lib. 1. Summæ. c. 90. & lib. 2. c. 114.  
& Alvaro Pelagio, lib. 1. de Planctu Eccleſiæ ar. 36. in fine  
& ar. 40. in principio, quòd quemadmodum homini du-  
plex ſinis propoſitus eſt, ſcilicet, naturalis & ſupernaturalis. **C**  
& naturalis, qui nihil aliud eſt quam viuere ſecundū  
virtutem moralem, per ſe dirigitur & eſt neceſſarius ad  
ſupernaturalem: nam qui virtutibus moralibus non eſt  
præditus, id eſt, qui præuè viuunt non eſt idoneus ad beati-  
tudinem. Ita duplicem potestatem debuit Deus conſti-  
tuere ſuper hominem, ſcilicet, temporalem & ſuperna-  
turalem: & quemadmodum ſinis naturalis non habet  
ſimpliciter rationem ſinis, ſed in tali genere, id eſt, in ge-  
ne-

A nere naturali, tunc autem perficitur quando ſupponitur  
alteri finita potestas tēporalis, cuius intērio eſt ſubiectos  
inducere ad virtutes morales, & ad finem naturalem, nō  
habet perfectam rationem potestatis, niſi ſubordinetur  
alteri potestati, id eſt, ſpirituali. Et rurſus, quemadmodū  
in artibus & facultatibus inuicem ſubordinatis, ſuperior  
non ſolūm continet in ſe vim & rationem inferiorū, ſed  
& præſcribit illis modum agendi: & inter ipſos artifices  
eſt vnus, qui appellatur Architectonicus, qui continet, di-  
rigitque eos in finē: ita debuit conſtitui vna ſuprema po-  
tetas, & vnus Architectonicus, cui per ſe omnino ſubij-

*Ars ſupe-  
rior conti-  
net inferio-  
rem.*

**B** ciantur potestates inferiores. Hinc Bonifacius, in Extraua-  
ganti, Vnam Sanctam. ſic ait: Oportet gladium eſſe ſub  
gladio, & temporalem authoritatem ſpirituali ſubijci po-  
teſtati. Vnde Paulus, ad Rom. 13. Non eſt potestas niſi à  
Deo. Et mox, Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: non eſſent  
autem ordinata, niſi gladius eſſet ſub gladio, dicente Dio-  
nyſio, lex diuinitatis eſt infima per media in ſuprema re-  
duci, ergo Chriſtus, qui potestatem habet ſupremam ſpi-  
ritualem, & cuius intereſt nos in finem beatitudinis refer-  
re, debuit etiam ſibi hanc ſecundam, ſecularem, ſcilicet,  
potestatem adſumere.

*Potestas ple-  
na, & perfe-  
cta ſpiritua-  
lis ſubijci ſi-  
bi tempora-  
lem.  
Roma. 13.*

**C** At obijcies, Ex dictis ſolū haberi quòd quatenus tē-  
poralia ordinantur ad ſupernaturalia, ſubſint Chriſti do-  
minio, non verò abſolutè: hoc autem modo habere pote-  
ſtatem temporalem non eſt eam habere ſimpliciter, nā  
ſimiliter Papa rerum omnium temporalium fungitur  
potestate, pro vt ſunt neceſſariæ ad ſupernaturalia, ratio-  
ne cuius poteſt regna temporalia ab his regibus auferre,  
& alijs conferre, quòd fecit Zacharias Papa cū rege Fran-  
ciæ, referente Gelafio Papa, in. c. alius. 15. q. 6. & idem fe-  
cit Innocentius. 4. cum rege Luſitaniz, & habetur. c. grā-

*Obiectio. 1.  
quòd ex di-  
ſis ſolum ſe-  
quitur quòd  
Chriſtus ſit  
Rex ſpiri-  
tualis.*

dide. Supplenda neglig. Præl.in.6. & tamen per hoc Pa-  
 A pa non dicitur verè Rex, nec rerum dominus, ergo pari  
 ratione Christus verè rex & dominus minimè dicitur, li-  
 cèt in ordine ad supernaturalia omnia sint illi subiecta.  
 Vim habet argumentum.

*Responde-  
 tur & ex-  
 plicatur, q  
 Christus sit  
 rex in tem-  
 poralibus.*

Respondetur tamen, ita esse, quòd Christus solùm est  
 bonorum temporalium dominus, pro vt ordinantur in fi-  
 nem supernaturalem: cæterùm absolutè & per se ordinā-  
 tur in illum. Quod adèò verum est, vt si temporalis pote-  
 stas hanc ordinationem subterfugiat, non sit simpliciter  
 potestas: quinimò nec res ipsæ temporales sunt apta do-  
 minij & potestatis materia, nisi pro vt illis Rex ac domi-  
 B nus earum vti debet in finem ipsum potestatis spiritua-  
 lis. Ex hoc itaque perspicuè deducimus, Christo, Do-  
 mino, ex eo quòd tanquàm supremus artifex Archite-  
 ctonicus omnia regit, gubernat, & dirigit in finem super-  
 naturalem electorum (nam nec res ipsæ temporales futu-  
 ræ essent nisi pariter dirigendæ in finem electorum es-  
 sent) hinc inquàm liquet omnes res temporales, totas  
 & totaliter, & omnibus modis, subesse Christo domino,  
 neque ratione aliqua eius posse ditionem subterfugere.  
 Quò præclara illa D. Tho. verba. 22. q. 40. ar. 2. pertinere  
 videntur, Omnis persona, vel ars, vel virtus, ad quam per-  
 C tinet finis, habet disponere de his quæ sunt ad finem. &c.  
 Ponderandum est verbum illud D. Tho. Omnis perso-  
 na, vel ars, vel virtus. Cùm enim Christus vt homo sit  
 persona, ad quam pertinet finis, est enim vt homo consti-  
 tutus à Deo primus rerum omnium Dux, Iudex, Ponti-  
 fex, Rex. &c. in q; ipso sit ars & virtus architectonica, id  
 est, potestas plenissima ad dirigendum omnes personas,  
 omnesque earum virtutes & artes in finem illum, qui sim-  
 pliciter est finis, sequitur apertè penes ipsum Christum  
 ple-

A nissimam & perfectissimam esse rerum omnium potesta-  
 tem: ita vt nulla ex parte considerari creaturæ possint, se-  
 cundùm quam effugere ordinem vniuersalissimæ huius  
 potestatis valeant. Rectè quantum ad hoc Aluarus Pe-  
 lag. lib. 1. art. 59.

At vis huius rationis vt luculentiùs appareat, libet eam  
 amplius premere hac obiectione, quæ paulò ante tacta  
 est. Sanè ad summū etiam Pontificem spectat, vniuersos  
 Christi fideles in spiritualem finem euehere & perdu-  
 cere: si ergo ea ratione Christus est rerum omnium rex &  
 dominus, quia sua interest in hunc finem omnes trāsmitte-  
 re, eadem ratione rerū dominus erit Papa. Responsio tam-  
 B en in promptu est. Negamus Papam esse regē, ac Do-  
 minum rerum. Imò, vt bene Gerson, quē refert Almain.  
 de Pot. Ecc. c. 7. opposita opinio fuit adulatorum Papæ,  
 quam præ alijs tenet, & fulsissimè, sed prorsus inaniter tra-  
 ctat Aluarus Pelag. lib. 1. de Planct. Eccl. c. 37. 40. 44. sed  
 præsertim. 56. 58. & 59. &c. Sanè Monachus Fræciscanus  
 potest ad summum Ecclesiæ pontificatum assumi, & ta-  
 men non ideò esse verū rei alicuius dominū, quantò mi-  
 nus totius orbis, tractat Alm. c. 6. supra; De quo Soto, Vi-  
 ctoria, Nauarro, Corduba, lib. 1. Quæst. q. 57. vbi innume-  
 C ros Doctores vtrinq; pugnantes, producit in aciē. Nega-  
 mus itaq; Papam esse regē ac Dominū rerū, quia ad ipsum  
 non ita spectat quæ admodū ad Christū omnes in finem di-  
 rigere. Nam cū Pontifex finitè & limitatè sit capacitatis,  
 & multoties ipsum lateat ordo & proportio rerū tempora-  
 liū in finem spirituale, ideò ad ipsum nequaquā spectat om-  
 nibus modis rerū dominari: sed solū iuxta taxatū & prescri-  
 ptū canonē, quo secundū humane intelligentiæ modum  
 ipse Papa dispicere valet, qua via temporalia spirituali-  
 bus deseruiant. At in Christo, secus euenit, cū enim eius  
 Ecc 2 intel-

*Altera obie-  
 ctio, quia iā  
 Papa eadem  
 ratione esset  
 Rex, & dom-  
 minus mūdi.*

*Responsio.*

*Altera obie-  
 ctio, quia iā  
 Papa eadem  
 ratione esset  
 Rex, & dom-  
 minus mūdi.*

*Cur Papa nō  
 sit Rex licet  
 omnia ad su-  
 pernaturalia  
 lia &c.*

intelligentia nullis finiatur limitibus, i. nil est in rebus A temporalibus considerabile, quod pro vt ab ipso dirigitur & ordinatur, non deseruiat in finem supernaturalem. & ideo nihil penitus est temporale, quod Christi domini augustissimum imperium, potestatem, ac dominium aliquā ratione subterfugiat, aut prætereat.

Hinc vos deprehendere rationem potestis, ob quam Papa nusquam vnquam appellatus est rex terræ, neque dictus vnquam est habere vniuersale rerum dominium, aut esse hæres vniuersorum: sed quoties de eius potestate fit mentio, semper ijs nominibus describitur, quæ ad spiri- tualia pertinent: nam dicitur Sacerdos, Pontifex, Episcopus, Papa, Pastor, Pater &c. Christus verò nō solum his, sed & illis augustissimis nomenclaturis felicissimè gaudet, Heredis vniuersorum, Regis, Principis, Imperatoris, &c. Et quidē hinc ampliores vires desumit argumentū: nam si potestas spiritualis satis esset ad hoc vt Christus diceretur Rex, & dominus, & hæres vniuersorū &c. iā Pa- pa, qui vniuersali fungitur potestate spiritali, dici etiam posset Rex, dominus &c. Sed nusquam sic appellatur, nō ergo illa potestas sufficit, & proinde præter hanc, alia in ipso constituenda est temporalis, rationē cuius Rex, do- minus, & hæres rerum dici possit.

Nota maxi-  
mè hanc ra-  
tionē ex di-  
ctis collectā.

XVI.  
Altera ra-  
tio fundata  
in præclaro  
testimonio  
D. Berni  
Isai.

Altera ratio, quæ multiplicia nobis arma ministrat ad C expugnandos aduersarios, innitur præclarissimo testi- monio D. Bernardi, lib. 3, de Consideratione, ad Eugenium Papam, cui ita dicit: Dispensatio tibi credita est, non data possessio: non tu ille, de quo Propheta, Erat omnis terra possessio eius. Christus hic est, qui possessionē sibi ve- dicat, & iure creationis, & merito redemptionis, & dono Patris Communis, & Beatus Bernardus tres dominii amplissimi quæ ad rem omnium habet Christus, p. 1. l. 10.

Pri-

A Primus est creationis, de quo, quia extra litē positus est, conticescimus: alter est titulus redemptionis, quem Abu- len. super Matth. 25. q. 327. opportunè adducit, & corrobora- rat firmissimo præsidio, desumpto ex Paulo, Rom. 14. Mortuus est, & resurrexit, vt viuorum & mortuorum do- minetur. Vt dominetur, inquit, eò quòd morte & resur- rectione sua & mortuos & viuos redemit. Adijciamus & illud, Empti enim estis pretio magno. Et rursus illud. i. Petri. 1. Non corruptilibus auro & argento, sed pretioso sanguine agni immaculati, &c. Profecto qui acquirit le- gitimo titulo aliquem seruum, habet in illum perfectum

Titulo redē-  
ptionis est  
Christus om-  
nium homi-  
num rex, &  
dominus.  
Rom. 14.  
1. Cor. 6.  
1. Pet. 1.

B dominium, & in omnia eius bona, & peculia: & Quid- quid seruus acquirit, domino suo acquirit, vt habent iura, l. placer. ff. de Acquirenda hæreditate. & l. Etiam in iustis. de Acquirendo rerum dominio. & Institut. Per quas perf. nob. acquirit. Sed Christus nos legitimo iure habet in ser- uos, quoniam emit & redemit nos sanguine suo (quod tra- ctat D. Basil. in Psal. 48.) vt tam quo ad animam quàm quo ad corpus liberi essemus à morte æterna, & à pote- state Diaboli, cuius ditioni iure eramus obnoxij. Ergo habet perfectum ius dominiatiuū quo ad animas, & quo ad corpora: ac proinde quo ad omnia bona nostra, & con-

Regnum, &  
dominiū dis-  
ferunt.

C sequenter est rerum omnium dominus absolutus. Illa nanq; ratio, ex Bern. adducta, non tantum probat quòd Christus sit rex, sed quòd sit Dominus. Nam, vt tractat Almain. de Potest. Eccle. c. 6. ex Arist. Rex est qui domi- natur aliquibus tanquam liberis, sed dispotes est ille, qui dominatur tanquam seruis. Christus autem illo redem- ptionis & emptionis titulo, in seruos nos acquisiuit. Et qui- dem hæc ratio ineluctabiliter conuincit, quòd Christus saltem post resurrectionem sit verè ac propriè rerum do- minus. Nec, vobis ego arbitror, hoc in dubium verteret qui do-

Titulus redē-  
ptionis solu-  
probat q  
Christus  
post resurre-  
ctionē sit rex  
& dominus.

E e e 3





toris Theologi nomine gaudet. **Q**uanuis tam resolute & affirmanter, & (vt verius dicam) tam inconsiderate, tã indistincte & indiscrete nonnulli nostri temporis Doctores Christo regnum ac dominium rerum detrahunt, vt merito ego male illis metuere possim, quod intelligant etiam de Christo post resurrectionem, & vt nunc perfectè beatus sedet ad dexterã maiestatis in excelsis. In hos ego vehementer irruerem, & inueherer, nisi nonnulla etiam mihi reliqua esset spes, quod non intelligant de Christo vt nunc est à dextris patris, sed solum de illo, pro vt mortalem hinc apud nos agebat vitam. **Q**uandiu ergo inter spem, metumq; dubius hæreo, eos lacessere, & in li-

A

B

C

gi &amp;

## XVII.

*Hinc tractatur, quod etiã in hac uita uiuēs Christus erat rex & dñs, &c.*

**D**E Christo ergo hinc apud nos mortalem vitam agente, à me sermo suscipitur. Et probo, quod illi negant, ipsum, scilicet, etiam quando hinc erat, fuisse verum regem ac dominum: idq; probo ex altero titulo, quem D. Bernardus perstrinxit, in illo verbo, Et dono Patris. Profectò D. Tho. in Opusculo. 20. lib. 3. de Regimine Principũ. c. 12. & 13. expressè habet, Christum à sua natiuitate temporalem & veram rerum habuisse potestatem, in cuius rei signum (ait ipse) tempore suæ natiuitatis, descriptus fuit uniuersus orbis per Cæsarem, qui ex commissione Christi & vice Christi (ait S. Tho.) mundi administrabat Imperiũ. **Q**uæ verba non raptim à vobis, & per trãsennam (quod aiunt) sed oculatissimè & morosè obseruanda sunt. Sanè si vice Christi & ex commissione Christi administratione temporalem imperij habebat Cæsar, Christus erat proprietarius, verus, proprius, perfectus & absolutus mundi dominus, rex, Imperator, &c. Hinc, vt obseruauit Almc. 8. Magi Reges Orientales, ipsum in præsepi iacentem ac vagrantem, adorarunt, debitam ei, ceu vero eorum re-

*Quod Cæsar nix, & loco Christi administrabat imperiũ mundi.*

**A**gi & domino, præstantes obedientiam. Et, referente eodẽ D. Thom. ibidem, & Paulo Orofio lib. 6. c. 18. & Abuleno in Chronicis, & Baptista Mantuano, lib. 3. Parthenices, & Aluaro Pelagio lib. 1. de Planctu Ecclesiæ, art. 40. in fine, exinde iam Augustus Cæsar prohibuit, ne quisquam ipsum appellaret Dominum. Cum enim paulò antè se tanquam Deum à populo adorari vellet, Sibylla Tiburtina siue Albunea Romam venit, ostenditq; illi mirabilem visionem Virginis, in sinu puerum splendidissimum gerentis, quem solum esse Dominum, ac regem orbis ostendit. Indignum planè est viris Catholicis, quem Gentiles, scilicet, Sibylla, & Romanus Imperator verum rerum Dominum confitentur, ipsos negare. Nunquid enim debuit Christus aulicorum strepitu stipatus incedere, & equis multisque phaleratis insidere, auro, bysso, & serico splendescere, gemmã bibere, & Sarrano ostro dormire, vt vel sic persuaderet hos nostri temporis Theologos, se esse verum regem, & proprietarium rerũ dominum?

B

C

Præterea, qui nunc temporis in æternitate Regem & dominum Christum fatentur, omninò tenentur eadem perspicuitate credere, etiam quatenus hinc mortalem vitam agebat, eandem potestatem habuisse. Nam certissimũ est in doctrina D. Tho. quidquid Christus nunc habet à dextris Dei sedens, id penitus ab instanti suæ cõceptionis in honestissimo Virginis utero delitescentem habuisse: exceptis his, quæ cũ statu viatoris non se cõpatiebatur. Itaq; tantundè in utero matris existens habuit Christus gratiæ, gloriæ, scientiæ, potētis, quantum nunc in cœlis existens habet. Rursum, iisdem officijs, prærogatiuis, dignitatibus, Doctoris, Iudicis, Capitis, Redemptoris, Pastoris, Aduocati, Sacerdotis, Prophetæ, &c. quibus nunc tẽpo-

*Sibylla Tiburtina oraculum.*

*Efficax ratio quod Christus hic erat rex & Dominus.*

*Omnes dignitates quas Christus nunc habet in caelo, habuit in utero matris existens.*

ris in aeternitate fungitur & cōdecoratur, ijs omnibus præditus & ornatus in utero Virginis fuit. Solene ergo Regis ac Domini dignitates, quibus nunc in caelis fulget, defuerit Christo in utero Virginis existenti? Nunquid ibidem degens, illas alias dignitates administrabat & exercebat? Nequaquam. Et tamen quantum ad ius & in habitu (vt sic dicam) eas ibi habuit. Quare ergo eadem prorsus ratione regiam ac dominatiuam ei in utero existenti denegabimus? Sola gloria corporis, & scientia quaedam, quam vocant experimentalem, & vsus prædictarum dignitatum exterior, & externa quaedam alia, Christo tunc temporis deerant: quoniam ista eius erant naturæ, vt cum infantili illa viatoris ætate & conditione passibili, quam .33. annorum interuallo, in hac vita præferebat, stare non possent. At ius & proprietates regni ac domini stare quàm optimè poterat, & sibi inesse, quandiu hic cum hominibus conuersabatur, sicut & illi inerant reliquæ dignitates Sacerdotis, Magistri, &c. Ergo aut omnino dicendum est, quòd in aeternum Christus, in quantum homo, regia hac & dominatiua erat potestate cariturus (quod studiosi gloriæ Christi non dicunt:) aut verò quòd eam in statu etiam viatoris habuerit, (quod veri Theologi nequaquam inficiabuntur.)

*Vsus & dominium rei differunt. Galat. 4. Pueri habent ius, dominiū proprietatē licet non usum.*

Nemini sanè dubium est, quin vsus & dominium rei multis titulis differant: nam stat aliquem vsus habere rei, cuius non est Dominus: & contra, habere dominium rei, cuius adhuc vsus non exercet. Hinc Paulus, ad Gal. 4. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium. Quod & habent iura. l. cū hæres. ff. de Diver. & tempora. præscrip. Et Institut. de Hered. qualit. & diff. finali, de quo Victoria Relectio-  
ne de Indis. l. num. 23. Christus autem consideratur à se-

cretio-

A cterioribus Theologis, pro vt in hac vita existeret, tantquam infans & paruulus: quapropter à seruo nihil differre videbatur, cum tamen esset Dominus omnium. Sicut itaque quòd quis habeat ius, ac veram potestatem & proprietatem non exigit quòd vsus & exercitium semper habeat: ita in Christo pariter asserendum est. Ex quo fit, id quod Christus, Matth. 28. post resurrectionem dixit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, nequaquam eum sensum habere, quòd tunc primò ius, & dominium caeli & terre acquisierit, sed quòd ex inde coeperit innotescere ac manifestari mundo potestas illa: quodque exinde regni vsus exercere, & Imperij habere regere coeperit. Nam quo ad potestatem & ius regni, iam ante dixerat, Omnia sibi tradita fuisse à Patre suo: & rursus, omnia in manibus habere. &c. Et quidem præter plerosque alios Doctores, qui meæ patrocinantur sententiæ, quos debito statim ordine percensebo, sunt qui in particulari de Christo, vt hic in terris agebat disputantes, illum dicunt prædictam potestatem, quo ad spiritualia, & quo ad temporalia habuisse. Nauarrus doctissimus super. c. Nouit. de Iudicijs. notab. 3. num. 9. Turrecremata, lib. 2. Summæ. c. 96. Almain. de Potestate Ecclesiæ. c. 8. & alij, vt Hostiensis, & Anton: quos ibi Nauarrus refert. & facit. l. qui in utero. ff. de statu hominum. Huc de proximo spectat quod statim atque in Psalm. 2. introducitur Christus Dominus secundum humanam naturam dicens: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te (nam quòd de Christo vt homo est, istoc usus accipi debeat, tenet D. Athanasius, quod & tetigit D. Aug. ibi Psalm. 2.) statim, inquam, per dialogismum introducitur Pater dicens, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Re-

F ff ges

*Christus tota hac vita paruulus.*

*Matth. 28.*

*Luc. 10.*

*Ioan. 13.*

*et c.*

*Rursus quòd in utero matris fuit omnium rex, & dominus, etiā temporalium. et c.*

ges eos &c. Postulationem autem hanc Christum fecit A  
 fe in utero matris, & ibidem exauditum à Patre pro sua  
 reuerentia fuisse, atque adeo ibi hæredem gentium fuisse  
 constitutum, & terminorum terræ possessionem, id est,  
 perfectum rerum etiam temporalium ius & dominium  
 à Patre suscepisse, satis conforme est veræ Theologiæ,  
 quæ in donis, in meritisq; & dignitatibus nihil Christum  
 profecisse docet, per totum suæ vitæ progressum. Ac  
 proinde prædictas dignitates à conceptionis instanti à Pa-  
 tre sibi collatas perfectissimè habuit.

XVII.

*Alteratio  
 tio quia ad  
 dignitatem  
 Christi perti-  
 nebat &c.  
 Christus ho-  
 mo omnipo-  
 tens in hac  
 vita.  
 Iudex rerū  
 omnium erat  
 in hac vita.*

**A**dhuc aliter nostra sententia comprobatur: nā, quo-  
 niam ad dignitatem Christi pertinebat, vt haberet B  
 omnipotentiam respectu rerum omnium: ita vt possit  
 non minus orbis cælestes mouere, quàm possit Ange-  
 lus, non minus calefacere quam ignis: idè quatenus ho-  
 mo & vt erat viator, hanc illi Pater contulit dignitatem,  
 vt habet D. Tho. 3. p. q. 13. art. 2. Rursus, eadem ratione iu-  
 dex rerum omnium erat, id est, habebat ius statuendi & iu-  
 dicandi de omnibus, quod tractat idem D. Tho. 3. q. 59. ar.  
 4. Et patet ex illo, Potestatem dedit ei iudicium facere,  
 quia filius hominis est. Vbi de se in hac vita existente; &  
 secundum quod homo erat, perspicuè intelligit, dum lo-  
 quitur per verbum præteriti, dedit: & dicit, Quia filius C  
 hominis est. At quod esset rerum omnium Dominus,  
 quòdque tam corporum quàm animorū esset rex, ad eius  
 dignitatem pertinebat: imò, vt in illo arti. 4. ad. 1. dicit D.  
 Tho. potestas iudicis sequuta est in Christo regiam dig-  
 nitatem: & vt notabat Abulen. super Matth. 23. q. 327. iu-  
 dicium aliquod dominium in iudicante requirit, ad Ro-  
 m. 14. Tu quis es? qui iudicas alienum seruum. &c. Cum er-  
 go Christus in natura assumpta sit omnium iudex, om-  
 nium etiam esset rex & dominus debuit, licet neque regis  
 neque

Joan. 17.

Rom. 14.

A neque iudicis voluerit in temporalibus, cum hic dege-  
 bat, administrare potestatem. Accuratè Didacus Stuni-  
 ca, super Zachariam. c. 9. ibi, Ecce Rex tuus, Christum,  
 inquit, quatenus hominem tanto amore prosequutus Pa-  
 ter est, tantaque est erga eum magnificentia vsus, vt, si-  
 cut ipse è corpore atq; spiritu compositus, erat, ita eum &  
 Regem spirituum & corporum etiam fecerit: vt tam la-  
 tè eius regnum & imperium pateret, quàm ipsius Dei:  
 ita vt nihil Deo subditum sit quod non Christo subij-  
 ciatur.

Paulus certè Apostolus, qui pro Christi gloria singula-  
 B riter dimicauit, Omnia dicit, subiecisse Patrem sub pedi-  
 bus Christi. 1. Cor. 15. Quia autè tam illimitatè, tam exag-  
 geratè, & resolutè dixerat, Omnia subiecta esse Christo,  
 nequis inde ansam arriperet existimandi etiam Patrem  
 æternum sub Christi regno, & dominatione comprehen-  
 di, necessum sibi esse iudicauit Paulus, Patrem nomina-  
 tim excipere. Vnde subdidit, Cum autem dicat, Omnia  
 subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei  
 omnia. Porrò si, vt habet Iurisprudentium regula, Ex-  
 ceptio facta firmat regulam in contrariū, iam ex eo quod  
 Paulus excepit Deum tantum à subiectione Christi, vi-  
 C sus est reliqua omnia, nullo prorsus excepto, sub Christi  
 regno, ac ditione posuisse. Et rursus, Quem constituit hæ-  
 redem vniuersorum. Vniuersorum, inquit, vt neque tēr-  
 rena & temporalia eius effugiant potestatem: Et, Hære-  
 dem, ait, vt absolutus, & proprietarius Dominus esse sig-  
 nificetur. Quod ad Philippen. 2. distinctius adhuc expri-  
 mit, dicens: In nomine Iesu omne genu flectatur, Cœle-  
 stium, Terrestrium & Inferorum. Nimirum quia terre-  
 stria, cælestia, & inferna Iesum, vt verum Dominum ag-  
 noscunt & confitentur. Hanc huius verbi non tantum spi-  
 ritua-

1. 177

1. 178

*Paulus sepe  
 tradit hanc  
 Christi uni-  
 uersalem po-  
 testatem.*

1. Cor. 15.

*1. Cor. 15.  
 1. 177*

*Hebr. 1.  
 Phil. 2.*

ritualis, sed absoluta, totalis, & vsquequaq; perfecta pote-  
 stas Christo assignatur. Quod verò de Christo, vt homi-  
 ne, in his locis sit sermo, nullus qui Theologiam vel à li-  
 mine salutauit, in dubium vocat. Vnde Gloff. ad Eph. i.  
 illa verba, Omnia subiecit sub pedibus eius, sic elucidat  
 id est, sub humanitate eius. Non enim sine causa excellēs  
 illud epitheton, Rex regum & Dominus dominantium,  
 in femore scriptum gestabat Christus. Nam significatur  
 per femur humanitas Christi, vt habet D. Augu. 16. de  
 Ciuit. c. 33. Hiero. ad Principiam & ex neotericis Albertus  
 Pyghius, lib. 3. de Eccle. Hier. c. 3. vbi de his fuse differit.  
 Vnde antiquitus in femore iurabant Patriarchæ Gene. B  
 24, 47. 51. id est, per Messiam, qui vi facultatis generatiue,  
 circa femora vigentis, generandus erat verus homo. In-  
 ficias igitur ire nemo iure potest, quòd ad exactam, ple-  
 namque Christi perfectionē omnino pertinebat, vt cui  
 aliæ inerant diuinæ dignitates hæc minime deesset, sed  
 inesset potius perfectissimè.

## XIX.

*Cur negat ali  
 qui Christū  
 esse Regem,  
 & Dominū*

TAndem inquirere libitū est ab aduersarijs, præsertim  
 si gloriæ Christi studiosos se esse præferūt, cur Chri-  
 stus hic viuens non habuit vtranq; potestatem, temporale  
 & spirituale? Nunquid quia non possunt coniungi in  
 vna persona? Minime sanè, vt probauimus. Nunquid, C  
 quia non decuit Christum? At certè maximè. decuit, li-  
 cet eam non debuerit hic exercere sicut neque exercuit  
 Iudicis officium, & tamen habuit ipsum. Nunquid quia  
 Christus erat hoc gladio temporalis potestatis sicut fu-  
 riosus abusus? hoc certè est impium & blasphemum.  
 Nunquid quia hæc potestas ac rerum proprietates impedi-  
 mento futura erat Apostolicæ, euāgelicæ, ac prorsus diui-  
 næ perfectioni, quam ipse profitebatur? Neque hoc sane.  
 Nam licet nos per rerum proprietatem & dominium,

mul-

A multum retardemur à perfectione: (nemo enim militans 2. Tim. 23  
 Deo, implicat se negotijs secularibus, ait Paul.) hoc tamē  
 prouenit ex imbecillitate nostra. Quamobrem monachis  
 prohibita est rerum possessio & administratio: quia ipsos  
 impediret à perfectione: quæ tamen possessio concessa est  
 Episcopis (licet monachi sint) eò quòd eorum prudentia  
 maior, & captus capaxior, & virtus solidior & constantior  
 esse præsumitur. Sunt namq; Episcopi in eminentiori ac  
 perfectiori statu constituti, quam sint religiosi: & idcirco  
 bonorum etiam temporalium potuit & debuit ipsis cura  
 demandari, vt per horum bonorum vsum, multam sibi  
 B & Ecclesiæ, salutem spiritualem comparent. Illis itaque  
 melius est vtrorumq; bonorum administrationem gere-  
 re, quod tamen priuatis monachis minimè congruit. Et-  
 enim discipuli facillè remoueri solent à disciplina, non ita  
 doctores à doctrina. Adhuc simile est in naturalibus. No-  
 bis quidem melius est non intelligere res singulares & in-  
 firmas: quoniam, cum noster intellectus finitus sit, & ad  
 tot & tanta non sit habilis, cum dat operā hisce minutis  
 & vilibus rebus intelligendis, auocatur à cognitione diui-  
 norum & supernaturaliū. Deus autem longè se aliter ha-  
 bet: cum enim eius intellectus sit virtutis infinitæ, & illi-  
 mitatæ capacitatis, & ratione vnus non impediatur à cog-  
 nitione alterius, ideò magna est illi perfectio, etiam vilia  
 & minutissima quæq; cognoscere. Hoc itaq; idē in Chri-  
 sto. Domino affirmandum nobis est, nimirum, nequaquā  
 ipsum à perfectissimo & editissimo totius virtutis & san-  
 ctitatis culmine vel latum vnguem remoueri, per hoc  
 quòd rerum omnium dominium ac proprietatem sibi as-  
 sumperit. Nulla ergo ratio assignari (quæ vel vmbra  
 habeat probabilitatis) potest, ob quam deneganda Chri-  
 sto sit prædicta potestas. Verum quantum coniecturis af-  
 sequi

*Not. cur mo-  
 nachis inter-  
 dictus est  
 usus rerum  
 temporal. nō  
 uerò Episco-  
 pis.*

*Christus per  
 hoc quod tē-  
 poraliū do-  
 minium &  
 usum habe-  
 ret, non im-  
 peditur à  
 perfectione.*

sequi possum, ratio ob quã in oppositam venire sententiam aduersarij, ea est, quia plurimum eorum delicatissimis auribus dissonat illa vox, nimirum, Temporalis. Statim enim illatum putãt, quòd more cæterorum regũ incedere Christus debuisset: quod quia ille non fecit, illi resiliunt & auersantur nostram sententiã. Sed quã im merito, qui non videt, accuset tarditatem ac cæcitatem suam. De quo adhuc in solut. ad. 2. argum. Iam hæc omnia si vera sunt, patentem nobis ianuam veluti digito commonstrant, quam ingressi facile retundere proposita argumẽta poterimus. In quibus enodandis multa adhuc dicã, quæ nostram sententiã firmitus stabiliant & confirmet.

**XX.**  
Referuntur  
auctores pro  
nostra sent.

**P**rius tamen in eiusdem sententiæ patrociniũ recensebo nonnullos doctores, qui eam tuentur. Ij sunt D. Antoninus. 3. p. titul. 22. c. 5. §. 8. & titulo. 3. c. 2. initio. Paulus Burg. Matth. 1. Additio. 2. Conclu. 3. Abul. Matt. 25. q. 327. Galati. lib. 4. c. 26. 27. & 28. Viguerius. c. 17. de Statibus Eccl. §. 1. Versu. 18. Aluarus Pelagius, lib. 1. de Planctu Eccl. ar. 37. & 40. & 59. Almai. de Potestate Eccl. c. 8. & 15. Ar machanus lib. 4. de Quæstionibus Armenorum. c. 16. & Theologorum princeps & corypheus D. Tho. 3. p. q. 59. ar. 4. ad. 1. & expressius, Opuscul. 20. lib. 3. de Regimine Principum. c. 12. & 13. Ioa. Arboreus lib. 3. suæ Theosophias. c. 5. & demum plures alij Theologi, vt Rossen. contra Luther. pro vt refertur à Cordub. lib. 1. q. 57. & Mag. Cano, in lectura super. 22. q. 62. art. 1. vbi de Dominio disputauit. Et quidem de Theologis hos commemorasse contentus, ceteruam Iuristarum illis adiungere possem, vt isti illis conglomerati irrefragabilem ac prorsus ineluctabilem vim faciant aduersarijs. Breuiter sciatis, communem hæc esse sententiã Iurisperitentiũ, nominatim ( vt nonnullos referam ) Nauarra super c. Nouit. de Iudic. loco citato, Al-

uari

**A**uari Pelag. vbi allegatus est, Turrecre. sup. c. Duo sunt. 96. d. ar. 3. in solut. ad. 2. rationem. & c. cum ad verum. eadem. d. ar. 4. & lib. 2. Summæ. c. 116. ad. 1. obiectionem. & Ioan. Fabri. l. Cunctos populos. C. de summa Trin. Hostiensis c. Quod super his. de Voto, & c. Et quidem isti apertè id tradunt. Quod de authoribus, quos pro altera parte allegabamus, verè dici nõ potest: nam, vt duos aut tres eorũ præteream, tã omnes alij quã sancti etiam allegati in eo quod contendunt, nobis minimè aduersantur. Siquidem solum asseuerant, Christum non fuisse regem, more eorũ qui apud homines regnant: in quam nos sententiã manibus, pedibusq; venimus: vt in argumentorum solutionibus explicare iam pergimus. Voti vtinam compotes feliciter euadamus.

**A**D primum itaq; argumentum fatemur, iã à tempore bus sechoniæ nusquam vnquam de semine Dauid successisse aliquem, vsq; ad Christum, qui tẽporali regni Iudæorum potestate fulgeret. Et quidem hoc conuincit ille locus, quòd iure hæreditario nullus vnquã illius regni gubernacula esset habiturus. Porrò Christus non iure hæreditario, vt satis superq; probauimus, & tractat Alma. suprã. c. 8. & V. vald. doctissimè, lib. 2. Doctrinal. ar. 3. c. 76. sed ex dono Patris & titulo redemptionis augustissimũ orbis regimen & dominiũ habuit. Aliud verò D. Ioan. testimoniu. c. 18. Alua. Pel. lib. 1. ar. 37. ex Glossa, tradit, hunc habere intellectũ, quòd, scilicet, vt doceret nos mundi pã spernere, ideò regni huius mudi cõtẽptorẽ se Christus semper exhibuit. Sic Ioã. 6. cũ cognouisset, quia vëturi erat vt raperet, & faceret eũ regẽ, fugit in môtẽ. Dicit etiã potest ideo Christũ dixisse, Regnũ suũ nõ esse de hoc mudo, quia in hoc mudo regnũ administrare noluit. Sed vrges, Pilatus nõ de administratione, sed de iure sciscitaba-

tur,

**XXI.**  
Ad argu. ini  
tio posita.  
ad. 1. explica  
tur locus  
Hier. 22.

Explicatur  
locus, regnũ  
meũ non est  
de hoc mudo.  
Ioan. 6.

Replica.

Solutio.

Non dixit  
Christus, regnum  
meum non est hic,  
sed non est  
hinc.

tur, an illud haberet? & huic Christus apertè respondit, se **A**  
regnum neutiquam possidere. Veruntamen si medita-  
tius obseruemus responsum Christi, inueniemus ipsum  
non negare se esse regem & habere ius regni, sed regnum  
suum non esse quale est Regnum mundi, imbecille, scilicet  
& caducum: vt pote quod à ministris robur accipiat,  
& temporum vicissitudinibus exolescat. Vnde dixit, Re-  
gnum meum non est de hoc mundo. Et adhuc expres-  
sus, Nunc autem regnum meum non est hinc. Vbi, vt  
obseruat Theophy. non ait, Regnum meum non est hic,  
sed non est hinc. Quod statim dilucidius aperit, Si ex hoc  
mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decerta-  
rent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum **B**  
non est hinc. Hic itaque est regnum eius, nam regnat in  
mundo, & iuxta votum cuncta disponit: non autem est  
ab infimis constitutum, sed cœlitus & ante secula. Et  
Chrysosto. sic: Cum dicit, Regnum meum non est hinc,  
non priuat mundum à sua prouidentia, & prælatione, sed  
ostendit regnum suum non esse humanum, nec corrup-  
tibile. Et August. Non dicit, non est hinc: hic est enim reg-  
num eius vsq; ad finem seculi, habens inter se commix-  
ta zizania vsq; ad messem: sed tamen non est hinc, quia  
peregrinatur in mundo. Certè si in nostra Patres verba **C**  
iurassent, assèuerantiùs non possent nobis suffragari: nam  
apertè dicunt, Christum, quanuis non hinc, hic tamen in  
mundo viuentem ius regni habere, & regem esse. Vnde  
idem Theophylactus rursus in illo loco, sic dicit: Hic qui  
dem imperat & regit, alioqui quomodo intelligeretur,  
In propria venit, si mundus hic non esset eius proprius.  
Et adhuc infra, O Pilate, si quidem veritatis filius eam  
desideras, audies vocem meam; credeſque me Regem,  
non tamen quales sunt mundani, nec acquisitum haben-  
tem

**A** rem regnum, sed naturale & à natiuitate ipsa à Deo &  
Rege illud suscipientem. Quibus expressius quidquam  
dicere ego minimè possem, qui hanc sententiam ex pro-  
posito firmare contendo.

In primo adhuc argumento retundenda restat quædã  
doctrina, qua aduersarij triumphare sibi videntur. Sem-  
per, inquit, in locis scripturæ, vbi de Christi regno est  
sermo, apponitur aliquid ad spiritualia pertinens. At hoc  
nequaquam infirmat, imò firmat meam sententiam: nã  
contendo, vnà Christum vtranq; habuisse potestatem,  
temporalem & spiritualem: & illam in hanc semper de-  
stinasse & direxisse. Potestas namq; regalis (vt verbis vtar  
Alexandri Aen. 3. p. quæst. 48. memb. 1. ar. 2.) cum ordina-  
ta est, nunquam dissidet à potestate sacerdotali, sed ipsi  
congruit & concordat, sicut vita terrena subministrat vi-  
tæ spirituali, & vita spiritualis collaborat terrenæ. Quibus  
Alex. verbis satis ostenditur, per hoc quòd Christus ter-  
renarum potestatem rerum ordinauerit in spiritualia, ni-  
hil prorsus detrahi perfectæ & absolutæ potestati, & do-  
minio rerum, imò multum ei perfectionis accrescere.  
Quod satis explicatum arbitror in superioribus. §. 15. eò  
lector recurrat: nam ego earundem rerum repetitione no-  
**C** lo tempus expèdere, & vt veriùs dicam, prodigere, quod  
reliquis argumentis enucleandis perquam necessariùs est.

Ad secundũ, quod Patrum testimonijs innitur, respõ-  
deo, ex dictis liquere, sensum Patrum esse, quòd Christus  
non instar Regum mundi, & Principum terrenorum fue-  
rit rex. Equidem existimo offendiculum me ac cespitem  
iam reperisse in quo miserè ruunt nonnulli Theologi. Sta-  
tim nanq; atq; audiunt Christum esse Regem ac Domi-  
num temporalem, resiliunt & auersantur hanc sententiã.  
Quod tamen ex praua rei intelligentia ortum habet: pu-  
tant

Cur quoties  
de regno  
Christi est  
sermo, appo-  
nitur aliquid  
quod ad spi-  
ritualia per-  
tinet.

XX.

Ad 2. In quo  
sensu Pa-  
tres dicunt  
Christum nõ  
esse regem  
temporalẽ.

putant nanq; quod cum nos Christum afferimus regem **A** temporalem, ipsum facimus regem à loco & tempore dependentem, & à ministris robur accipientem, in quo sua eos plurimum decipit imaginatio: nam imaginantur non potuisse Christum esse regem temporalem, nisi splendore imperij, opum affluentia, militum copijs, armorum præfidijs, aulicorum strepitu, & magnifico apparatu sublimis incederet. Et quidem hoc modo regem esse Christum negant Patres, negat scriptura, negat ipsemet Christus, cū ait: Si de hoc mundo esset regnū meū, ministri mei utiq; decertarent, ut nō traderer Iudæis: nunc autē regnū meū nō est hinc. At verò esse regē per verū ius, & potestatem supra omnia bona mundi, & supra omnes creaturas, non solū non negant, imò constanter affirmant Patres, & scripturæ, & ipsemet Christus, locis commemoratis. §. 13. Nō itaq; discipulis scandalo sit, quod audiunt, Christum esse Regē temporale, nā vox, Temporale, nō denotat Christi regnū temporū iniurijs, ac vicissitudinibus obnoxium esse, sed potius esse verū, propriū, absolutū, cū vero & perfecto iure adferendas leges, condenda statuta, iudicandas causas, plectendos fontes, & demum reddendum unicuique suum ius, tam in civilibus quam in criminalibus, tam in sacris quam in prophanis, in corporalibus & spiritualibus, in temporalibus & æternis: tam verè & propriè, imò longè verius & proprius quam reges temporales in suis regnis, ac possessionibus. Quod verò cōtra nituntur alij, Christi potestatem solū esse per ordinem ad spiritualia & rursus nunquam ipsum exercuisse illam temporalem potestatem (his enim duabus calumnijs importuni argumentatores, infestos se nobis exhibebant) iam quem hoc sensum habeat, ostendimus. §. 15. latissimè & accuratissimè, quo ad primam calumniam: & §. 17. quo ad secundam.

*Vox temporalis quid de notet cum dicimus, Christum esse regem temporalem.*

*Duplex aduersariorū calumnia, elisa.*

**A** dam. De quo adhuc iterum sermo redibit.

**A** D tertium pariter, & ad .4. argumentum, prorsus eadem sunt solutiones afferendæ. Nam quod in .3. dicitur, consanguineos Christi dixisse ad Domitianum, Regnum Christi non esse huius mundi, non esse temporarium, sed cæleste, &c. verissimum esse ostendebamus nunc in solut. ad .2. testimonium. 1. argum. vbi & modū quo id intelligendum veniat, assignauimus. Quod verò in .4. argum. tam multi producuntur propugnatores alterius sententiæ, nulla ex parte minuit aut eneruat vim veritatis. Nam eorum plures non sunt contra nos, si eorum loca quis dispicere voluerit: ac proinde eandem prorsus habere possunt explicationem, quam locis scripturæ, & Patrum assignabamus. Alij verò, qui perrari sunt, licet apertè negant nostram sententiam, minimè nos à munitissima veritatis arce remouere, & in suam falsam sententiam præcipites dare poterunt. Nam neque auctoritate neque ratione, quæ alicuius sit ponderis, inniuntur.

**A** D quintum argumentū, à quo rationibus nos lacesse re incipiunt aduersarij, respondemus, tam procul nos à perfidis & obstinatis Iudæis deuiare, seu (ut proprius loquamur) ipsos à nobis, ut contendentes ipsis, Christum visibili pompa & regio apparatu regnaturum, nos cōtra existimemus, abiectam ipsum & despicabilem vitam agere debuisse. Potestatem itaq; ac dominationē Christū, nō quantum ad vsum & exercitium, quod Iudæi sperabant, sed solum quantum ad ius & proprietatem regni, & (ut sic dicam) quantum ad habitum, in hac vita habuisse contendimus.

Ad secundam rationem negamus, nihilō deseruisse in Christo prædictam potestatem ac dominium: nam saltem ad

XXIII.

Ad 3. et 4. arg. respond.

Ad 4. argu.

XXIII.

Ad 5. argu. quod constabat rationibus.

Ad 1.

Ad 2. ratio nem.

ornatum suæ sacratissimæ humanitatis plurimum deser-  
 uijt. Hac enim de causa pleraq; alia in Christo constituunt  
 dona Theologi, quibus sacratissima eius humanitas exor-  
 nata prodiret ex utero Virginis: ne illi quidquam dignita-  
 tis deesset, quod à principio mundi in aliquo vnquam ho-  
 mine fuisse sciamus: ijs exceptis, quæ imperfectionem illi  
 aliquam referrent, aut cum statu viatoris stare non pos-  
 sent. Et quidem quando cum auctoritates, tum rationes  
 aliæ nos defererent, vel hæc sola ratio, quam in hac solu-  
 tione perstringimus, obstruere aduersariorum ora vali-  
 dissimè posset. Nam quis est tam ingratus qui dissimulet,  
 tam impius qui neget, tam ignarus qui nesciat eas omnes  
 virtutes & prærogatiuas Christum ab utero Virginis ha-  
 buisse, quæ nec imperfectionem aliquam inuoluebant,  
 nec cum viatoris conditione pugnant? Quod si dixe-  
 ris, vsum & executionem regni & dominij pugnantem in  
 Christo cum statu viatoris: bene habet. At ius regni & pro-  
 prietas rerum quam pugnam cum statu viatoris, aut quã  
 imperfectionem Christi personæ repugnantem importa-  
 bat? Planè nullã, vt satis superq; ostendebamus superius.  
 Despiciendi autem caduca hæc bona, satis efficax nobis  
 Christus exemplum dedit, dum ipse pauperem & abie-  
 ctam vitam duxit. Quinimò existimo longè efficacius &  
 perfectius nobis exemplum Christum dedisse, cum ius  
 regni & rerum proprietatem penes se habes, vsum tamè  
 & exercitium tantæ potestatis à se penitus abdicauit.

*Christus ex-  
 plum vobis  
 paupertatis.*

*Ad. 3. Quod  
 Christi per-  
 fectioni non  
 obstabat to-  
 tius mundi  
 regnũ. &c.*

Ad tertiam rationem, ex dictis paulò superius elicitur  
 responsio. Nobis quidè, quibus bona temporalia posside-  
 re & administrare magno impedimento est ad culmen  
 perfectionis anhelantibus, vtilissimũ fuit, vt abdicatis om-  
 nibus, verè pauperes efficeremur, non solũ ius, sed & pro-  
 prietatẽ reiicientes: quoniã si ius & proprietatẽ retinuisset  
 mus,

A mus, magnopere auocaremur à superiorũ studio, & ex iu-  
 re & proprietate rerũ sensim dilaberemur in earũ vsum,  
 cũ magno propriæ perfectionis detrimẽto. Et ideò & ius  
 & vsum à se penitus abijcere religiosi debuere. Quod in  
 Christo Domino locũ minimè habuit, vt ostensum est  
 suprã, tribus adhibitis exemplis huius rei illustrandæ gra-  
 tiã. §. 19. Rursus, cum petitur, An Christus verè pauper  
 fuerit, Respondemus, pauperem & pauperrimum fuisse  
 per veram humilitatem cordis, & perfectam virtutẽ pau-  
 pertatis, quæ, scilicet, sola est vera paupertas, quam in me-  
 dijs diuitijs habere quis potest, quanuis alij à Christo lon-  
 ge difficillime. Nec verò hoc quidquam detrahit perfe-  
 ctioni Euangelicæ, quam in gradu heroico habuit Chri-  
 stus: nam, vt vidimus, & tradit S. Tho. 22. q. 184. ar. 7. Epi-  
 scoporum status longe perfectior est quàm sit religiosorum:  
 & tamè Episcopos ius & proprietatẽ, imò & vsum  
 & administrationem rerum temporalium habere, certũ  
 est. Et quidè hac in parte vehementer ego demiror Tho-  
 mistas, qui vel nõ legerunt, aut non intellexerunt, aut pe-  
 nitens neglexerunt ipsum, in cuius verba iurarunt, S. Tho-  
 mam; Ipse enim in illa. q. ar. 7. ad. 1. aperte tradit, posse ali-  
 quem esse in statu perfectionis cõstitutum, sine eo quod  
 abrenunciet rerum proprietatem: dummodo sit paratus,  
 cum opus fuerit, eas erogare. Quod quidem vsu venit  
 Episcopis. Quare ergo isti vt Christum in apice perfectio-  
 nis collocent, omnem ei rerum proprietatem detrahunt?  
 quasi perfectio Euangelica cum plenissima potestate tẽ-  
 porali, cum vera proprietate, cum absoluto & perfecto  
 dominio rerum omnium stare non possit, oppositum di-  
 cente S. Thoma expressissime. Quare opponere nõ pos-  
 set ille adolescens Christo, quod dicitur in argumento:  
 nam ipse misellus (quæ sua erat imbecillitas) vt perfectus

*Pauper ne-  
 rus potest  
 quis esse, li-  
 cèt abundet  
 diuitijs.*

*Not. contra  
 Thomistas  
 nostri tempo-  
 ris.*



esset, opus habebat cunctis se opibus expoliare, & sic conari ad perfectionem. Secus Christus, quem dominatus à mari usque ad mare, & possessio terminorum terræ, & potestas in cælo & in terra nihil à perfectione retardaret.

XXV.

An Christus  
& eius pa-  
rentes fue-  
rint medici.

**S**ed opportunè hic, ne dicā necessariò examinandū re-  
sitabat, An Christus vere fuerit mēdicus in hac vita exi-  
stēs, & verus pauper. Lutherus, nāq; & Bullingerus, & alij  
infani fabulatores B. Virgini infensi, sic loquuntur, apud  
Peurū Canistiū: Mariā pauperulam nullius æstimationis  
puellulam, credi potest adeò obscuram fuisse apud Na-  
zareth. Parentes eius obscurorū nataliū, & vilis conditio-  
nis erant: nec verū est id quod affirmāt quidā, opibus eos  
abundasse, atq; in tres partes diuisisse bona sua: vnam de-  
dicasse templo, alterā egenis, tertiā Mariæ reliquisse. Me-  
rū cōmentum est. Hæc quidē impudentissimè mentium

**Q**uòd B. Vir-  
go nequaquā  
fuit pauper,  
& mendicās

tur hæretici. Nos verò, breuiter & si non negamus, Ma-  
riæ & Christi Domini vitā aliquādo cū paupertate fuis-  
se coniunctam, tamen eam penuriam volūtariam magis  
quā coactam fuisse arbitramur. Vnde Euseb. Emis. ho-  
mil. in Euang. de Natiuit. Mariæ, dicit, Parentes Mariam  
filiā hærede instituisse, quæ in bonis vnice successit, suā  
que possedit hæreditatem. Nicephorus lib. 1. c. 13. dicit, Io-  
sephum & Mariam in Nazareth non domicilium mo-  
do, sed & substantiam & possessionem propriam habuisse.  
Epipha. lib. 1. heresi. 29. dicit aduersus Nazareos, Ioseph  
Mariæ sponso suam fuisse domum. &c.

Christus an  
mendicauerit.

Hinc quòd Christus non mendicauerit, tenet Caiet.  
super Matth. c. 5. ibi, Beati pauperes, & Almainus, de Pote-  
state Ecclesiæ. c. 8. vbi male sonare dicit, quòd Christus  
fuerit mendicus. Idem tenet Viguerius. c. 17. §. 1. versic. 18.  
Et probari potest eò quòd ille dicitur verè mēdicus, qui  
solo titulo indigentiaē petit aliquid: at Christus ius peten-  
di

**A** di ea quæ sibi erant necessaria habuit, quia seminabat & docebat, sicut Rex administrans iustitiam subditis non est mendicus, licet ab illis exigat censum, quia non titulo indigentiaē, sed administrationis petit. Quinimo Ioannes. 22. in Extrauagati, Cum inter nonnullos. de Verbo. sign. habita matura & diligenti deliberatione diffiniuit, hæreticam esse eorum assertionem, qui dicunt, Christum & eius Apostolos nihil proprium habuisse, aut in comuni, aut in particulari. Lege Turrecrem. lib. 2. summæ. c. 112. ad. 10. Valden. lib. 4. Doctrinal. Castro de heresibus lib. 10. verbo, Mendicitas, Sixtum Senen. lib. 6. Biblio. Annot. 18. & 147. & 317. & Catherinum lib. 2. Annot. contra Caiet. Quidquid sit de hoc, id nobis certū esse debet, quòd perfectionis apicem habere quis optimè potest, quantumuis ius & proprietatē, imò & vsum & exercitium regni ac dominiū penes se habeat. Vnde Christus, licet vt Caiet. ibi Matth. 5. animaduertit, non fuerit secundum veritatem mendicus, sed potius ipse eleemosynam egenis daret, vt habetur Ioann. 13. & miserit discipulos in ciuitatem, non vt mendicarent, sed vt cibos emerent: & Iudas pecunias in loculis pro Christi substitutione gestaret, imò quanuis rerum omnium esset legitimus hæres, & verus Dominus, adhuc tamē in excelso perfectionis culmine constitutus erat.

Ad quartam rationem negari posset, quòd Christus nūquam exercuerit hanc potestatem: nam cum misit duos ex discipulis ad soluendum asinam & pullum, dicens: Si quis aliquid vobis dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, satis ostendit, potestatem se ac dominium temporale habuisse. Verum nihil nostra retulerit, loca reperire, in quibus Christus prædictam potestatem exercuerit: quādoquidem visum iam à nobis est, minime decuisse quòd

eius

Christus &  
Apostoli  
propriū ha-  
bebant.

Ioan. 13.  
Ioan. 4.

Ad. 4. an  
Christus po-  
testatem re-  
gis & domi-  
ni exercuit  
hic.  
Matth. 21.

eius usum Christus in hac vita haberet: quam ob causam A  
litigantibus illis & Christi sententiam expectantibus, di-  
xit Christus, se non esse iudicem constitutum in simili  
causa: non quia vere non esset iudex, sed quia usum iudi-  
cij hic habere noluit. Quod verò adhuc inquiritur, Cur

Cur Chri-  
stus non hic  
exercuit &

Christus prædicta officia non exercuit Regis & Domi-  
ni, cum tam corruptè & depravatè homines viuerent,  
cum tot strages, tyrannides, rapinæ &c. vna in miseris  
Resp. irruerent: cur itaque Christus exercere potestatem  
suam noluit, vt coerceret tam licentiosum viuendi mo-  
dum, & tantis incommodis mederetur? Responderetur eo-  
dem profus modo se Christum habere, sicut & se habet B  
Deus Optim. Max. qui cum ex æthere summo tot tam-  
que atrocia facinora homines perpetrare in mundo vi-  
deat, & cunctis facili negotio mederi possit, nihilominus  
tamen permittit & patitur impunè nunc temporis eos de-  
linquere, propter eos mirabiles & arcanos fines, quos ex  
tali permissione cõparari videt. Et quidem idem profus  
dici debet de Christo domino, quo auspice cõceptus,  
quo duce ac comite liber hic noster ad  
optatum finem perdu-  
ctus est.

Relectionis & totius Libri finis,

INDEX

INDEX L O C O -  
RVM SACRAE SCRIPTURAE,  
quæ in præsentì opere allegantur &  
explicantur.

Ex Genesi. Cap. i.

<b>I</b> N principio creauit Deus cælum & ter- ram. 246. a. 422. c	deorum. 552. b
Alterũ ut præesset diei, alterum nocti. 673. b.	14 Melchisedech Rex & sacerdos. 674. a
Crescite & multiplic. 384. c	15 Faciam te in gentem magnã. 427. a
Stella in signa & tempora. 33. a	De Vr Chaldæorum. 552. b
2. Nõ est bonũ hominẽ esse solũ. 386. b	Semen tuum sicut arenam. 25. c
Omne quod uocauit Adam ipsam est nomen eius. 621. c	17 Mutatur nomen Abraham & Sar- re. 631. c
3. Aperti sunt oculi eorũ & cog. 41. b	Dabo tibi terram Chana. possef. eternam. 89. a
Ipsa conteret caput tuum. 177. b	18 Desierant Sarre fieri muliebria. 425. a
4. De nomine Cain & Abel. 622. b	19 De Sodomis & Gomor. 66. b. 67. a
Cæptum est inuocari nomen Domi- ni. 515. b. 554. a	Vxor Loth in statuam Salis. 396. c
Vox sanguinis fratris tui Abel &c. 362. a	401. b
5. Aetates quibus generabant homi- nes. 362. c. 364. b	20. Sarra Amalechi oculis placuit. 425. a
6. Eruntq; dies hominis. 120. anni. 84. c	21 Fecit Abraham conuiuium in die ablactationis. 576. b
Videntes filij Dei filias homi. 589. a	Ismael ludit cum Isaac. 574. a
Gigantes autem erant. &c. 589. b	24 Iurauit in femore. 686. a
7. De diluuiõ. an aliqui illorum sal- ui sint. 66. b	26 Vidit per fenestram Isaac luden- tem. 574. a
8. Thare & Abraham de Vr. 684. b	28 Tulit de lapidibus. 469. c
	30 De omnibus Iacob. 610. b
	Da mihi filios. 374. b
	H h h A b

## Index locorum

- Abstulit Deus opprobriū meū. *ibid.*  
 32 Si contra Deum uictor fuisti. 445.c  
 41 Pharaoidet spicas. 412.c  
 48 Ingredior uiam uniuersæ carnis. 418.b  
 49 Isachar habitans inter terminos. 187.c  
 Catulus leonis Iuda. 191.c  
 In uertice Nazaræi. 449.a. 468.a  
 49 Donec ueniat qui mittendus est. 627.b  
 47 Iurauit in femore. 686.a.b

### De Exodo.

- 1 Aedificauit eis domos. 177.b. 378.c  
 2 Moyses interfecit Aegyptiū. 410.b  
 3 Hoc est nomen meum in æternum. 629.c  
 6 Nomen autem meum non reuelauit eis. 515.a. 634.b. 635.a  
 7 Moyses conuertit fluuios in sanguinem. 407.b  
 Magi Pharaonis faciunt miracula. 402.a. 396.c  
 14 Mare rubrum inuoluit Aegyptios. 66.b.  
 15 Mulieres cum tympanis. 178.a  
 Robustos Moab obtinuit tremor. 191.a  
 21 Diliges amicum tuum. 377.a  
 23 Non erit infœcunda nec sterilis. 373.c. 375.c  
 28 In medio eius erit capitū. 452.a  
 32 Esunt Dii tui Israel. 422.c  
 Surrexerunt Iudæi. 373.b. 577.b. 620.c  
 33 Non uidebit me homo & uiuet.

- 376.c  
 34 Ne accipias uxorem de filiis corā. 525.a  
 38 Mulieres excubabant in ostio tabernaculi. 179.c

### Leuitici.

- 10 Sacerdotes non bibant uinum cum. 471.c  
 17 Non immolabunt ultra Dæmonijs. 450.a  
 19 Nō attōdebitis in rotundum. 461.b  
 453. 459.a  
 23 Canebāt post collectas uuas. 277.a

### Numerorum.

- 2 Vnaquæq; tribus sua insignia habebat. 191.c  
 6 Nouacula non ascendet super cap. Nazaræi. 453.  
 Capilli Nazaræi cremandi. 459.c  
 Offert hostiam pro peccato Nazaræus. 462.b  
 11 Obsecro ut non cogar uidere malum. 508.c  
 23 Asina Balaam loquuta. 400.c. 421.a

### Deuteronomij.

- 5 Ego Deus faciens misericordiam in mille. 102.c  
 7 Nōn erit in te sterilis. 373.c. 375.c  
 18 Non sit inter uos qui diuinos consulat. 395.c  
 21 Non permanebit cadauer in ligno. 511.b  
 Maledictus omnis qui pendet in ligno. 511.c

22 Non

## facræ Scripturæ.

- 22 Non utetur mulier ueste uirili. 598.b  
 32 Ascende in montē & morere. 329.b  
 469.b  
 33 De captiuitate nudati. Ini. capitis. 450.b  
 Et inimici nostri sint iudices. 512.a  
 Deum qui te genuit dereliquisti. 519.b  
 Nazaræus Ioseph. 449.a. 468.a  
 34 Mortuus est Moyses iubente Deo 407.a. Non cognouit homo sepulchrum eius. 407.c. 409.c. Sepeliuitq; eum Dominus. 408.a

### Iosue.

- 1 Mortuus est Moyses. 408.a  
 10 Nullus contra Israel mutire ausus est. 190.c  
 24 Seruierunt dijs alienis. 551.b. 560.b

### Iudicum.

- 11 Iepte occidit filiam. 180.a. 382.b  
 Plorabat Virginitatem. 374.b  
 Circuibat montes per duos menses. 382.a  
 13 Nazaræus uocabitur. 467.b  
 Morte mortemur. quia uid. do. 376.  
 16 Ferrum non ascendit super caput meum. 471.b  
 17 Nomen Dei datur idolis. 556.b

### Ex. 1. Regum libro.

- 1 Nouacula non ascendet. 471.b  
 2 Filij Heli dormiebant cum mulieribus. 180.b  
 16 Dauid carmine & cithara pellebat

- dæmonem. 257.a  
 18 Egressæ sunt mulieres cantantes. 178.b  
 15 Dissipa Amalech. & omnem memoriam eius. 513.b  
 23 Ceilitani traderent Davide. 522.c.m  
 524.c  
 28 Samuelis apparitio. 41 & infra. Cras mecumeris. 418.b  
 Deos uidi ascendentes. 421.c  
 ult. Interfice me. 419.c

### Ex lib. 2.

- 2 Surgāt pueri & ludāt. 574.a. 577.a  
 6 Ludam & uilior fiam. 606.c  
 7 Hæc est lex Adam Domine Deus. 377.c  
 17 Redemisti gentem & Deum eius. 427.a  
 23 Dauid egregius psalter in Israel. 271.c

### Ex libro tertio.

- 1 Dauid adoratur. 418.a  
 5 Malleus & omne ferramentum non sunt audita. 25.c  
 7 Leuculos posuit Salomon in templo. 191.c  
 18 Helias claudit & aperit cælum. 407.b

### Ex. 4. Regum.

- 2 Ascendit Helias per turbinem in cælum. 405.c  
 3 Aducite psalterem quo canete. 256.c  
 19 Victoria Ezechisæ contra Senacherib. 175.a  
 24 Regnum in Iechonia defecit. 671.c

H h h 2 25 10.

**Index locorum**

- 25 Iſſias interfectus. 515.c  
**Ex lib. Paralip.**  
 25 Aſaph & alij prophetabant in ci-  
 tharis. 256.c  
 7 Carmina que fecit Dauid Rex.  
 271.c  
 9 Leuculos poſuit Salomon. 191.c  
 19 Ammonitas Dauid decaluat. 451.a  
**Ex libris Eſdræ.**  
 3 Hymnos per manus Dauid régis.  
 271.c  
 9 Tu domine qui de igne Chaldaeorũ.  
 552.b. 556.c  
 13 Obiurgauit eos & decaluauit. 451.a  
 8 Hoc ſeculum fecit altiffimus prop-  
 ter multos. 94.a  
**Ex lib. Tobie.**  
 3 Nunquam ludentibus me admiſcui.  
 600.b  
 Rogabat ut ab iſto improperio libe-  
 raret. 374.b  
 5 Quale gaudium mihi qui lumen cæ-  
 li. &c. 497.b  
**Iudith.**  
 5 Populus iſte noluerunt ſequi Deos  
 patrum ſuorum. 552.b. 556.c  
 16 Dabit uermes & ignem in carnes  
 eorum. 494.c  
**Iob.**  
 2 Non ſocapite corruit in terrã. 450.c  
 3 Nunc autem dormiens ſilerem.  
 418.b  
 7 Quid faciam tibi o cuſtos hominum.  
 465.b  
 10 Umbra mortis & ſempiternus hor-  
 ror. 497.c  
 22 Circa cardines cœli perambulat.  
 299.c  
 24 Ab aquis niuium tranſeat ad calo-  
 res. 489.a. 494.a. 498.  
 31 Qui dat carmina in nocte. 261.c  
 32 Et condemnabunt Iob. 508.c  
 41 Deridebit uibrantem haſtam. 237.b  
 Ecce Behemot. 422.c  
 Ipſe eſt rex ſuper filios ſuperb. 630.a  
**Ex libro Pfalmodorum.**  
 2 Aſtiterunt reges terre. 670.c  
 Dabo tibi gentes hære. 668.b. 658.a  
 Ego autem conſtitutus ſum rex ab  
 eo. 656.c  
 3 Titulus in die quo liberauit. 298.a  
 4 Titulus in finem. 274.b.  
 5 Titulus pro oſtrea. 275.c  
 6 Non eſt in morte qui memor ſit tui.  
 87.b  
 8 Titulus pro torcularibus. 276.b  
 10 Sulphur & ſpiritus procellarum.  
 498.b. 493.b  
 11 Saluum me fac Deus quoniam dimi-  
 nui e. 99.c  
 In circuitu impij ambulat. 100.a  
 14 Non eſt qui faciat bonum. 99.c  
 16 Dominus à paucis & de abſcendis  
 tuis. 93.a.b  
 Cuſtodi me dñe ut pupillam. 625.a  
 18 Cœli enarrant. 266.b. 271.a  
 In omne terrã exiit ſonus. 266.b  
 22 Dominus regit me. 297.a  
 21 Ti-

**ſacræ Scripturæ.**

- 21 Titulus de ceruamã matutina. 276.a  
 21 Narrabo nomen tuũ fratribus meis.  
 636.b. 638.c  
 Quoniam Domini eſt regnũ. 638.a  
 28 Afferte Domino. Vox Dñi. 281.c  
 Vox domini intercidentis flãmam  
 ignis. 497.c  
 40 Beatus qui intelligit ſuper egenũ.  
 512.c.  
 44 Intende proſpere. 657.b  
 Propter ueritatem. 661.a  
 48 Laborabit in æternum. 87.c  
 34 Oratio mea in ſinu meo reuertetur.  
 479.c  
 61 Interficitis uniuerſi uos. 88.c  
 Tu reddis unicuique iuxta opera  
 ſua. 116.a  
 64 Quoniam ita eſt preparatio eius.  
 377.b  
 66 Terra dabit fructum ſuum. 32.b  
 67 Dominus dabit uerbum. Rex uirtu-  
 tum dilecti. Si dor. 167. In medio  
 iuuenularum tympt. 178.b  
 54 Quis dabit mihi pœnas. &c. Die ac  
 nocte circumdabit eam. &c. 98.  
 Miſericordia eius præueniet me.  
 154.a  
 68 Deleantur de libro uiuentiũ. 647.a  
 71 Deus iudicium totus. 644.  
 Ante ſolem permanet nomen eius.  
 627.b  
 Dominabitur à mari. 668.b  
 73 Superbia eorũ qui te oderũt. 480.a  
 75 Notus in iudæa Deus. 95.b  
 77 Contribulaſti capita draco. 190.c.  
 Sanctũ iſrael exacerbauerũt. 520.a  
 Immiſſiones per Angelos mal. 401.a  
 80 Et erit tẽpus eorũ in ſecula. 489.a  
 88 Et thronus eius ſicut ſcl. 658.c  
 95 Dominus regnauit à ligno. 518.b  
 97 Flumina plaudent manu. 27.c  
 98 Moſes & Aaron in ſacerd. 674.a  
 102 Qui coronat te in miſericor. 110.b  
 103 Deficiãt peccatores à terra. 64.c  
 104 Non reliquit hominem nocere eis.  
 191.a  
 105 Conſciantur Domino miſericor-  
 dia. 282.c  
 106 Omnem eſcam abominata eſt anima  
 eorum. 491.a  
 108 Conſtitue ſuper eum pecca. 647.a  
 109 Tecum principium. 654.a  
 Emittet dñs ex Sion. 357.c. 315.c.  
 Ante luciferum genuite. 33.a  
 De torrente in uia. 141.c  
 113 Domus Iacob de pop. barb. 379.a  
 117 Benedictus qui uenit in nomine do-  
 mini. 630.b  
 126 Niſi dominus ædificauerit domũ.  
 378.a  
 Ecce hereditas Domini. 378  
 Filij merces fructus uentris. 624.c  
 Inimicis ſuis in porta. 487.c  
 127 Vxor tua ſicut uitis abundans.  
 378.a  
 128 Sapẽ expugnauerunt me. 313.c  
 131 De fructu uentris tui. 658.b  
 Super ipſum autẽ efflorebit. 467.c  
 132 Barbam barbã Aarõ. 181.b. 452.a  
 136 Exinanite exinanite. 281.b  
 144 Fidelis Deus. 280.b  
 146 Qui numerat multũ. ſtell. 622.a  
 147 Non auertas faciem tuam à me.  
 41.a

## Index locorum

### Ex lib. Prouerb.

- 7 Mulier garrula & uaga. 592.c  
8 Delitia meae esse cum filiis hominū.  
446.c

Ab aeterno ordinata sum. 31.a

- Qui mane uigilauerint ad me. 154.  
22 Ne transgrediaris terminos. 174.a  
26 Qui proicit lapidem in aceruum  
Mercurij. 185.a.c

30 Quod est nomen filij eius si nosti.  
639.a

31 Nobilis in portis uir eius. 487.c

### Ex Ecclesiaste.

- 11 Vbi ceciderit lignum. 479.a. 490.b  
Dulce lumen & delectabile. 497.b

### Ex Canticis.

- 1 Oleum effusum nomen tuum. 628.a  
Vbi pascas in meridie. 317.b  
3 In lectulo meo per noctem. 261.b  
Videte Regem Salomonem. 651.c  
5 Quia decolorauit me Sol. 456.a

### Ex lib. Sapientia.

- 2 Sol iustitiae non est ortus nobis.  
456.a  
5 Candescet in eos aqua maris. 498.a  
1 Et hoc quod continet omnia. 271.b  
4 Raptus est ne malitia. 524.c  
5 Armabit creaturam ad ultionem.  
498.b  
6 In foribus assidentem inueniet. 154  
9 Incertae prouidentiae nostrae. 534.c  
11 Per quae quis peccat per haec. &c.  
498.b  
14 Creaturae in odium factae. 598.a

### Odio sunt Deo impius & impietas

- 41.b  
16 Omne delectamentum saporis.  
490.c

### Ex Ecclesiastico.

- 3 Qui amat periculum peribit in illo.  
598.c  
Stultorum infinitus est numerus.  
99.c  
7 Purgate cum paucis. 93.c  
Vermis & ignis. 495.a  
9 Cum saltatrice nefis. 593.a  
24 Primogenita ante omnem creatu-  
ram. 31.b  
26 Sicut sol oriens ita mulier. 183.a  
44 In pueritia sua exquirentes modos  
musicos. 272.a  
46 Post haec dormiuit Samuel. 416.c  
47 Stare fecit cantores. 272.a

### Ex Isaia.

- 1 Si audieritis me bona terra comede-  
tis. 377.b  
Et derelinquetur filia Sion. 357.b  
Laboraui sustinens. 517.c  
2 De Sion exibit lex. 315.c. 357.c  
3 Ecce nomen Domini uenit. 555.a  
4 Erit germen Domini. 465.a. 32.b  
5 Apprehendent septem mulieres.  
374.b  
6 Vidi Dñm sedentem. 324.b  
Excæca cor populi. 525.a. 647.a  
8 Voca nomen eius spolia. 465.b  
7 In illa die radet. 451.a  
9 Super solium David. 647.a. 662.a  
Multiplicabitur eius imperiū. 284.b  
Nomen

## facrae Scripturae.

- Nomen eius admirabile. 445.b  
Faraulus datus est nobis. 516.b  
7 Vocabitur nomen eius Emmanuel.  
637.a  
10 Verbum abbreviatum. 633.b  
11 Spiritus timoris Domini. 438.b  
Replebitur terra scientia. 632.b  
Et flos de radice eius. 464.b. 468.c  
Et erit sepulchrum eius gloriosus.  
412.b  
13 Germen Domini. 465.a  
Pilosus ad pilosum. 450.a  
14 Tu autem protectus es. 63.c  
In lateribus Aquilonis. 479.a  
15 Urbem fortem in ruinam. 324.a  
21 Ad me clamat ex seir. 513.a  
22 Vocauit uos ad caluitium. 450  
24 Quomodo si pauca oliuae. 100.b  
26 Perdidisti omnem memoriam eo-  
rum. 513.a  
Incuruabit habitantes in excelsis.  
324.b  
28 Expecta & expecta. 102.c  
29 De cadaucris eorum ascendet  
fetor. 497.a  
30 Ecce nomen Domini. 639.a  
Ab heri Tophet. 493.b  
31 Caminus eius in Sion. 95.b  
33 Dominus legifer noster. 638.a  
34 Pilosus ad pilosum. 450.a  
37 Victoria Ezechiae de Assyrijs. 175.a  
Angelus qui percussit castra Assy-  
riorum. 402.a  
38 Mors Ezechiae & eius canticum.  
379.c  
Ecce in pace amaritudo mea. 318.c  
40 Suscepit de manu Domini dupli-  
cia. 67.b  
Consolamini consolamini. 181.b.  
43 Seruire me fecisti in peccatis tuis.  
517.c  
45 Germinet Saluatorem. 32.b  
49 Erunt reges nutritij tui. 670.c.  
52 Vocabitur tibi nomen nouum.  
633.b  
53 Quasi uirgultum de terra sitienti.  
465.a  
Percusum Deum. 510.c. 520.c  
54 Doctos a Domino. 469.c  
57 Haec dicit Dominus eunuchis.  
371.b  
64 Vitam dirumperes caelos. 555.a  
64 Iratus est & nos peccauimus.  
41.a  
66 Vermis eorum. 88.a. 494.c  
Et erunt usque ad satietatem. 88.c

### Ex Hieremia.

- 1 Prophetam in gentibus dedi te.  
426.b  
6 State super uias bonas. 174.a  
7 Tophet uallis &c. 493.b  
15 Si steterit Samuel, & Moyses.  
422.a  
17 Duplici contritione. 67.b  
22 Sepultura asini sepel. 408.c  
Voca uirum sterilem non erit de se-  
mine eius. 656.a. 658.b. 671.c  
23 Suscitabo David germen. 32.b. 516.  
b. 637.c. 651.b  
Regnabit rex. 657.a  
25 A facie columbae. 192.a  
30 Seruiens David regi suo. 651.b  
46 & 50. A gladio columbae. 192.a

Index locorum

Ex Threnis.

Candidiores Nazaraei eius niue.  
186.a.449.b  
Spiritus oris nostri Christus domi-  
nus. 515.b

Ex Baruch.

6 Sacerdotes habent capita & barbā  
rasam. 458.c

Ex Ezechiele.

3 Non ad populum profundi sermonis:  
525.a  
12 Visio quam hic uidet in dies mul-  
tos. 102.c  
23 Suscitabo super oues Dauid. 651.b  
24 Corona tua circumligata. 450.c  
29 Ad te draco magne. 190.c  
44 Sacerdotes caput non radant.  
471.c.  
Non attondebitis caput in rotun-  
dum. 453.a

Ex Daniele.

3 Pueri illi est in igne. 498.a  
9 Vngatur sanctus sanctorum. 466.c  
12 Multi ex his qui dormient. 88.b

Ex Osea.

3 Querent Dauid Regem suum.  
651.b  
9 Omnis gloria eorum a partu. 381.b  
11 Volabunt quasi quis & quasi co-  
lumba. 189.c

12 Fleuit & rogauit eum. 445.b

Ioel.

2 Ascendet fœtor & putredo eius  
497.a

Michea.

1 Decaluare & tondere. 450.c  
5 Egressus eius ab initio. 653.c  
4 De Sion exhibit lex. 315.c.357.c  
7 Væ mihi quia factus sum. 100.b

Naum.

1 Non consarget duplex' tribulatio.  
66.b  
Quasi spina se inuicem. 105.a

Abacuc.

2 Iustus ex fide uiuit. 205.a  
3 In medio annorum. 28.b  
Deus ab austro ueniet. 317.b  
Deducet me uictor in psal. 274.c

Sopho.

3 Væ ciuitas columba. 192.c

Zachariae.

2 Conuertimini ad me. 153.a  
3 Seruum meum Orientem. 465.a  
6 Ecce uir Oriens. 465.a  
9 Tu autem in sanguine testamenti.  
494.a  
Ecce rex tuus uenit. 657.b.668.b  
12 Plangent super eo. 314.b  
Aspicient ad me quem confixerunt.  
512.c.654.a

facræ Scripturæ.

Malach.

Exsufflastis illud. 509.a

Ex lib. 1. Machabæorum.

14 Donec Propheta fidelis surgeret.  
672.b  
lib.2.c.3.Sed & uirgines quæ cõclusæ  
erant. 179.c  
14 Razias se occidit. 420.a  
Coronati hædera Baccum celebrabant.  
461.b

Matthæi.

1 Ipse enim saluum facit. 641.a.b.38.b  
2 Quoniam Nazaraeus uocabitur.  
466.c  
Et ueniens habitauit Nazareth. 464.b  
463.c.  
4 Ductus est Iesus. 417.b  
5 Qui uiderit mulierem. &c. 588.a  
Diligite inimicos. 376.a  
7 Arsa est uia. 94.a  
Ne forte conculcent. 526.c  
8 Multi ab Oriente. 111.c  
Vulpes foueas habent. 657.b.664.c  
10 Nemo nouit Patrem nisi filius. 221.a  
11 Væ tibi Corazaim. 524.a  
13 Multi Prophetae & iusti. 670.c  
15 Non coinquinat hominem. 471.a  
16 Tu es Petrus, &c. 295.b  
Portæ inferi.  
Quia caro & sanguis. 476.c  
221.b  
17 Facta sunt alba sicut nix. 185.a  
Ecce Moyses & Helias. 404.

18: Angeli eorum semper uidentur.  
433.b

19 Qui se castrauerunt. 372.a.373.a  
Consilium uirginitatis. 386.c  
Si uis perfectus esse. 665.b  
20 Pauci uero electi. 93.c.106.a  
Redde operarijs mercedem. 116.a  
21 Ecce rex tuus uenit tibi. 664.c  
22 Fletus & stridor dentium. 495.c  
Intrauit autem rex. 105.a  
25 Vermis eorum. 88.a  
Quinq; autem ex eis erāt fatuæ. 106.b  
26 Videntes discipuli indignati sunt.  
469.b  
An putas quia non possum. 525.a  
27 Eli Eli. 626.c  
Multa corpora sanctorum. 423.  
Initio facta ab Hierosolymis. 315.c  
28 In uestibus albis. 185.a  
Data est mihi omnis potestas. 656.c  
660.b.668.b.683.a.692.a

Marci.

9 Vermis eorum. 495.a  
14 Et Hymno dicto. 261.b  
16 Discipulis eius & Petro. 298.a

Ex Luca.

1 Vinum & sicerum nō bibet. 470.b  
Vocabis nomen eius Iesu. 638.a  
Ne timeas Zacharia. 384.  
Ex te nascetur sanctum,  
Dabit ei Dominus. 658.b.661.  
2 Et ipsi nihil horum intellexerunt.  
663.a

## Index locorum

Salutare tuum.	380.a	11 Lazari suscitatio.	474.b
Circumcisus & presentatus Christus.	470.a	13 Omnia dedit ei pater in manus.	668.b.683.b
3 Contenti estote stipendijs.	596.a	Iudas oculos habebat.	697.b
Qui fuit Eli.	626.c	14 Si quis diligit me.	153.b
7 Filius uidue suscitatus.	424.b	15 Forsitan & Patrem meum.	526.c
Dimissa sunt ei peccata multa.	153.b.88.b	In ignem mittent & ardent.	503.b
Tetigit loculum.	471.a	16 Scriptum est in prophetis.	469.c
Vorator & potator.	471.a	Pater meus diligit eum.	153.b
10 Neminem per uiam saluaueritis.	25.c	17 Nisi granum frumenti.	54.b
Puluerem exuite.	357.b	18 Regnum meum non est de hoc mundo.	656.b.659.a
Omnia mihi tradita sunt a Patre.	668.b.683.b	19 Miserunt sortem super.	186.c
Multi Reges cupierunt.	670.c	Videbunt in quem transfixerunt.	54.b
12 Quis me constituit iudicem super uos.	665.c.698.a	21 Pasce oues meas.	294.b
13 Ut quid enim terram occupat.	32.c	Potestatem dedit ei iudicium facere.	684.b
16 Magnum chaos inter nos & uos.	418.c		

Mitte Lazarum ut intingat.	494.a	1 In uestibus albis.	185.a
Crucior in hac flamma.	503.b	Initio factio ab Hierosolymis.	315.c
Si Moysen & prophetas.	525.a	9 Apparuit Christus Paulo.	439.a
19 Benedictus qui uenit rex.	657.a	13 Conuertimur ad gentes.	357.a
23 Quod facis fac citius.	647.a	16 Paulus & Sila nocte canunt.	261.b
Et factus est superior eius.	26.b	18 Priscilla & Aquila tondent se.	453.b
Similiter & latrones.	469.b	21 Paulus & alij radunt se.	453.b
24 Oportuit pati Christum.	141.c		

## Ex Ioanne.

1 In ipso uita erat.	631.a	1 Non solum qui agunt sed qui consentiunt digni sunt morte.	601.a
In propria uenit.	659.c	2 Iustus ex fide uiuit.	205.a
3 Non enim ad mensuram.	205.c	2 Quicumque sine lege peccauerunt.	65.b
4 Ut cibos emerent.	697.b	5 Per fidem in sanguine ipsius.	54.
6 Ut raperet & faceret cum regibus.	689.c		

## Ex Epist. ad Rom.

1 Non solum qui agunt sed qui consentiunt digni sunt morte.	601.a
2 Iustus ex fide uiuit.	205.a
2 Quicumque sine lege peccauerunt.	65.b
5 Per fidem in sanguine ipsius.	54.

Pec=

## Sacra Scripturae.

Peccatores constituti sunt multi.	88.b	13 Videmus nunc per speculum.	205.a
6 Gratia Dei uita eterna.	110.b	15 Primitiae dormientium Christus.	424.b
Sicut exhibuistis membra uestra.	607.c	Nouissime uisus est mihi.	439.b
Argentum & aurum electi.	93.c	Præter eum qui subiecit ei omnia.	685.b
8 Si tamen compatimur.	138.c		
Expectatio creaturae.	270.a		
Quos præsciuit, & prædestinauit.	8.39.c.55.a		
Quod si filij & heredes.	138.b.110.a.111.b		
9 Quod si Deus sustinuit.	28.c		
11 Nunquid Iudæi sic offenderunt ut caderent.	29.a.b		
Cecitas ex parte Israel.	1b.d.		
13 Non est potestas nisi a Deo.	675.b		
14 Tu quis es qui iudicas.	684.c		
Mortuus est ut uiuorum & mortuorum dominetur.	679.a		

## Ex.1. ad Corint.

2 Quae sunt Dei nemo nouit.	62.b	1 Si Angelus de caelo euang.	170.b
3 Omnia uestra sunt siue, &c.	24.c.47.c	4 Quando uenit plenitudo temporis.	28.b
4 Unusquisque propriam mercedem.	116.a	Quod si filius, & heres per Deum.	110.a
6 Omnes quidem currunt.	101.b	Quanto tempore heres paruulus est.	682.c
Empii enim estis pretio magno.	679.a	Is qui secundum carnem natus erat persequeretur Isaac.	573.b.575.c
7 Virginitatis consilium.	386.c		
Capita mulierum propter Angelos.	589.b		
10 Siue comedatis, siue bibatis.	133.c		
11 Vir si comam nutriat.	457.b		
11 Oportet hereses esse.	29.a		
12 Siue in corpore, siue extra corpus.	226.a		

## Ex.2. ad Corint.

5 Per fidem ambulamus.	205.a
8 Qui cum diues esset.	657.b.664.c
11 Sathan transfiguratur se in Angelum lucis.	392.b.413.c.438.a

## Ad Galat.

1 Si Angelus de caelo euang.	170.b
4 Quando uenit plenitudo temporis.	28.b
Quod si filius, & heres per Deum.	110.a
Quanto tempore heres paruulus est.	682.c

Is qui secundum carnem natus erat persequeretur Isaac. 573.b.575.c

## Ad Ephes.

1 Elegit nos in ipso.	55.a.25.a.26.b
Omnia operatur secundum consilium uoluntatis suae.	47.c
In partem sortis sanctorum.	94.c
Omnia subiecit sub pedibus.	686.a
4 Ascendens in altum.	169.c
6 Non est nobis coluctatio.	103.c

## Ad Philippen.

1 Cupio dissolui, & esse.	71.b
2 Propter quod & Deus exalt.	141.c
In nomine Iesu.	637.b.685.c

## Ad Colof.

1 Sorte uocati estis.	94.c
-----------------------	------

## Index locorum sacrae Scripturae.

- In quo sunt thesauri sapientiae. 205.c  
 Omnia in ipso constant. 631.a  
 Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus creatu. 30.c  
 Pacificans per sanguinem crucis. 54.b  
 2 Que sunt umbra futurorum. 33.a  
 In quo plenitudo diuinitatis corpora- liter inhabitat. 33.c  
**Ad Timothe. i.**  
 1 Deus uult omnes homines saluos fieri & ad Ag. 51.c  
 6 Questiones inutiles de uita. 253.c  
**2. Ad Timoth.**  
 2 Nemo militans Deo impl. 687.a  
**Ad Hebr.**  
 1 Herede uniuersorum. 668.b. 685.c  
 2 Videmus Iesum per passionem. 205.a  
 10 Umbram habens futurorum. 33.a  
 11 Iuxta fidem defuncti sunt. 205.a  
**Ex Canonicis.**  
 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento. 679.a  
 3 In quo & his qui in carcere erant spiritualibus ueniens predicauit. 68.c  
 4. Mortuis euangelizatum est. 83.a  
 5 Ecclesia que est in Babylone. 326.c  
 Aduersarius uester Diabolus. 103.c  
 Iacobi. 5. Potestate habent super aquas. 407.b  
 Ihoan. 4. Omnis spiritus qui non credit. 71.a  
 Non quod nos prius dilexerimus. 154.a  
 ult. Est peccatum ad mortem. 479.a  
 Iudae. Altercatio Diaboli de corpore Moysi. 410.a  
**Apocalyp.**  
 1 Primogenitus mortuorum. 424.b  
 Princeps regum terrae. 668.b  
 Et qui eum pupugerunt. 514.b  
 Ego Alpha & Omega. 34.a  
 4. Vidi turbam magnam quam & c. 104.b. 101.c.  
 7 In uestibus albis. 185.a  
 Vicit Leo de tribu Iuda. 192.a  
 9 Habebat super se regem Angelum abyssi. 670.a  
 11 Dabo duobus testibus meis. 409.b  
 407.b. 426.b  
 13 Agnus occisus ab origine. 54.b  
 14 Cauda traxit tertiam partem stellarum. 101.c  
 Fumus tormentorum ascendit. 497.b  
 Cruciabitur igne & sulphure. 479.b  
 6 Sedet super septem montes. 326.c  
 Aestuauerunt homines ab aestu magno. 496.b. 503.b  
 17 Meretrix purpurata Babylone. 326.a  
 18 In una die uenient tibi omnes plange. 490.a  
 Vene ciuitas illa magna. 490.a  
 Fletus in inferno. 495.c  
 19 Vocabatur nomen eius fidelis & uerax. 638.b  
 Rex regum & Dominus domus. 668.b. 680.a  
 Sulphure & igne. 493.a  
 118

## INDEX RERVM in hoc opere conten- tarum.

A.



**BEL** nomen non recte impositum. 522.b. Fuit uirgo martyr & sacerdos. 362.a. quo anno mundi & uite fuit occisus ibi.

- Abraham an unquam fuerit idolatra. 555. In ignem fuit proiectus. 557. b eius opus fuit Mecha Mahome. 560.a. eius nomen mutatum a Deo. 631.c. eius pater idolorum uenditor 552.a  
 Abstractiua notitia Vid. Notitia.  
 Achaz. 10. annorum generat. 363.b  
 Achilles cithara seipsum concitabat. 263.a. primam barbam obtulit Dijs. 460.a  
 Acrostichi psalmi aliqui. 280  
 Acceptus ad gloriam quando est homo. 137.c  
 Actiones sunt suppositorum. 248.c. 251.c  
 Actio quomodo fit prior termino. 166.a non est causa efficiens rei. 165.c  
 Actio naturalis sine motu caeli nequit. 503.c. Nulla in inferno intentionalis. 501.b. 505.c  
 Actiones naturales an possint esse me-

- ritoria. 133.b.c  
 Actio supernaturalis requirit concursum supernaturalem. 220.a  
 Actus intensus ab habitu remisso quomodo possit elici. 143.b. 144.a  
 Actus ut sit meritorius quid. 115 b  
 Actus primus fidei meritorius. 116.c  
 Actus uirtutum in futurum meritorij licet non referantur a charitate. 134.c  
 Actus in instanti iustificationis potest esse meritorius. 119.c  
 Aetuum diuinorum unus prior alio, quomodo. 1. 2. & 3. unus propter alium quomodo. 4. quo ordine sint in Deo. 7. & 8.  
 Adam quot filios habuit. 388. filias & earum nomina. ibid. quod praeter Euam habuit aliam uxorem, ex qua genuit Demones, dicunt Hebraei. 389.b  
 Adam habuit praecipuum multiplicandi. 385.c. multiplicaret in paradiso, a. creatus in aetate quasi sexaginta annorum. 364. b. per quindecim annos a sui creatione non genuit. 364. b. c. ab ipso usque ad iudicium conneatur mundus. 7. hominibus. 405.b  
 Adorare in scriptura quid. 418.b  
 Iii 3 Ado=



# INDEX

**A**doratur Samuel à Saule. 418. Dauid à Naïhan. &c.  
**A**edificare domos in scriptura quid. 378.c  
**A**rgidius Romanus quis, & quod fuerit defensor D. Thomæ. 213.c  
**A**egyptij Draconem colebant. 190.b. & etiam Ibum. 190.a. & aquam. 518.b  
**Q**uod salui facti fuerint. tenet Hiero. 66.b  
**A**eris ingredientis fenestram exemplum expenditur. 165.  
**A**ere cruciantur damnati. 498.b  
**A**etas hominum in initio mundi ad generandum. 363.a. 365.a  
**A**eternum in scriptura non semper significat perpetuitatem. 89  
**A**eternitas inferni ostenditur. 87.92.  
**A**eternitati omnia coexistere. difficile ter intelligitur. 535.c  
**A**eterna tormenta inferni esse ostenduntur. 87.92. quomodo sint aeterna. 489.  
**A**ethna porta inferni. 485.b  
**A**gens est propter suam operationem. 49.a. Agens unum non potest simul rem producere & augere. 126.c  
**A**lbis color quid significet. 184. Dijs sacer apud auctores sacros & prophanos. 185.a  
**A**lexander Magnus equos & mulos & se & omnes totendit in signum tristitia. 450.c. musica plurimum commouebatur. 262.c  
**A**leas qui uendunt non peccant. 595.a  
**A** ligno in psal. 95. quid. 518.b  
**A**llegoria non habent uim ad probandas res fidei in scriptura. 168.b  
**A**lphabeticus Hebraei ordo perueritur. 280. Alphabeticus psalmi. 179.  
**A**mor & alia passionis anime augmentur. & minuuntur cantu & musica. 259.a. b. 263.a  
**A**ngelorum plures salui. 101.c. 104.c. ultima dispositio ad gratiam in eis non fuit à gratia. 150.a. habuerant euentiam mysteriorum in attestate. 232.c. Per angelos bonos interdum punit Deus. 401.c. Mali cecidit de caelo ob sceminas. 589. uide Diabolus.  
**A**nadiplexes in psalmis. 281.b  
**A**naphora & epanaphora. 281.c  
**A**nima hominis ex musica & numeris constat. 259.b. Multum commouetur cantu. 260. 261.  
**A**nime separate trahuntur interdum cum Dæmonibus per aerem. 400.a. Non possunt mouere corpora nisi proportionata. 435.a. Non cupiunt apparere uiuis. c. Moueri possunt localiter. 433.c. qua mensura mensuratur talis motus. 434.b  
**A**nime defunctorum apparent ex omnibus receptaculis. 436.c. etiam de inferno. c. Ipsæmet per se nō semper per angelos. 430.c. Vide Mortui. & Apparitio.  
**A**nime purgatorij cur dicuntur torqueri sulphure inferno tartaro, &c. 480.c. An Christo descendente in triduo fuerint liberata. 481. an orēt pro nobis. 482.  
**A**nni

# R E R V M.

**A**nni semper. 12. mensium. 365.b  
**A**nnus Maximus. 36000.  
**A**ntonio apparet Diabolus. 438. & etiam Christus. 444.b  
**A**nticipatio in scriptura quid. 424.  
**A**nticipatio. rempla. 425.  
**A**pices Hebraei literarū non sunt de essentia scripturae. 512.c. 520.b  
**A**posiopeses in psalmis. 283.b  
**A**postolorum omnium sedes & Ecclesia præter Petri perierunt. 313.a  
**A**postrophes in psalmis. 283.c  
**A**pparitiones mortuorum irridentur ab Hereticis. 391. Possunt fieri uirtute Dei. 392. Id credere etiam Gentiles. 393. imaginariae illusiones interdū sunt. c. multæ referuntur. 428.  
**A**pparuit Christus post ascensionem in propria persona. 437. Paulo. 439.a. sue matri. 440. D. Petro. 306. 441. 329. & alijs. 442.  
**A**pparuit uerbum diuinum in ueteri testamento Patribus. 445. 71.b  
**A**qua Deus Aegyptiorum uicit ignem Deum Chaldeorum. 558.b  
**A**que propriae in inferno an sint. 494.a  
**A**quilones partes sunt sedes Diaboli & quare. 479.a  
**A**ram combustus in igne Chaldeo. 557.b  
**A**rma infidelibus qui uendit an peccet. 596.c  
**A**rticulorum euentia in attestante haberi potest. 232.b  
**A**rticuli fidei non sunt demonstrabiles etiam supposita fide. 204.b  
**A**rianorum in uirgines odium. 373.b  
**A**rist. de Trinit. sentent. 197.c  
**A**rsini cultum imponebant Gentiles Christianis. 190.b. 383.a  
**A**rsina Balam ut loquuta est. 400.c. 421.a  
**A**rsui sepultura quid in scriptura. 408.c  
**A**ssyrijs columba sacra. 188.b  
**A**ssyria idem quod Siria. 189.c. multas habet prouincias. 189.a  
**A**theniensibus noctua sacra. 188.c  
**A**tributa Dei non habent infinitatem ut præscindunt ab essentia. 223.a. omnia uidentur à beatis. 544.a  
**A**tritio non potest haberi uiribus nate. 131. potest esse meritoria glorie. 131. 132. 116. 135.  
**A**ugeri & produci potest simul forma, tam supernaturalis quam naturalis. 126.a  
**A**ugmentum glorie non meremur per primam contritionem. 118.a. 144. 145.  
**A**ugustinus cur dubitando tractat quaestiones scripturae. 451.b. In Tragædijs flebat. 584. & post in Hymnis & canonicis Ecclesie. 259.b  
**A**uxilium supernaturale principium contritionis & cum habitu remisso elicit actum intentum.  
**B.**  
**B**arbam radere in malam partem. 450. nutrire in bonam. 451. In differenter. 455.c. primas barbas immolabant Dijs gentes. 459.c  
**B**arbarorum nomina præstantiora cæteris

teris. 623. Per barbaros Hebræi significatur ibi. 623. Besta uirgo fidem hic nunquam exuit. 235. b. non fuit mendica. 696. b. ei apparet Christus post mortem sepe. 440. & ipsa post mortem apparuit multis. 428. Beatifica notitia quæ sit. 218. 219. Beati non uident omnia quæ sunt in uerbo. 543. c. pro ipsis orare blasphemum est. 488. a. si beatus in igne ponetur non læderetur. 504. cur. 505. a. Berossi Chaldæi de peccatis hominum tempore diluuii sententia. 66. b. Cōfictus ab Anno. 325. a. Bona sensus retardant nos. 102. 103. b. Bona Monasteriorum communia. 562. c. a quibus administranda. 563. Brigittæ apparitiones. 443. Brutia non coeunt cum parentibus. 388. a. carmine & cithara leniuntur. 260. b.

C.

**C**abalistarum mysteria de nomine Iesu. 627. b. Cæli instrumenta musica. 269. b. uerum sonum & musicam edunt. 265. cur non eam audimus. 269. b. 270. b. singulis cælis, singula Syrenes insunt. 268. Cæli motu cessante nullus naturalis motus erit. bene tamen intentionalis. 503. 506. Cæsaris cura circa tonsuram & barbam. 457. b. uice Christi erat rex. 680. c.

Cajetani tres ordines rerum explicati. 51. c. 52. a. tenet quod Christus prædicauit damnatis fructuose. 69. c. Cain quo anno mundi & uitæ occidit Abel. 362. b. nomen ei non recte impositum. 622. b. Calor & frigus simul agunt in damnatos. 491. non contrariantur ibi & cur. 501. Calua Venus cur colebatur. 455. a. Camelli decepti ut cum matre coiret ira & rabies. 388. b. Canes loquuti. 396. c. quomodo. 400. Cantu & carmine utitur Ecclesia militans & etiam triumphans. 258. a. his bruta etiam mulcentur. 260. ex hilarantur tristes cantu. c. & minuitur labor opificibus uiatoribus. 261. a. b. disponebant se prophete ad prophetandum. 256. c. Capilli ornati occasio mali. 454. Hispani laudati. c. mulierum ad ornamenta bellica. 455. a. Capillos nutrire in bonam & in malam partem. 456. eos immolabant gentes Dijs. 459. c. Carmen quoddam est totus mundus ex Aug. 263. c. 264. a. Carmine Deus laudari mauult quam prosa. 256. Carmina Hebræorum non sunt ut nostra. 287. 290. Caput radere quale sit. 450. b. Carcer dicitur corpus in scriptura. 71. a. Caro uel corpus hominis dicitur carcer in scriptura. 71. a. Carpo apparet Christus. 442. a. Caritas pietas uendere an liceat. 595. a.

Catechumeni cur priuati suffragijs Ecclesie. 483. b. Catherine Senensi apparet Christus. 444. b. Cato. 80. annorum genuit. 366. a. Cause obiectionis uicem supplere Deus non potest. 224. b. 227. c. Causa finalis præcipue habet locum in Deo. 21. b. 60. b. Cedrus in bonam & in malam partem capitur in scriptura. 456. Ceilitani traderent Dauidem. 524. Cerna matutina in titulo psalmi. 21. quid sit. 276. a. Chaldæi colunt ignem. 557. 558. Chaldæorum Vr quid nam sit. ibi. Chrysostomi odium in comædijs & ludos scenicos. 586. 607. Christus sati fecit de toto rigore iustitiæ. 615. a. alteri. b. & sibi. c. ex proprijs. 626. a. per quamlibet operationem. 618. c. an Pater teneretur acceptare. 619. Christus luctatus cum Iacob non Angelus. 445. Apparuit in propria persona in ueteri testamento. 82. 446. Prædicauit temporibus Noe. 70. 82. Prædicauit animabus purgatorij. 84. b. & damnatis inferni. ut dicunt aliqui. 70. b. 68. c. Verè & substantialiter descendit ad inferos. cōtra Durandum. 433. c. Christus apparuit Petro fugienti Romam. 306. c. 441. c. & beata Virgini & Constantino. 442. c. & beata Brigittæ. 443. & Catherine Senensi. 444. & alijs uerè de celo descendens. 437. Christus & Petrus sunt petra & fundamentum Ecclesie. 297. c. & caput ambo. 299. c. Christi imaginem assumit Diabolus. 438. Christus sub ascendente Virginis natus. 361. a. Tonsura utebatur non rasura. 472. b. Bibebat uinum. 471. a. nõ fuit Nazareus legalis. 462. 470. nõ fuit Nazareus per Zain. sed per Zadic. 464. Christus est nomen patris. cur. 639. a. dicitur Nomen Dei. 555. a. inuenit nomen Iehouah. 630. dicitur abbreviatio Patris. 633. b. dicitur Salomon in scriptura. 651. c. & Dauid. a. Christi mors & passio an & quomodo profuerit damnatis. 69. b. & fuerit causa nostræ prædestinationis. 54. eius incarnatio prius prouisa quam caro hominum. 16. 37. 44. Christus prædestinatus prior omnibus. 54. c. uisus scientia uisionis prior omnibus creaturis. 60. dicitur genermen. 32. b. & primus fetus creaturarum. 37. a. si non esset futurus nihil esset in mundo. 33. b. prædestinatus ante peccatum non ueniret si nõ esset peccatum. 15. 48. passibilis uel impassibilis. 57. Christus prædestinatus ante oēs creaturas. 19. 30. 32. 37. 60. creaturæ oēs propter Christum. Christus Alpha & Omega. 34. dicitur corpus in scriptura. 33. c. & primogenitus quare. 31. de cruce prædicat. 519. c. Christus cur non meruit gratiam uel

# I N D E X

gloriam uel unionem. 111. c. 140. c. non duplici titulo sed unico habuit gloriam corporis ex meritis. 141. c.

Christus. 40. diebus post resurrectionē fuit in paradiso. 423. c. ascendit in coelum aliter quam Elias. 405. c.

Christus habuit euidentiā in attestante mysteriorum fidei. 233. 235. per scientiam inditam quomodo cognouit Trinitatem.

Christus fuit uerus & proprius rex omnium creaturarum. 668. aliter quam reges mundi. 661. cur id non exercuit in hac uita. 698. a. non fuit rex iure hereditario. 671. nec quia electus ab Hebræis. 672. sed titulo redemptionis. 679. & dono Patris. 680. etiam in hac uita. 681. & in utero matris. 683. c. cur negauit se esse regem. 689. eius perfectioni nihil obstabat regnum. 694.

Christus uere pauper non per rerum inopiam. 695. non mendicus. 696. habuit proprium. 697. paruulus dū erat in hac uita. 682.

Christianis imponebant Gentiles quod asinum colerent. 190. b. nunc in Hierusalem dissecti. 357. Vide Fideles.

Circus. 582. quid & quale. ibi.

Circumcisus Christus & presentatus in templo ceu peccator. 470.

Citharæ & musicæ uis. 258. 262.

Cithariste & lyristæ an peccent. & an sint infames. 606.

Clauis tres sibi Deus reseruauit. plus uis. uulue. uita. 378. b.

Cleros in psalmo. 67. esse uasa coquonen. 184. a. uel sortes. 186. b. uel terminos seu consinia regnorum. 187. a uel ordines seu acies belli. 188. a.

Codices Hebræi non sunt uitiati sed integri & puri. 508. 509.

Cæcitas Iudeorum propter electos. 29. a.

Coexistentia rerum in æternitate diffusiusciter intelligitur. 525. c.

Cognoscit Deus futura conting. antequam decernat ea esse. Vide Futura cognosci abstractiue quidditatiue non potest Deus. 215. Vide Notitia. Scientia. Futura.

Columba sacra Aßyrijs. 188. b. Dea illorum. 190. a. in uexillis eam gerebant. 191. a. b. significat iram & gladium. 192.

Comœdiæ Tragediæ nomen. 580. in quo differant. 181. b. in bonos usus olim. 583. in quo loco agebantur. 582. a. quod sunt licite cum certis conditionibus. 594. usque 600.

Comæ capitis. uide Capillos.

Comici an peccent. 597. & qui eos spectant. 598. sunt infames. 599. c. 602. c. an possint esse testes. 603. b. cur admittantur ad communionem ibi. an sint in republica necessarii. 605.

Communio an neganda comicis & scimitis. 603. 604. Coni-

# R E R V M.

Concreta singularia duo in diuinis. 247.

Conditionalis propositio uera an sit necessaria. 523. c. 549. a.

Conclusio de fide non sequitur ex una naturali. 351.

Consuetudo patriæ seruanda. 458.

Conscientia peccatorum est uermis. 495.

Contingentiæ futura habent determinatam ueritatem. 529. an represententur in Deo naturaliter. 542. c.

Contingentiæ conditionata certo & determinate cognoscit Deus. 536.

Concretio & dilectio cur magis sunt ultime dispositiones quam alij actus. 120. non procedunt ab habitu gratiæ sed ab auxilio. 149. 150. non præsupponunt remissa peccata. 159. 160.

Contritio quomodo effectiue pellit peccatum. 159. a. 160. a. 120. c.

Copula carnis esset in paradiso si duraret status. 385. a.

Copula inter diabolos & mulieres quomodo sit. 399.

Corona procornu capitis. 450. c.

Corpus Moysi. 409. Vide Moyses.

Corpora sanctorum cum Christo sanguinia an & quomodo surrexerunt. 423.

Corpora damnatorum ut non corrumpantur. 506. a. Vide damnati.

Corpus idest ueritas in scripturis. 33. c. & ipse dicitur Christus uerbus.

Corruptum per naturam idem non potest reparari. 359. a.

Corrupti seculi mores. 97. b. c.

Corrupti non sunt sacri codices. 508.

Creatio non est causa efficiens creature. 165. non est prior suo termino procedit à tribus diuinis personis. 251. b. elicitue non est à prouidentia sed à prædestinatione. 38. 45. 46.

Creare non potest Deus si subsistentias relatiuas præscindas. 248.

Creaturæ referuntur naturaliter ad totam Trinitatem. 243. c. 249. c.

Creaturæ rationales omnes saluantur iuxta Origenem. 63. a.

Creaturæ dicuntur umbræ. 33. omnes sunt propter prædestinatos. 25. & propter Christum. 36. c. cur dicitur à Paulo ingemiscere. 27.

Creaturæ omnes cruciaturæ sunt damnatos. 496. a.

Cruces lignæ in triuijs unde ceperunt poni. 185. a. de cruce Bomitar prædicat aliter quam Christus. 519.

Crucifixi eadem die sepeliendi. 512. b. uiri crucifigebantur uersi ad populum: femine ad lignum. 518. c.

Cybelis matris Deorum sacerdotis casti. 367. c.

Cypriani eloquentia. 579. b.

D.

**D**AEMON. uide Diabolus.

**D**amnati aliquando saluandi aut

Origenes. 63. a. sed uere in aeternum sunt puniendi. 88. 89. non iuuantur suffragijs uiuorum. 478. a. 483. c. nec minuitur eis poena. 484. non transeunt de uno tormento in aliud 489. c. simul torquentur frigore & calore. 491. b. 500. a

Damnati non recipiunt etiam in corporibus calorem & frigus sed specie intentionalem. 501. b. 505. c. an sit in eis fletus factor sulphur aquae & c. 491. & infra. ut possint in aeternum pati ab igne. 89. c. 501.

Dauid carmine pellebat Diabolum de Saul. 257. a. uere fecit psalmos carmine. 271. c. diuinus poeta. 272. b. 292. laudatus ibi. 284. c. contra Haereticos. 254. b

Dauid nomen saepe ponitur pro Christo in scriptura. 651. b

Defunctus. Vide Mortui & Apparitio.

Demonstrari res fidei non possunt etiam supposita fide. 204. b

Demogorgonis primi Dei nomen inefabile inter gentiles. 632.

Deus cognoscit futura conting. multipliciter. 533. praedeterminat physice omnes effectus liberos, secundum aliquos. 544. moraliter tantum secundum alios. 546.

Deus solus miracula facit. 397. b. non punit bis in idipsum. 66. 67. simul producit & auget gratiam. 121. 128. non potest supplere omnem causam 224. nihil dubitando dicit sed certo 526. b. specialem curam habet sedis

Romanae. 355. b. 358. c

Deus in hac. Deus creat quomodo stet pro persona. & in hac Deus generat. 250. b c

Deitatis indiuiduum duplex. 247.

Deus nullam habet subsistentiam absolutam sed tres relatiuas. 246.

Dei mors & passio in optimis locis uet. test. 510. & infra.

Dei nomen nec ore enuncianum. 632. c. Vid. Iehouah. Deus uita nostra in plurali. 518. a

Diabolus creatus & conseruatus propterea electos. 28. b. odit musicam. 257. saluandus in fine mundi ait Origenes. 63. a. a doratus a Saule. 413. b

Diabolus non potest miracula facere. 397. b. non potest generare. 399. quomodo potest coire cum foeminis. ardet amore foeminarum. 589.

Diabolus non facit animas apparere. 391. simulat se esse animam ibid. 395. non potest detinere corpora caelestia. 402. potest imprimere nobis species. 403. transfiguratur se in Angelum lucis. 392. b. 413. etiam in formam Christi. 438. ei immolabantur barbae & capilli apud gentiles. 459. Quo ad motum localem omnia ei obediunt. 400. a

Dilectio & electio Dei quomodo differant inter se & a praedestinatione. 6.

Dilectio Dei super omnia antecedit contritionem. 160. b. est dispositio ultima ad gratiam potius quam alij actus. 120. non procedit ab ha-

bitu charitatis 133. est remissiuus peccati. 161.

Diluuij tempore quae erant peccata hominum. 66. c. illos homines saluos fuisse ex Hiero. 66. c

Dispensare in iure diuino quomodo possit Papa. 331. in humano iure potest sine causa. 339. b

Dispositio ad gratiam. uide Contritio. & uide Ultima dispositio.

Dispositiones ultimae ad formam non sunt a forma. 156. 157.

Disponere materiam ad formam quatione possit diabolus. 398. c

Diuitiarum noucumenta. 93. cur Deus eas pollicebatur Hebraeis. 377. b

Dominus orbis & mundi Christus ut homo. 668. 676. quo titulo. 679. etiam in hac uita. 681.

Dominium & regnum differunt. 666. c. 679. c. dominium & usus differunt. 682. c. dominium a mari usque ad mare quomodo in Christo. 652. b

Domos edificare idest generare filios in scriptura. 378. c

Durandi error circa descensum Christi ad inferos. 433. c

E.

**E**ccllesia pastorem habet perpetuum hic. 299. in Occidente habet capitulum non in meridie. 317. quot persecutiones passa. 313. 318. nunquam interrupta ab Abel. 559. b. uide Romana & Papa.

Efficiens causa non potest simul produ-

cere & augere formam. 126. b

Effectus omnes habent respectum naturalem ad Trinitatem. 243.

Ehic nomen Dei quid significet. 634. a. c

Electi pauci. 92. c. 93. 94. 95. cur tam pauci. 96. 101. 102. nomine paucorum gemmarum & auri significantur. 93. a

Electio quid. 6. differt a delectatione & praedestinatione. ibi.

Eli nomen aui Christi & quod dixit in cruce Eli Eli non idem. 626. c

Elementis omnibus cruciandi damnati in inferno. 498. a

Elephas deceptus ut cum matre coiret se praecipitauit. 388. a

Empedoclis mors qualis. 486. a

Enos quomodo coeperit inuocare nomen Domini. 554.

Epiphonemata in scriptura. 283.

Episcopi totius orbis semper recognouerunt Romanum. 302. sunt in statu perfectiori quam religiosi. 687. & tamen non sunt pauperes. 695.

Epistrophes in Psalmis. 282. b

Epizeuxes. 281. b. 281. b

Equus deceptus ut cum matre coiret se praecipitauit. 388. a

Erasmus non uult Petrum uel Papam esse petram sed solum Christum. 296.

Error Origenis de saluandis omnibus damnatis. 62. alter de saluandis omnibus fidelibus. 64. qui tribuitur Hieronymo simul cum alio. 66. alter simile. 68. c. & c.

Essentia diuina non potest abstractiue

# INDEX

cognosci. 214. 215. omnia quiddit. representat etiā antecedenter ad uoluntatem. 537. c. est ratio propria & distincta singulorum. 538. c.

Et particula declaratiua. 41. b. & canalis. ibid.

Euangelizātibus in psalmo. 67. est uox feminini generis. 176. b.

Eucharistia. si deest facta consecratione an maneat eadem notitiæ sensitiue. 229. 230.

Euidētia in attestante mysteriorum haberi potest. 232. b. impugnatur. 236. defenditur. 238. 239. non excludit scilicet. ibi.

Eunuchi qui laudati. 371. c. qui uituperati. 372. b. c.

Eusebius Cæsa. quis & quam doctus præsertim Hebraicè. 288. c.

Exemplum de aere ingrediente fenestram expenditur. 165. c.

Exempla de ui & potentia musica. 262. & infra plura.

Existētia in Deo non est idem quod subsistentia. 246. c.

Ezechias eum tam miserè deplorabat mortem suam expenditur. 339.

F.

Februarius unde dictus. 393. d.

Femore iurabant Hebræi. 686.

Fidelis nomen Christi in scriptura. 638. c.

Fideles omnes saluantur ex Hieronymo 64. refutatur is error. 90. 92.

Fidelium minor pars saluatur. 96. 97.

Fidei actus primus est meritorius. 116. c. si. am. uiaiores nunquam exiunt.

205. a. fidei mysteria non naturaliter cognoscuntur. 204. b.

Figura & characteres Hebraicarum litterarum. 628.

Filij Adam & filia quot & quæ earum nomina. 388. cum suis sororibus contraxerunt. 387.

Filiorum copiam cur Deus Hebræis pollicebatur. 377. a. & ipsi tantopere desiderabant. ibi.

Filij parentibus dissimiles unde generetur. 611.

Finis beatitudinis superat captum nostrum. 102. a.

Finis uel causa finalis locum habet in Deo potius quam alia causa. 212.

Finis ultimus & finis effectus. 48. o.

Finis quem Deus habuit in rerum creatione Christus. 34. 35. finis Christi quomodo sit salus hominū. 48. c.

Fletus an propriè in damnatis. 495. b.

Femine Hebræorum canebant uiciorum uictorias. 178. a. erant conuentus ueluti monialium in templo iherosolymitano. 179. b.

Femina species domus cur. 183. a.

Feminas cum diabolo coire. 399. Vide Diabolus. an debent tonderi uel rasari. 455. a.

Feminarum ministerio an licite fiant comedie. 500.

Fætor an propriè in dānatis. 495. c.

Forte in scriptura non tollit certitudinem. 526. idem quod certe.

Fortis Deus debilitatus. 519. c.

Fortune simulachrum lapideum. 396. c.

quā arte & modo loquuntur. 400. b. c.

Forma

# R E R V M.

Nomen prius inheret quam operetur. 154. c. potest simul produci & intendi. 126. a. non est causa ultimate dispositionis. 156. 157.

Frigus uerum in inferno. 494. b. simul cum calore cruciat corpora damnatorum. 491.

Fundamentum Ecclesiæ Diuus Petrus. 297.

Futura contingētia habent determinatam ueritatem. 529. a. dupliciter cognoscuntur à Deo. 535. & infra. quod futura conditionata certo etiam cognoscit. 524.

G.

Generales ordinum in duplici differētia. 348. a.

Generare in initio mundi non incipiebant nisi centenarij. 362. 365.

Gentium nomine appellantur Iudæi. 427.

Gentiles plectebant cælibes. 375. a. cur. 387. a. ut uouerunt Trinitatem. 202. 203. ab Hebræis didicerunt omnes literas. 203. a. 273. c. 623. immolabant capillos & barbas Dijs. 459. c.

Gigantes Gene. 6. qui sint. 589.

Gloriam primam promeremur per ultimam dispositionem ad gratiam. 114. b. gloriam & eius augmentum potest quis simul mereri. 121. b. non tamen per ultimam dispositionem. 118. a. gloriam sine proprio merito habent multi. b. c.

Gloriam corporis meruit Christus non anima. 140. c. 141.

Græci ab Hebræis omnem literaturam didicerunt. 203. 273. 623.

Græci Papatum Ecclesiæ sibi usurpabant. 313. 317.

Gratia & bona gratuita prius uoluita quam naturalia. 42. 43. & etiā prius uisa scientia uisionis. 59.

Gratia & gloria soli Deo sunt naturales. 7. b.

Gratia potest simul produci & augeri. 121. 128. semper producit in aliqua intensiōe. 122. non efficit contritionem. 155. a. extra sacramentum non dat ius ad gloriam donec homo operetur. 137. c. 138. quomodo fit acceptatio ad gloriam. 136. eius augmentum non cadit sub merito ultimate dispositionis. 144. 145.

Gratis & ex iniustitia non potest aliquid dari. 125. c. 140.

Gratia quomodo præsupponit naturam. 42. 43.

Gregorij Nazianzeni amor & studij in uirginitatem. 390.

Gregorius Papa cur uoluit appellari pastor uniuersalis. 303.

H.

H. communicata Abrææ & Sarre. 631. c. significat filium Dei in nomine Iehouah. ibi. cur. 633. b.

HH due literæ nominis Iehouah cur in nomine Iesu commutatae in SS. 640. a.

Habitus remissus quomodo possit elice actum intensum. 143. 144.

Her.

# INDEX

*Harmonia diapasonica perfecta constat mundus.* 266.c  
*Hereticorum libros legere an.* 174.c.  
*eorum conuitia in Ecclesiam Romanam.* 315. in sanctas uirgines odium. 663. irrident apparitiones mortuorum. 391. b. uolunt caput ecclesie non esse Romam. 357. tolerantur à Deo propter electos. 28. 29.  
*Hebræi Rabini non semper delirant.* 172.c  
*Hebræa nomina diuina recte imposita.* 623. literarum Hebraicarum figura mysteria. 628. præ cæteris uocabulis. 628.  
*Hebræi magistri fuerunt Græcorum & Gentilium.* 203. 273. 623. eorum literæ & carmina antiquiora omnibus. 273.  
*Hebræi codices nunquam corrupti.* 254. 4. 508.  
*Hebræi cur tautopere desiderabant filios.* 380.  
*Hebræi nomine Gentis in scriptura significati.* 427. Hebræi Afri conuersi ad Christum ex lectione Isa 53. 511.  
*Hædera symbolum libidinis.* 366.c.  
*Heli filii interfecti à Deo.* 1. Reg. 2. cur 180. b  
*Helius non ascendit in cælum sed uelut in cælum.* 405. c. nondum est mortuus. ibid. apparuit Christo uerè. 404. uicturus usque ad iudicium. 406. b  
*Hieronymo error tributus quod omnes fideles saluantur.* 64. c. excusatur. 91. sepe loquitur de mente aliorum. 90. c  
*apparuit post mortem.* 428. a. quam doctus fuerit Hebraicè & Chaldaicè. 288. b  
*Hieroglyphica mulieris.* 592.  
*Hierosolymam uolunt Heretici esse caput Ecclesie non Romam.* 315. 316. refutantur. 357.  
*Hircus symbolum libidinis prohibitus sacerdotibus.* 366.  
*Hispanorum capilli laudati.* 454. c  
*Histriones Romæ non habebantur pro ciuibus.* 588. c. an sint infames. 599. c 602.  
*Homines in bruta ui magiæ.* 394.  
*Hyperboles in sacra scriptura.* 25. c

I.

**I**acob luctatus est cum uerbo diuino non cum Angelo. 445.  
*Iah abbreviatio Iehouah.* 633. b  
*Idea etiam antecederet ad uoluntatem repræsentat.* 537. c. non est perfecta nisi rei futuræ. 541. a  
*Idem numero reparari non potest per naturam.* 399.  
*Idolum nihil & inanitas.* 553. c  
*Idola uiuente Adam cæperunt.* 554. c  
*Idola qui uendit infidelibus an peccet.* 596. c  
*Ieconias ultimus rex Iudeorum.* 656. a. 658.  
*Iehouah nominis Dei proprietates.* 629. b. cur non profertur à Iudæis. 632. quid significet. 633. an ad placitum. 634. c. Christus & Moyses & Salomon illud inuenerunt. 630. recepit

# R E R V M.

*cepit literam. S. & sic uenit in nomen Iesus.* 628. 636. 639.  
*Iehouah à radice Houa quod significat tristem.* 514. c. nomen proprium Dei 516. a. non communicatur creaturis. b. est nomen proprium Messie. c. an sit idem quod Iesus. 627. c  
*Iephibe non occidit suam filiam sed reclusit eam.* ait Lyr. 180. a. 381. a. eius filia ut fleuerit suam uirginitatem. 381. b. ut circueirit montes id est sacerdotes. 382.  
*Iesus nomen.* Vide, Nomen.  
*Ignis uerus in inferno.* 492. eiusdem speciei cum nostro. 493. a. quæ sit eius materia bi quomodo duret & conseruetur. c. urit & non lucet. 497. non calefacit corpora damnatorum. 501. b. c. quare. 505.  
*Ignis simul cum frigore agit in damnatos.* 491. b  
*Ignis inferni perpetuus.* 88. 89.  
*Ignis Deus Chaldeorum.* 558. a. uictus & extinctus ab Aqua Dea Aegyptiorum. ibi.  
*Ignis solus homo utitur non bruta.* 558. a  
*Ilia & Mays parentes.* & auctores Romanorum. 370.  
*Illusiones Diaboli.* 393. 402.  
*Imagines appellantur nomine rerum quarum sunt imagines.* 412. c  
*Illephonso apparet B. Virgo.* 429.  
*Imaginatio facit casum.* 505. a. uis imaginationis. 611. b. præsertim tempore conceptus. 611.  
*Immutatio intentionalis sufficit ad querendum grauissimè.* 501. b. 505. c  
*Imperator non est Dominus mundi.* 673. b  
*Imperatores Græci quantum persequuti sint Ecclesiam Romanam.* 313. b 328. b.  
*Incubi & succubi Demones.* 399. a.  
*Incarnatio.* Vide, Christus.  
*Individuum Deitatis in Deo quale.* 247.  
*Infamia iuris non tantum incurritur propter peccatum.* 646. c. eam incurrunnt Comici, Mimi, Histriones. 599. c. 602. c  
*Inferni pœnas finiendas ait Origenes.* 63. a. refutatur. 88. probatur ex scripturis. 87. c  
*Infernus irridetur à Poetis.* 486. b. an habeat aliquas portas & quæ sint. 485. ex inferno etiam apparent anime. 437. a  
*In finem in psalmorum titulis quid sit multipliciter explicatur.* 274. b. 283. a  
*Insepultum relinqui pœna est.* 408. b  
*Instrumentum musicæ est cælum.* 269. b  
*In instanti iustificationis homo meretur gloriam per multos actus.* 119. c  
*Intercalares uersus in Psalms.* 283. a  
*Intuitiua notitia & abstractiua non deferunt secundum substantiam.* 218. quid sint. 208. a. uide Notitia.  
*Iod prima litera nominis ineffabilis.*  
*Iosephus quam doctus Hebraicè.* 288. a  
*Iosue nomen an sit idem quod Iesus.* 625. b

LII

# INDEX

625. b. cur profertur Iosue. & non Iehosue.
- Isaac & Ismaelis ludus fusissime & multipliciter exponitur. 574.
- Ismael ludebat cum Isaac. ibi.
- Ius ad gloriam extra sacr.
- Iude tribus leones in vexillis gestabat 191.
- Iudas Ischariotes an fuerit laqueo suspensus in nocte mortis Christi. 425. b.
- Iudæi, uide Hebræi & Rabbin.
- Iudex omnium Christus in temporalibus. 684. b.
- Iulius Cæsar barbam colebat. 457. b.
- Ius ad gloriam extra Sacramentum nullus habet à gratia sed ab opere meritorio. 138. a. b.
- Ius diuinum quæ præcepta continet. 327. c. an sit dispensabile. 331. 341.
- Ius humanum sine causa est ab hominibus dispensabile. 339. b.
- Iustitiæ titulus & gratiæ pugnant. 125. 140.
- L.**
- L**achrymæ in inferno an sint ueræ. 495. b.
- Lamed littera Hebraica typus regis. 628. c.
- Lapides loquuti arte Diaboli. 396. c.
401. c. lapis in bonam partem. 455. c. in malam. 456. a.
- Latro bonus meruit gloriam quam habet contra quosdam. 115. c. 117. b.
- Latus uocalis propriè in cælo. 258. a.
- Leo de tribu Iuda quid. 192. a. tribus Iudas leones in vexillis gestabat. 191.
- Lex euangelica quæ præcepta continet. 327. c.
- Liberi effectus futuri conditionati quomodo cognoscantur à Deo certo. 522. an represententur libere. l. ne cæsario in Deo. 542. c.
- Libri antiqui euoluendi. 210. a.
- Licentiam debet habere religiosus ut expendat, retineat. 568. 569. duplex licentia.
- Lilis altera uxor Adæ. 389. a.
- Litteræ & scientiæ omnes ab Hebræis. 273.
- Literalis sensus in scholis præferendus cæteris. 168. 171. b.
- Literalis sensus psalmorum non semper est de Christo. 171. a.
- Litterarum Hebræicarum figura & significatio mysterijs plena. 624. 628.
- Locali motu multa potest Angelus. 400. a.
- Loqui canes & lapides. 396. c. 400. b.
- Loth uxor in salem. 396. c. 401.
- Lucta Iacob cum uerbo diuino non cum Angelo. 445. b. c.
- Ludere in scriptura significat idolatras, occidere, coire, illudere. 534.
- Ludus Ismaelis cum Isaac. 573.
- Ludi scenici quid & ad quid. 583. an sint necessarii. 605. b. uide Comædia.
- Lunæ tacenti silentia. 267. t.
- Lunam cælo deduci creditum ab antiquis. 396. c. 397. a. quomodo id fiat. 402. c.

Magi

# R E R V M.

- M.
- M**agi Pharaonis quomodo fecerint miracula. 396. c. 402. a. b.
- Magia ut apparere mortui an possint & alia miracula fieri. 393. 397. 402.
- Mahoma tradit suæ Mechæ templum esse opus Abrahæ. 566. a.
- Mali cur tot in mundo. 101. 102.
- Maledictos steriles creditum. 374. a.
- Manna cur dicitur in scriptura omnis esca. 491. a.
- Maria, uide B. Virgo.
- Martino apparet Sathan in figura Christi. 438. a. mox uere Christus. 442. & eidem Agnes, & Tecla. 428.
- Masimissa. 90. annorum genuit. 366. a.
- Materia disponere diabolus non potest. 398. c.
- Matrimonium necessarium in initio mundi. 386.
- Mayumæ, id est, las mayas quid. 601. b.
- Medium phrasi Hebraica quid. 98. b.
- Mem littera Heb. clausa quid. 284. b.
- Memoria euidentis diuinæ essentiæ haberi non potest nisi quo ad an est. 225.
- Meritum debet à gratia & charitate proficisci. 108. c. 109. a. non tamen ab habitu gratiæ, & charitatis. 162. a. 130. c. 135. c. fundatur meritum in acceptione & pacto Dei. 141. b. quid requiritur ad meritum. 115. 130.
- Meritum non est respectu primæ gloriæ tenet quidam. 108. a. refutatur.
- In instanti iustificationis meretur hæc gloria. 119. c.
- Meritum & præmium possunt in eodem instanti. 112. 142.
- Meritum Christi infinitum, & de toto rigore iustitiæ, & an obligarit Deum. Vide, Christus.
- Merlinus ex incubo & succubogenitus. 399. a.
- Messias inuocari quando cepit. 555. a.
- Messias duos ponunt Rabbin. 652. unum gloriosum. 653. alterum miserum. 654.
- Michæelis & Diaboli pugna. 410. a.
- Michael de Medina reprehenditur. 624.
- Mimus, Mimici. 581. a. an infames. 599. c. 602. c.
- Minerva de capite Iouis nata. 369. c.
- Miracula in commendationem Virginitatis inter gentiles facta. 570. b. non possunt arte Diaboli fieri. 397. b. 402. a. b.
- Mystici sensus in scriptura ad quid profint. 168. b.
- Monachis interdictus usus & proprietas. 687. a. non Episcopis. Vide Religiosus.
- Monasteria faminarum apud Hebræos. 179. b.
- Monasteriorum bona. Vide Bona.
- Moniales apud Hebræos. 179. b.
- Mortui non sunt consulendi. 389. a. b.
- Mortuis quomodo euangelizati. 82. b.
- Mortiferum signum. Theta. 185. i.
- Mortuus & moriturus Deus dicitur in libris Hebræicis. uet. test. 510. b.
- Mortem sibi inferre. Vide, Occidere.

LII 2

Mor=

# INDEX

**Mortuorum primogenitus & primitia**, quae ratione dicitur Christus. 424. b  
**Mortuorum & uiuorum nullum commercium.** 435.  
**Mortui apparere possunt.** 392. non ui Diaboli. 395. saepe apparere. 403. c. per se ipsos. 430. 432.  
**Motus.** Mouere. Vide Localis.  
**Movere turrim potest Diabolus.** 396. b. non tamen corpora caelestia. 402. c. nec animas.  
**Motu caeli cessante omnis motus naturalis cessat.** 503. c. 506. b  
**Moses & Paulus recordabantur se uidisse diuinam essentiam.** 225. a. c. etiam distincte. 226. a. per quod mendium. 240. c  
**Moses inuenit nomen Dei Tetragrammaton.** 630. b. uere apparuit in trasfiguratione Christi. 404. b. quod simul cum Samuele fuerit suscitatus à Pythonissa, dicunt quidam. 421. c. & quod non fuerit uere mortuus. 406. c. refutantur. 408. quid de eius corpore. 410. quod eius anima non descendit in infernum, nec in purgatorium. 408.  
**Mulieres perfectae quae sint.** 370. c  
**Mulieres saltare an bonum.** 584. c. ceperunt introduci in comedias. 585. b. damna ex earum representationibus. 586. etiam Angelis fuisse occasio ruinae. 589. tacitae & quietae esse debent. 592. b. ueste uirili utentes an peccent. 598. Vid. Foeminae.  
**Multiplicandi praecipuum habuere pa-**

**rentes nostri.** 385. post peccatum etiam ante. 385. c  
**Mundus totus.** 7. hominibus continuatur ab Adam usq; ad Antichristum. 406. b. constat sex millibus annorum iuxta aliquos. 553. e  
**Mundus totus est carne quoddam.** 263. constat musica. 264. c. eum imitatur Lyra. ibi. eius pulchritudo describitur. 265. dictus à munditie & ornatu. 266. a  
**Mundus dicitur templum Dei.** 270. c  
**Musicae uis.** 258. exempla miranda. 262. non dedecet uiros graues. ibi.  
**Musicae reddunt caeli suis motibus.** 267. a. & beati in patria. 258. a  
**Mysteria fidei non naturaliter demonstrantur etiam supposita fide.** 204.  
**Macharius pro Gentilibus orando.** 474.

## N.

**Natiuitas Christi sub ascendente signo Virginis contigit.** 361.  
**Natura medium ad gratiam.** 22. 25. 36. 47. propter gratiam. 42. 43. omnibus modis propter gratiam. 24. posterius uolita quam gratia. 41. 42. etiam uisa scientia uisionis. 39.  
**Naturae uiribus non habetur attritio.** 131. 132. contra aliquos.  
**Naturales actiones quomodo possunt esse meritoriae.** 133. b  
**Naturale fuit non miraculosum quod oues Iacob uarios foetus ediderint.**

# R E R V M.

**rint.** 610.  
**Nazaræorum initium.** 448. c. ritus. 449. cur radebantur post Nazarethum. 458. b. non bibebant uinum nec nouacula nec gladium nec forceps super caput eorum. 471. sanctiores sacerdotibus. c.  
**Nazaræus uocabitur, unde sumptum.** 465. c.  
**Nazaræus Christus tripliciter.** 462. a. non legalis. ibi. 470.  
**Nero obtulit barbam Dijs.** 459.  
**Nigror pro tristitia & miseria capitur.** 184. b  
**Niues non sunt proprie in inferno.** 494. c  
**Noctua sacra Atheniensibus.** 188. c  
**Noe praedicabat tempore diluuij.** 82.  
**Nomen Dei El Saddai.** 555. a. & nomē Iehouah, uide Iehouah.  
**Nomen bonum habere expedit.** 621. ut rectum sit quid requiratur. c. & 62.  
**Nomina Hebraea ceteris praestant cur.** 623.  
**Nomen Iesu non Graecum.** 625. an sit idem quod Iosue. ibid. c. dicitur Iosuah. 626. à Iosah, Hebraico uerbo. 627. an sit idem quod Iehouah interiecta. S. 637. 639. alij negant. 641.  
**Nomen Iesu nouum.** 637. super omne nomen.  
**Nomina filiarum Adam.** 388. b. c  
**Nominare successorem potest Papa.** 337.  
**Notitia abstractiua & intuitiua.** 208. a  
**quidditatiua Dei abstractiua non potest dari.** 214. c. neque quidditatiua quin sit beata, 217.  
**Notitia abstractiua & intuitiua intrinsece & substantialiter non differunt.** possunt continuari. 228. 218. intuitiua panis post consecrationem an maneat. 230.  
**Nouacula super caput Nazareti.** 449.  
**Noua doctrina in quo sensu non est admittenda in Ecclesia.** 174. a. 173.  
**Novi testamenti scriptores non semper citant uetus in sensu literali.** 171.  
**Nox in scriptura quid significet.** 261.  
**Numerus pluralis pro singulari apud Hebraeos saepe.** 422. 469.  
**Nuptiae inter fratres an iure diuino prohibeantur.** 331. b. 385. c. aliquando fuisse licitae. 385. c. inter parentes & filios nunquam, ibid. nisi inter barbaros. ibid. non inter brutas. 386. a  

O.

**Occasiones peccandi quando sunt tollendae.** 596. a. quas dat ars, uel officium. 595. a  
**Occidens se ipsum peccauit Saul, contra Lyram, & Galatinum.** 419. c. 420. a  
**Occupatio figura in scriptura.** 424. 425.  
**Operationes Christi quomodo infinitae.** 616.  
**Orationes uiuorum quibus defunctis**



# INDEX

pro sint. 483. non beatis. 488. nec damnatis. 478.  
 Orationes Stephani effectus prædesti nationis Pauli. 50.c  
 Ordo diuinorum actuum circa præde= stinationem. 4.7.8.10.  
 Ordines tres rerum Caietani. 51.52.  
 Orientales sibi arrogabant Papatum. 317.  
 Origenis error quod omnes creaturæ intellectuales tandē sunt saluādæ. 63. refutatur. 85. b. excusatur. 86.  
 Origeni multa imposuere amuli. 86.  
 Ornatus mulierum an sit licitus. 596. b  
 Orpheus cur dictus trahere saxa can= tu. 263. b. detulit Hebraicis uocabu= lis honorem. 623.  
 Otho Imperator sibi barbam radebat. 477.c  
 Oues Iacob naturaliter &c. 610.  
 P.  
**P**apa superiore in terris non ha= bet. 333. b. licet sit Simoniacus scandalosus est obediendus. c. modo non sit hereticus. 344. tanta potest potestate quanta Petrus. 300. 336. est maior concilio. Angelis sanctis 334. potest abrogare decreta con= ciliarum. 334. c. 335. ut possit. 345. b  
 Papa non est Dominus & rex in tem= poralibus. 677. sed solum in spiri= tualibus. 673. potest nominare suc= cessorem. 337. potest Papatum alio transferre, per se loquendo. 332. ta= men per accidens non potest. 343. 346.

Papanon est uicarius Petri, sed Christi 300. uniuersalis pastor & Episco= pus cur non sit dicendus. 303. b  
 Papatum esse Romæ non est de iure di= uino. 327. multi hoc tenent. 342. alij oppositum. 322. 305.  
 Parentibus filij dissimiles, unde. 611.  
 Parasiti nomen non erat olim infame. 601. a. modo est. 602. c. 599.  
 In Paradiso fuit Christus cum sanctis. 40. dies post resurrectionem. 423.  
 Pascere & regere idem. 294. b. 295.  
 Pastorem perpetuum habent oues Chri= sti. 299.  
 Passio Dei in ueteri testamento. 510.  
 Passio damnatorum nō erit per ueram susceptionem realem calor in cor= poribus, sed tantum intentionalem. 501. 505.  
 Passibilis uel impassibilis an uisus Chri= stus ante uisum peccatum. 59.  
 Passione & morte Christi, an sint ho= mines prædestinati. 59.  
 Pater æternus non tenetur acceptare satisfactionem Christi nisi modo quo= dam. 619. b  
 Patientia lesa in furorem uertitur. 82. c.  
 Paucorum nomine significantur electi. 93. 4.  
 Pauci saluantur & quare. 83. 85.  
 Paulus cum alijs cæsariem sibi radit. 453. b. ei in propria persona appa= ret Christus uere. 439. a. recorda= batur se uidisse diuinam essentiam. 225. etiam distincte. 226. Per. quod medium. 249. de Christi regno. diuini=

# R E R V M.

diuinē loquutus. 685.  
 Paupertas præstat diuitijs. 377. b. non est necessaria perfectis. 687. 695. a. uera paupertas potest esse in diui= tijs. 695.  
 Pauper Christus an & quomodo fue= rit. 095.  
 Peccatores omnes propter electos per= mittuntur & tolerantur. 29. 30.  
 Peccata innumera in mundo. 97. 98.  
 Periculo peccandi qui se ponit. 599. a  
 Persecutio Ismaelis in Isaac, uide Isaac.  
 Personæ diuinæ tribus subsistentijs re= latiuus, nulla, absoluta subsistunt. 247.  
 Personis præcisus an Deus possit assu= mere uel agere. 250. c. 251. a  
 Petrus est petra super quam, &c. 295.  
 præfectus cæteris. 294. uolens su= gere Romæ uidit Christum. 306.  
 329. 441. quod uixit & obiit Ro= mæ. 310. c. primum nullibi sedit, dein de Antiochiæ, mox Romæ. 330. a. de cruce prædicat. 519. a  
 Philosophi ut norint Trinit. 202. 203.  
 Pilos in corde habuere uiri fortissimi. 452. b  
 Pilosi in scriptura in malā partē. 449.  
 Plato de uirgine natus creditur. 369.  
 erutus de inferno per Christū cre= ditur. 68. c. eius de Trinitate senten= tia. 198. a  
 Plenitudo temporis dicitur tempus in= carnationis. 28. b  
 Plinius flāmis Væseui cōbustus. 486.  
 Pluralis numerus pro singulari He= brai sepē. 422. c. 469.

Poeticū genus scribēdi. 255. a. laudatur.  
 Poetæ gentiles negant infernum. 488.  
 Porta inferni quæ. 485. 487.  
 Porta in scriptura quid. 487. c  
 Potestas temporalis & spiritualis per= se coniunctæ. 674. per accidens di= uisæ. b. utraque in Christo plenissi= me. uide Dominium.  
 Prædestinatio fons & principium om= nium rerum. 20. 37. 45. differt à di= lectione & electione. 6. prior om= nium decretorum Dei. 37. 46. si non esset futura prædestinatio nihil foret. 19. 20. 37.  
 Prædestinatio non præsupponit subie= ctum quod prædestinatur. 43. nō est specie distincta à prouidentia, sed eius species. 45. a. dicitur fons in scriptura, & quare. 91.  
 Prædestinati omnes propter Christū. 25. sunt priores creaturis. 26. sunt electi ante mortem Christi, non ta= men ante Christum. 54. sunt paucē præ numero præfectorum. 192.  
 Prædeterminatio Dei respectu omniū effectuum qui futuri sunt. 544. & qui essent. 545.  
 Prædeterminationē Dei quidā negant physicā. 546. sed non moralem. 9.  
 Prædicante Christo Tyrij conuertē= tur sine dubio, eo quod Christus ita dixit. 546.  
 Prædicauit Christus dānatis, dicitur mul= ti. 69. prædicauit tēporib. Noæ. 82. b  
 Prælati conuentuum non sunt domini nec possunt expendere. 563.  
 Præmiū iustorū differtur. 102. c. pœcē simul

# INDEX

- simul esse cum merito.* 112. 142.  
*Præscientia futurorum an sit prior prædestinatione.* 39. quomodo supponitur prædestinationi. 40. 49. 59.  
*Præsciti, uide Reprobi.*  
*Præsentatio B. Mariæ in templo quid.* 180. a  
*Præstigiæ Sathanae, & illusiones.* 394.  
*Prima gratia non cadit sub merito.* 139. c. est prima gratia tota illa quæ correspondet primæ contritioni. 119. 123. 124.  
*Prima gloria, uide Gloria.*  
*Primitiæ dormientium, & primogenitus mortuorum dicitur Christus.* 424.  
*Primogenitus creaturarum Christus.* 31.  
*Primus actus fidei est meritorius.* 116. c  
*Prius diligimus Deum, quam Deus det nobis primam gratiam.* 153. 154. 165.  
*Procuratores conuentus nihil penitus possunt expendere sine licentia prælati.* 562. 563.  
*Prolepsis in scriptura quid & quando.* 424. 425.  
*Pro octaua in titulis Psalmorum.* 275.  
*Prophetarum tria genera Osiandri.* 467.  
*Propheta quantum ad an est cognoscant euidenter mysteria fidei.* 232. b.  
*Propheta uerbo optandi & imperandi exprimentur prophetias.* 646.  
*Propheta unde Matthæus sumpsit. Nazareus uocabitur.* 467. b  
*Propositio de fide differt ab ea quæ est de iure diuino.* 350. non sequitur ex aliqua naturaliter cognita. 349.  
*Propositio de futuro contingenti determinatè uera.* 529. nec Aristot. uult oppositum. 532. a  
*Proprietates rerum non pugnat cum perfectiõne euangelica.* 687.  
*Prosopopœia in psalmis.* 283. c  
*Prouidentia nulla in Deo quæ non sit prædestinatio.* 19. 45. 53.  
*Psalmi. 5. 71. totus de Christo.* 645.  
*Psalmi. 67. argumentum & materia.* 175.  
*Psalmos à modernis Iudeis compositos dicunt Heretici.* 254. sunt uera carmina. 271. 287. c. quod genus carminis. 285. quidam scripti ordine alphabetico. 279. habent omnes phrasas poeticas. 281. cur non carmine redditi. 289.  
*Psalmorum tituli confusi & permutati ex Chrysofomo.* 649. notant instrumenta musica ad quæ canendus erat Psalmus. 274.  
*Psalmorum lectio & studium maxime commendatur.* 291. c. 292. a  
*Puer cum in altari apparet non est Christus.* 443.  
*Puer. 10. annorum genuit ex Hieronymo.* 363. b & alter. 9. annorum ex Gregorio. 364. a  
*Pueri habent ius & proprietatem licet non*

# R E R V M.

- non usum.* 682.  
*Pueri de limbo nunquam exeunt.* 437.  
*Pulchra Sarra usque ad nonagesimum annum.* 425. a  
*Pulchritudo uniuersi descripta.* 263.  
*Puncta & uocales dictionum Hebraicarum non sunt sacra scriptura.* 512. c. 520.  
*Pythagoræ de Trinitate sententia.* 198.  
*Pythonsa uim magiæ an potuerit suscitare Samuelem.* 412. usq; ad. 421.  
**Q**  
*Qualitas simul producitur & augetur.* 126. a. 128. b. semper producitur in aliqua intensiõne. 127.  
*Quantitas notabilis quæ dicatur quam religiosus non potest sine licentia expendere.* 571.  
*Questiones inutiles uitandæ.*  
**R.**  
*Abbini Hebræorum non semper delirant.* 172. b. refutantur circa expositionem psalmi. 71. 644. & quia ponunt duos Messias. 652. delirant in multis. 664. 421. c  
*Ranas ueras non fecerunt Magi.* 402.  
*Resura male audit in scriptura.* 450. aliquando est indifferens in bonum & malum. 455. c  
*Rationes æternæ in quibus Deus omnia uidet.* 558.  
*Raymundus Lulli quis fuerit.* 200.  
*Recordatio est duplicis obiecti ex Scotto.* 211. abstract. quidditatiua diuine essentiæ esse non potest. 225. sed fuit in Paulo quantum ad an est. 226. per quod medium. 240.  
*Relatio ad Trinitatem est in qualibet creatura.* 243. c. & pertinet ad ordinem naturæ. 252. & tamen non cognoscitur ab Angelo. ibid.  
*Religiosus sine licentia prælati nihil potest expedere, retinere, & c.* 564. b. nec deputata ad tales usus potest in alios. 565. c. Si quid occultat prælato peccat. 566. c. recipere ab alijs ut potest. 567. non potest. ei dare prælati licentiam ut expendat in usus prophanos. 568.  
*Religiosi non sunt in statu tam perfecto quæ Episcopi.* 687. a. b. 695. a. b.  
*Repetitio eiusdem uocis emphasim habet in scriptura.* 181. b  
*Representatiuum Dei non potest dari.* 215. a. b  
*Representantur omnia in Deo.* 538. an libere uel necessario. 542. c  
*Remissio peccati effectus gratiæ.* 159. b. & etiam contritionis. 160. a  
*Reprobatio in Deo nulla nec prouidentiæ quæ non sit prædestinatio formaliter.* 45. 53.  
*Reprobi plures electis.* 92. cur. 101.  
*Resurrectio per naturam non fit.* 399.  
*Resurgentiū primus ut Christus.* 424. qui cum eo surrexerunt an iterum mortui. 423.  
*Reuiscencia gratiæ & meritorum.* 128.  
*Rex uel regis nomen semper significat regem temporale nisi.* 669. c. aliud est rex, aliud Dominus. 666.  
*Rex mundi Christus proprie & in temporalibus non iure hereditario.* 671. c

# INDEX

Rex per Lamed Hebraicum significatus & quare. 628.  
 Roma Hebraicè quid. 223. c. eius mentio in vet. testamento. 324. b. Roma & Valentia idem ibi. super septem montes. 327. Romæ nomen olim non licebat effari. 327. perpetuitas eius. 325.  
 Romæ uixit & obiit Petrus contra hereticos. 310. eius urbis curam præ alijs Deus habet. 355. b. 358. c. ibi esse caput Ecclesiæ non instituit Constantinus. 356. c. nec Christus aut Deus. 327. 342. sed Petrus. 330.  
 Romana Ecclesia uexata ab hereticis. 310. 313. 317. eius firmitas præ alijs. 319. 320. id non habet ut Romana. sed ut uniuersalis. 347.  
 Romanus Pontifex. uide Papa.  
**S.**  
**S**acerdos est qui uis homo in hoc templo mundano ex Macrobo. 271. d  
 Sacerdotibus inter Gentiles prohibitus usus salis. 368. a. & esus Capræ. 366. b. & tactus hederae. c. castissimi. 367.  
 Sacerdotes Hebraei non radant sed tondeant. &c. 453. bibunt uinum. 471.  
 Sacra scriptura non est explicanda contra sensum Patrum. 170. 172. nec semper ad litteram de Christo. 171. non est in Hebraicis originalibus unquam corrupta. 308. licet cæ  
 nouo modo explicare. 173. unius loci multi possunt esse sensus literales 644. non rectè intelligitur sine linguarum peritijs. 624.  
 Salis usus prohibitus sacerdotibus cur. 368. a  
 Salomon inuenit nomen Ichouah. 630. habens. 10. annos genuit filium. 163. eius imagines & insignia erant Leonis. 191. c  
 Salomonis uox pro Christo non pro uero Salomone aliquando. 651. ei non cōuenit psalmus. 71. contra Hebræos. 645.  
 Saltationes in comædijs. 584. scæminarum. ibi. & 593.  
 Saluandi omnes ex Origene. 63. a. saltè fideles ex Hieronymo. 64. pauci. 97. quare. 94.  
 Samuel an uere apparuit Sauli. 411. usque. 422. cur permisit se adorari à Saule. 418. cur dixit ei. Cras mecum eris. ibi. &c.  
 Sancti interdum apparent suis deuotis. 428. ipsi in propria persona. 430. 432.  
 Sancti qui cū Christo surrexerūt. 423.  
 Sanguis Christi quòd profuerit damnatibus. uidetur dicere Hiero. 69. b  
 Sapor sine actione physica non. 507.  
 Sarræ nomen mutatum quomodo & quare. 631. c. eiecit Ismaelem. 575. nonagenaria erat pulchra. 425.  
 Satisfactio Christi de rigore iustitiæ. 615. alteri. ibi. sibi. 616. ex proprijs ibi. per quilibet operationem. 618. an pater teneretur accipere. 619.  
 Saul

# R E R V M.

Saul adorat Samuelem mortuum. 418. quod non peccauerit se interficiens. ait Lira. & Galati. 419. c. laudatur à Iosepho. a. saluum fuisse dicit Lira. 418. c. cur solum occidit masculos Amalech. 513. b  
 Scenæ & scenici. Vide Comædia.  
 Scenophegia festum Hebræorum. 580.  
 Scibile non est nisi ens. 422. 448.  
 Scientia infusa Christus nouit euidenter Trinitatem quo ad an est multis modis. 236.  
 Scientia licet sit à posteriori excludit fidem rei sic sitæ. 237.  
 Scientia Dei respectu futurorum conditionatorum. 522. usq; 548. respectu futurorum contingentium. 540. quod sit immutabilis unde prouenit. 537. omnia scit ante actū uolūtatis. 541. c. scientia uisionis prius uidet gratiam quam naturam. 59.  
 Scipionis consura mediocris. 456.  
 Scotus ponit Christum primum omnium decretorū Dei. 12. 13. Cathedra Scotti quibus persequitur. 221. b  
 Scriptura. Vide. Sacra Scriptura.  
 Selah in psalmis quid. 277. b  
 Semur anis in columbam. &c. 189. a  
 Seneca uerba de corruptis seculi moribus. 98. de pulchritudine uniuersis. 265.  
 Sensus literales multas habet ratio in scholis. 168. multiplex in uno. &c. c. dem. 644. mystica parum prodest ad probanda. nec fidei. 168.  
 Sensus. uel sensatio an exeat actionem & physica an sufficiat interioralis. 507.  
 Senes in comædijs insensu Chryso. 629.  
 Septem hominibus cōtinuatur tota uita ab Adam usque ad finem mundi. 406.  
 Septem montibus Roma sedet. 326.  
 Sepultura carere grauis pœna. 408.  
 Serpens in paradiso ut loquutus. 400. c  
 Sexcenta millia hominū perierūt inde fertio. 101. b. & duo soli saluati sunt.  
 Signa prædestinationis que. 96.  
 Signa seu infantia Scotti. 13. d  
 Silentia tacentis Lune. 267. b  
 Sin. uel Schim. littera Hebraica typus clemētia. 628. a. & Trinitatis. Cur interiecta nomini Ichouah. 630. fecit illud pronūciabile in Iesu. 636. a  
 Singularis pro plurali Heb. 422. 469.  
 Sodomitæ salui ex Hiero. 66.  
 Sol in bona & mala parte. 456.  
 Somniantes non recipiunt nouas species. sed præexistentes disponuntur. 403.  
 Sonus uerus ceclarum & proprius. 267. uide Cantus. Cæcum. Musica.  
 Sors in scriptura est prædestin. 94. 95.  
 Spadones. uide. Euerus.  
 Species caloris & frigoris torquet dā uates. & species sunt materiæ pot sunt imprimere omnia obiecta sensuum. 507.  
 Species rerum cōstituitur in non sunt cōcarræ in sensu. Pin. medio. 507.  
 Species domus cur multæ. 101. 283.  
 Species Dei dā. non pot. 215.  
 Species. Vide Comædia.  
 Spiritus sanctus necessario procedit à uoluntate. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.  
 M m m 2  
 Steris

# INDEX

**S**teriles maledictos esse creditum. 374.  
 falsò. 376. inuisi Hebraeis. 374. cur  
 desiderabant filios. 380.  
**S**tridor dentium in inferno proprie. 496  
**S**ubsistentia. & existentia in Deo diffe-  
 runt. 246. nulla subsistentia absolu-  
 ta in Deo. 246.  
**S**uffragia uiuorum an prosint cate-  
 chumenis. 483. b. damnatis. c. &  
 476. beatis. 477. a. 478. b  
**S**ulphura in inferno an proprie. 493.  
**S**upernaturalia bona finis naturæ. 42.  
 43. 20. 21. 26. 37.  
**S**ibyllæ afflatæ à Deo. 203. oraculum  
 de Christi regno & dominio. 681.  
**S**yrenes singulæ singulis cœlis insunt.  
 Vide Cœli. 268. c.  
**T**  
**T**acitæ & quietæ mulieres. 592.  
 Tacitæ silentia lunæ. 267. b  
**T**anarus porta inferni. 485.  
**T**emplum Dei est mundus iste. 270. c  
**T**emporale regnum Christi quomodo.  
 692.  
**T**enebræ in inferno non sunt omnimò-  
 de. 497.  
**T**estes an possint esse Histriones. 603. b  
**T**estes duo de quibus Apoc. 11. qui. 407.  
 409.  
**T**estudo Symbolum mulieris. 592.  
**T**habe pater Abraham idolorum uendi-  
 tor & fictor. 552.  
**T**heatrum & Theatrici. 582.  
**T**heologi ignari. Hebraicæ lingue ta-  
 xantur. 624.  
**T**heologia facultas quatuor. & superior  
 nunc quæ olim & indices creuit. 311.  
**T**heseus primam barbam obtulit Dijs.  
 460.  
**T**heta Græcum signum mortis. 184.  
**T**homas Villonouanus laudatus. 235.  
**T**homiæ quantum debent Aegidio  
 Rom. 213.  
**T**itulo iustitiæ & gratiæ nihil simul  
 dari potest. 125. c. 140. b  
**T**ituli psalmorum quid. 274. notant  
 psalmos esse carmina. 275. sunt per-  
 mutati secundum Chrysost. 649.  
**T**itulus psal. 71. pro Salomone. 649.  
**T**onsuræ Ecclesiasticæ usus. 453.  
**T**onsura ex se nec bonum nec malum.  
 455.  
**T**ophet quid apud Isai. 495.  
**T**orcularia in titulo psalmi. 8. 276.  
**T**ormentorum transmutatio non est  
 in inferno. 489. 499. que tormen-  
 ta sint proprie. ibi. quæ metapho-  
 rice. 492.  
**T**raditionibus constat fides. contra He-  
 reticos. 312. tria traditionum gene-  
 ra. 352. diuinarum. 353. a. Aposto-  
 licarum. b. Ecclesiasticarum. 354. c.  
 quæ sunt dispensabiles à Papa. ibi.  
**T**ragœdia. uide Comœdia.  
**T**raianus saluus ex Gregor. & Dam.  
 69.  
**T**ransitus datur in sacra scriptura.  
 648.  
**T**ransitus tormentorum in inferno.  
 489.  
**T**ranslatio uulgata recta sed non ideo  
 superfluit linguarum peritiam. 624.  
**T**res clauis Deus seruauit sibi. uita.  
 pluuie. & uniuersæ. 378.  
**T**ria

# R E R V M.

**T**ria peccatorum genera. ex Caietan.  
 52. b  
**T**rininitas naturaliter potest cognosci.  
 dicunt aliqui. 197. falluntur. 200. b.  
 quomodo Gentiles eius nonnullam  
 habuerint notitiam. 202. 203.  
**T**rininitas non potest abstractiue quiddi-  
 tatiue cognosci. 215. respectus ad eam  
 est in omnibus creaturis. 243. typus  
 eius in litera Hebraica. Sin. 628. a  
 & in nomine Iehouah. 630.  
**T**riplex rerum ordo Caiet. 51. c  
**T**yrus conuertendos si Christus eis  
 predicaret. certo & determinate  
 cognoscebat Christus. 346.  
**V**  
**V**alentia Hispaniæ & Roma idem.  
 325.  
**V**an litera Hebraica significat spiri-  
 tum sanctum in nomine Iehouah.  
 631.  
**V**enenum qui uendit non peccat. 595.  
**V**eneris sacerdotes casti. 367.  
**V**enus calua colebatur. 455.  
**V**erbum diuinum in uet. test. apparuit  
 patribus in forma humana. 71. b.  
 445. Vid. Christus.  
**V**ermes non proprie in inferno. 494.  
**V**ersus intercalares in psalmis. 282.  
**V**estales uirgines in pretio habitæ.  
 367. poena earum si laberentur. b.  
**V**estalis uirgo tulit aquam in cribro  
 perforato. 370. b. 396. c. qua arte.  
 401. b  
**V**esunius mons porta inferni. 485. c  
**V**inum ubi non est. an possit consecra-  
 ri. 331. Vinum & uuas non bibit  
 Nazareus. 449.  
**V**ir non nutriat comam. 453. 454.  
**V**irgilius ut nouit Trinitatem. 199. &  
 tormeta quæ sunt in inferno. 498. c  
**V**irginitas propria Christianorum uir-  
 tus. 387. eam etiam coluere Genti-  
 les. 366. non erat licita in initio mû-  
 di. 385. prestat matrimonio. 386.  
**V**irgines in uet. test. 361. magno odio  
 habitæ ab Arrianis. 373. quadam  
 se interfecerunt. ne stuprarentur.  
 420. Virginibus plurimos natos.  
 creditum ab antiquis. 369.  
**V**irgo unum ex signis cœli. 369. sub cu-  
 ius ascendente natus est Christus.  
 361.  
**V**irgo gentilis fecit miraculum. 370.  
**V**irtus permixta amaritudine. 103.  
**V**isiones hominum imaginariæ. 393.  
**V**ita insigne matronarum Rom. 367.  
**V**iuorum & mortuorum nullum com-  
 mercium. 435.  
**V**ltima dispositio ad gratiam non est  
 meritoria primæ gloriæ secundum ali-  
 quos. 108. sed augmenti. secundum  
 alios. 113. refutantur. 114. 118. 144.  
 non procedit à gratia. 149. est eius-  
 dem speciei cum ea quæ deinde pro-  
 cedit à gratia. 130. c. 161. b  
**V**ltima dispositio nunquam est à forma  
 156. & in naturalibus non est simul  
 cum forma. 158. a  
**V**niuersi pulchritudo. 265. constat nu-  
 mica. 263. uide. Mundus.  
**V**niuersalis pastor quomodo non est  
 M m m 3 Papa.

# INDEX

Papa.	303.	ligi.	624 <sup>2</sup>
Vocalis vera laus in caelo.	158.	Vxor Loth in statuam salis.	396. qua
Vocales Hebraeorum non sunt de essen-		arte. 401. Iosephus dicit se uidisse	
tia sacra scripturae.	512. 520.	illam.	402.
Voluntas diuina cum causet res iam			
intellectus eas cognoscit.	539.		
Voluntas constituitur in actu primo		<b>Z.</b>	
ad actum supernaturalem.	165.	<b>Z</b> acharias in templo obmutuit	
Vota ut dispenset Papa.	331.	quia uidit asinum. dicunt quie-	
Vr Chalaeorum ignis an locus.	558.	dam. 382. in templo non petebat	
Vulgata editio quatenus est à nobis		liberos. sed Messiam. 384.	
amplectenda. 177. non potest si-		Zain, uel Zide in nomine Nazarei.	
ne linguarum peritia satis intel-		Vide Nazareus.	

F I N I S.

Laus Deo Patri.



S A L M A N T I C A E,

Ex Typographia Michaelis Serrani de Vargas.

M. D. LXXXVIII.